RB136,528

Presented to the
LIBRARY of the
UNIVERSITY OF TORONTO
by

Dr. Antonio Gomes

Da Rocha Madahil

OPUSCULUM DE PRIVILEGIJS FAMILIARIUM, OFFICIALIUMQUE SANCTÆ INQUISITIONIS

DESIDERATISSIMUM

EDITIO SECUNDA,

CUM REGIMINE FISCI ACTUM,

IN QUO

TOTA FERE PRIVILEGIORUM MATERIA EXARATUR,

& omnium Privilegiatorum jus genericè, & ſpecificè examinatur, plenèque diſcutiuntur privilegia omnia Familiarium, Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, Senatorum, monetariorum, ſcholaſticorum, & Viduarum, & aliorum, poteſtas etiam eorum Conſervatorum ventilatur, & plures aliæ Juris materiæ involvuntur.

TRIBUS BEATISSIMIS APOSTOLICIS INQUISITORIBUS.

DOMINICO PATRIARCHÆ

PETRO VERONENSI, ET PETRO CÆSARAUGUSTANO.

CONSECRATUS AB EJUS AUTHORE

DIDAÇO GUERREIRO CAMACHO

DE ABOYM GRAVAMINUM SENATORE.

IN LUCEM PRODITUS AB

ANTONIO DE SOUSA SYLVA.

ULYSSIPONE OCCIDENTALI:

EX OFFICINA ANTONII DE SOUSA SYLVA, Anno Domini M. DCC. XXXV.

Cum facultate Superiorum, & Privilegio Regio.

TRIBUS BEATISSIMIS APOSTOLICIS INQUISITORIBUS

DOMINICO PATRIARCHÆ

PETRO VERONENSI, ET PETRO CÆSARAUGUSTANO.

NONDUM MENTE CONCEPI DE PRIVILEgijs Familiarium, Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis opuſculum hoc exarare, cum illud vobis, ò tres Beatiſſimos Apoſtolicos Inquiſitores, ipſa operis cogente, & ſuadente materia, conſacrare decrevi: nam cui opus de Privilegijs Familiarium Officialiumque; Sanctæ Inquiſitionis æquo, ac pari jure dedicare poteram, quam tibi, ò magne Diminice, qui illos ad capiendos, inquirendoſque Hæreticos primus omnium erexiſti, & qui Prothoinquiſitor Geralis fuiſti; cui, niſi tibi, ò Beate Petre Veronenſis, qui Inquiſitionis Generalis munus ſubeundo adeò contra Hæreticos ſtrenuè dimicaſti, ut vitam in manibus Hæreticorum pro Fidei defenſio ne dare minimè timuiſti: cui, niſi tibi, ò Beate Petre Cæſarauguſtane qui in Regno Aragoniæ Apoſtolicus Inquiſitor creatus in obſequium Fidei vitam Deo tradidiſte in manibus perfidorum Judæorum.

§ 2 *Acci-*

Accipite ergo, ó magni Sacroſancti Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis Protoparentes hoc opuſculum de privilegijs veſtrorum Familarium, Officialium, ac militum agens, illud, & Authorem ſuum à calumniantium injuris, & impetu protegite; & minimum hunc veſtrum Familiarem, ac indignum militem docete, erudite, ac exercete, ut ſicut in terra ſub vexillis veſtris merui militare, ita in Cælo ſub ſignis veſtris in matricula cæleſtialium militum in æternum deſcribi valeam; ad quod tu Dominice Patrem Deum ora, ut potentia ſua me defendat: tu Petre Veronenſis, Filium Deũ roga, ut ſcientia ſua me erudiate: & tu Petre Cæſarauguſtane, Spiritum Sanctum Deum exora ut amore ſuo me inflammet, ut Deus Pater & Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus, vera Trinitas, & unus Deus Omnipotens faciat ſic me illi in hac mortali vita ſervire, & bona, ac opera mea ita ad ejus ſervitutem impendere, ut in altera vita perpetua libertate fruar, & in communi domo, in qua manſiones multæ ſunt, patriaque celeſti divino ejus aſpectu in æternum gaudere valeam cum Sanctiſſimis meis Patronis àquibus inſtanter peto, ut ſic orent, rogent, & exorent. Et fac Trinitas Sanctiſſima meritis patronorum meorum, ut tua gratia previniente, aſſiſtente, & ſubſequente ſic in preſenti vita vivam, ut infine hujus tranſitoriæ vitæ meæ, vitam in veniam in amore tuo ſempiternam, & tandem cum electis tuis hanc ſententiam proferri audire merear, VENITE BENEDITI PATRIS MEI, POSSIDETE REGNUM VOBIS PARATUM A CONSTITUTIONE MUNDI, de quo Math. cap. 25. *quod mihi, cæteriſque ob tuam miſericordiam, & merita amariſſimæ paſſiouis Chriſti Domini, delectis peccatis meis concedere dignetur Jeſus Chriſtus nám!*

Non ſum læta ſeges, lilium ſum triſte, ſed oro
  Me tamen in meſſem collige CHRISTE tuam.
O arbor vitæ ſine te ſumus arida ligna,
  Sed tibi conſorti, florida palma ſumus?

Ad te igitur Domine Deus Trinus, & Unus tanquam ad fontem vitæ recurro; ego qui vulnera ſuſtimeo, plagas ſentio, atque infinitis miſerijs, ſeu peccatis voluntarijs ſauciatus ſum, ut te ad compaſſionem, & miſericordiam commoveam. Nullus enim miſericodiæ ſubditus eſt, niſi qui miſer eſt reſpice me Domine nunc in tempore oportuno oculis miſericordiæ tuæ, ut hoc tempore moriar mundo, moriar carni, moriar mihi ipſi, & tibi ſoli vivam, intercedentibus beatſſimis patronis meis.

DIDACUS GUERREIRO CAMACHO DE ABOIM.

LECTORI

QUALEMCUMQUE SORS AMBIGUA TULLERIT.

CUm per ſpatium undecim annorum tam in Eborenſi, quàm in Conimbricenſi Sancta Inquiſitione munus judicis Fiſcalis, Conſervatoris familiariũ Sanctæ Inquiſitionis exercui, & exerceo, multa mihi circa familiarium privilegia dubia decidenda, & reſolvenda occurriſſent, coactus fui magno cum labore perquirere jura, & D.D. quibus hujuſmodi jurgia, & contentiones intra juris metas legitime reſolvere poſſem: nam licèt affatim omnia per jurium deciſiones, Doctorum reſolutiones, & traditiones proviſa ſint, tamen adeò diſperſa, & vaga omnia in noſtro latiſſimo Juris campo inveni, ut ab evolvendis, & revolvendis libris laborem, & ſudorem maximum effugere, ac evitare minimè valuiſſem, & nè multoties eundem ferrem laborem, ſiquidem ad tenendum, & ſervandum non eſt avara, ſed prodiga hominum memoria, in animum duxi ſcriptis mandare omnia, quæ apis matutinæ more per noſtri juris viretum, ſeu viridariũ laborioſè, & diligentiſſimè libavi, nam ſi magno *Auguſtino* fidem adhibemus, prout libentèr damus: *Studentium labor ſine ſcripto nihil aliud eſt, quam vento pulverem mittere.*

Flores, quos, cogent neceſſitate, ex noſtri juris viridario, quaſi invitus decerpi in unum faciculum, ſi non docto, laboratoque calamo, haud invito animo libens conſtruxi, ad fugiendum in futurum laborem, ad evitandos in futurum errores, in quos me ſæpè ex defectu ſcientiæ cecidiſſe aliquando ingenuè fateor! & cùm ſtultorum, ignorantiumque infinitus potiùs, quam ſcientificorum ſit numerus, juſtè pertremiſcor, alios etiam ignorantiæ tenebris involutos ſucceſſores in officio habere poſſim, quibus tamquàm hæredibus non tantum officium, & locum non invitus gratis relinquo, ſed etiam opoſculum hoc *de Jure Familiarium, Officialiumque Sanctæ Inquiſitionis* veluti legatarijs prælego; eo tamẽ onere, ut ſi illud habere velint, illud

aut quidem nos leve, nam ſi vobis legato gravius videbitur; nemo vos illud emere coget? & cum Wenio *lib. 2. Epigr. 1.* vobis dico.

Sat mihi ſunt pauci lectores: eſt ſatis unus,
Si nemo me legat, ſat mihi, nullus eri.

Deinde quæ in pueritia didici, in juventute exercui, in trigeſſimo ſeptimo meæ ætatis anno vos doceo *Hugoni* aſſentiens, qui *de Clauſt. animæ lib. 1.* aſſerit, quòd *Scientiæ labor in tria dividitur, ſcilicèt laborem diſciplinæ, exercitij, & doctrinæ; in pueritia labor diſciplinæ, in juventute exercitij, in ſenio doctrinæ, ut quæ neſcit, in pueritia diſcat, quæ didicit, in juventute ad uſum ducat, quæ ad uſum duxerit, in ſenio doceat;* Lege librum, & de illo judica! & ſicut *Plinius lib. 8. Epiſtolarum* de quodam dixit ibi: *Legi librum omnibus numeris abſolutum, cui multùm apud me gratiæ amor ipſius adjecit, judicavi tamèn, nec enim ſoli judicant, qui malignè legunt*, dic *Legi librum, & quamvis eum non omnibus numeris abſolutum inveni, nullus eſt liber tam mallus, quin ex aliqua parte proſit, nec tam bonus, quin ex aliqua parte noceat, & aliqua venia, & diſſimulatione non indigeat.*

Et ſi quid crudum acerbumve, Ingenue lector, hic in privilegia notatum inveneris, ſit tibi ſatis illud prorſus non ignorare quod dixit *Mart. lib. 10. Epigram. 30.*

Hunc ſervare modum noſtri novere libelli.
Parcere preſonis dicere de vitÿs.

Nec hoc noſtrum opuſculũ brivitatis notta obumbres: tum quia brevitatis nõ paucas laudes invenies: tum quia melius eſt brevitatis dulcedine lectores alicere; quam multis inutibus, & ſtultis homines prægravare: judicio Wenij *lib. 3. Epigrama 168.*

Noſtra tibi bervitas ignavia forte videtur,
Crede mihi, labor eſt non levis eſſe brevem.
Non facio ut multi, qui multa, & ſtulla loquuntur.
Sermo meus ſtultus forte: tamen brevis eſt

Siverò propter invidiã noſtra opera ferre non poſſis, hoc ipſud apetto; quia.

Invidioſus ego non invidus eſſe laboro.

Sed tu depone invidiam, & memento te moriturum, ut illa tantum tibi apetenda ſint; & ſummopere diligenda, quæ nec inventa tranſeunt, nec adepta deficiunt: hinc.

Mors tua, mors Chriſti, fraus terræ, gloria cæli,
Et dolor inferni ſunt meditanda tibi.
Vive diu, ſed vive Deo, nam vivere mundo
Mortis opus, vera eſt vivere vita Deo.

Et adverte cum quodam Chriſtiano poeta, quod illam meſſem tempore mortis habebis, quam in vita ſerveris!

Quod ſibi quiſque ſerit præſentis tempore vitæ,
Hoc ſibi meſſis erit dum dicitur, ite, venite.

Judicis

Judicis in lite brevis eſt vox, ita vinite
Dicetur reprobis ite venite *probis.*

Scientia gloriari non debes, niſi Chriſti Domini Scientia gloriabiris: nam!

Nam ſi Chriſtum diſcis, ſatis eſt, ſi cætera neſcis
Si Chriſtum neſcis, nihil eſt, ſi cætera diſcis
Quid juvat ſcire, atque revolvere caſus,
Si fugienda facis, & facienda fugis.

Non minus laudes tuas, quam vituperationes, ludibria, riſus detrectationes, & obtrectationes contemno: quia.

Quidquid erit tandem mea ſpes unica Chriſtus.
Huic vivo, huic moriar, cætera curo nihil.
Quid valet hic mundus, quid gloria, quid ve triumphus;
Poſt miſerum funus, pulvis, & umbra ſumus.
Quid ſumus ò miſeri, niſi pulvis motus ab aura,
Et fragili vitrio ſimiles umbraque fugaci,
Atque roſis, quæ mane vigent, mox veſpere langent;
Nunc vivi, atque hilares paulo poſt vermibus eſca;
Nunc pulchri, & validi, paulo poſt turpe cadaver.
Heu mihi quid prodeſt congeſta pecunia nobis
Fatalis inſtat hora cuique ſerius
Vel ocius calcanda eſt mortis via.
Eſt commune mori, mors nulli parcit honori;
Dives, & fortis veniunt ad funera mortis
Serius, aut citius metam properamus ad unam.

Ideo nec laudes tuas deſidero, nec detratationes timeo, ſed ſumè appetto Chriſti Domini eſſe comitem quo duce, & comit habito

Terra fremat, regna alta crepant, ruat orbis, & orcus,
Cui comes eſt Chriſtus, nulla ruina noce.

Tu (lector) cogita veritates has, &

Vive Deo gratus, toto mundo tumulatus.
Crimine mundatus, ſemper tranſire paratus.

Deſine maledicere, quia contra charitatem eſt; & nolli abſens mihi eſſe contrarius, cum præſens mihi te benevolum eſſe oſtendere procurabis &

Si quid forte facis, quod me ſpectante ruberes?
Cur ſpectant Deo, non magis ipſe rubes.

Invidia eſt enim quædam arbor, cujus radix eſt malevolencia, cujus frondes ira, & odium cujus flores irriſio, & deriſio cujus fructus æmulatio, & detratio, cujus filia livor, & palor, & quem aſpicit, deſpicit, & quem deſpicit, inter fecit, ac corrumpit. Eſt avis, quæ.

Omnibus involitat furioſa calumnia terris,
Et vacuum de ſe non ſinit eſſe locum.

Cujus arboris umbram, cujus avis caluniam nemo placare poteſt, niſi virtute relicta: juſta illud

Invidiam placare poteſt virtute relicta

Quia cæca invidia eſt, nec quicquam aliud ſcit, quam vertuter detrectare, honores, & præmia corrumpere.

Unde ſi his monitis monitus adhuc contra me inveheris! nihil mihi tibi dicere reſtat; quam

Anoſtris igitur diſcede, Zoile, muſis,
Nil morſus rabidos, Zoile, curo tuos.
Nil mihi naſuti noceat tu livor abeſto,
Et tua fac melius ſi poteſt invidia.
Quæ potui, feci, ſed qui plura requirat,
Conſulat ingenio, qui meliora valet:
Feci, quod potui, potui quod, Chriſte, dediſti,
Impobre, fac melius, ſi potes ividia.

Quæ omnia tibi dicere mihi opus non erat, ſi memoriæ certitudinem mortis, ac Judicij comendares, incertitudinemque bonæ, vel malæ ſententiæ oblivioni non traderes: ſed quia

Sic vivunt homines, veluti mors nulla ſequatur.
Aut velut infernus, fabulla nuda foret.
Aut velut in ſuperis gloria nulla foret.

Oportet, iterum, atque iterum contra hujuſmodi mala clamitare, & ſcripta in lucem dare, quæ eſt tota cauſa!

Cur cerſcant, quæris tot ubi volumina juris
In pormptu cauſa eſt, creſcit ubique dolus.

Vt unuſquiſque noſtrum lacrimoſe diebus, ac noctibus relictis vanitatibus mundi tria illa cogitet, de quibus ſic in Epithaphio ſcriptum eſt. *Tria ſunt vere quæ me faciunt flere, primum quidam durum, quia ſcio me moriturum; ſecumdum vere plango quia moriar, & neſcio quando, tertio autem flebo quia neſcio ubi manebo:* quare recte cum poeta te moneo.

Quiſquis amas mundum, tibi proſpice, quo ſit eundum.
Hæc via qua vades, via peſſima, plenaque cladis.
Vive memor mortis paſcendis vermibus eſca
Vana fuge, & ſoli quære, placere Deo
Et multa, licet ſapias, non dedignare doceri
Quis, niſi mentis inops, omnia ſcire putet.

Valle.

LIBER UNICUS.

CAPUT PRIMUM.

De orgine Familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, & quis illos creare poſſit?

SUMMARIUM.

1 *Familiarium Sancti Officij origo.*

1 2 *Quis eo creare poſſit.*

TEmporibus *Innocentij tertij* Pontificis maximi dimicante pro fidei catholicæ Romanæ puritatis conſervatione, & extentione adverſus Albigenſes hæreticos Eccleſiæ infeſtiſſimos, divino illo nobilitatis viro inter primæ nobilitatis primarios primò ſanctitate inter eximios ſanctitatis viros eximio *Dominico*, fuit ab eodem Summo Pontifice creata, & varijs indulgentijs, & privilegijs militia officialium, & familiarium Sanctæ Inquiſitionis ad auxiliandum, & cõmittandum Inquiſitores ad inquirendos, capiendos, & puniendos hæreticos, ut dicit *Paramus de origine Sancti Officij lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. *Careña de officio Sanctæ Inquiſitionis* 1. *p. tit.* 14. *n.* 12 qui quidem tantum 2
ab Illuſtriſſimis Inquiſitoribus generalibus Sanctæ Inquiſitionis, vel à ſupremo concilio Inquiſitionis creari poſſunt.

CAPUT II.

Quid ſit privilegium, & an ſit favorabile, vel odibile?

SUMMARIUM.

1 *Prælibanda ſunt, quæ ad materiam ſpectant.*

2 *Privilegium diverſimode accipitur.*

3 *Exponuntur modi, quibus accipitur.*

4 *Definitur privilegium.*

5 *Lex non debet eſſe obſcura, & incerta.*

6 *Et ita privilegium.*

7 *Privilegium vel eſt divinum, vel humanum.*

8 *Reale, vel perſonale.*

9 *Perpetuum, aut temporale.*

10 *Affirmativum, vel negativum.*

11 *Clauſum in corpore juris, vel non*
12 *Publicum, & privatum.*
13 *Internum, ſeu externum.*
14 *Favorabile, & odioſum.*
15 *Privilegium, quando eſt purum beneficium, eſt late interpetrandum.*
16 *Beneficia Principis ſunt late interpetranda.*
17 *Privilegium contra jus commune eſt odioſum.*
18 *Simile privilegium eſt reſtringendum.*
19 *Dummodo maneat utile.*
20 *Fruſtra precibus impetratur, quod jure communi conceditur.*
21 *Privilegium purum non eſt reſtringendum.*
22 *Hoc varijs exemplis comprobatur*
23 *Privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis favorabilia ſunt.*
24 *Potius ſunt amplianda, quã reſtringenda.*
25 *In concurſu odij, & favoris, iſte, & non ille eſt præferendus.*
26 *Religionis ratio omnium ſumma.*
27 *Valet argumentum de militia armata, ad togata.*
28 *Et è contra.*
29 *Privilegium conceſſum militibus ſæcularibus ad cæleſtes extenditur.*
30 *Privilegiũ conceſſum militibus ſæcularibus eſt favorabile.*
31 *Privilegium ſcholaſticorum eſt favorabile.*
32 *Privilegia conceſſa familiaribus ſunt remuneratoria.*
33 *Privilegia conceſſa in remunerationem nomen privilegij amittunt.*

Cum ferè pre totum hunc tra- 1
ctatum de privilegiorũ materiâ agamus, non aberrabimus ſi in hoc capite de privilegio in genere aliqua prælibemus, imò potiùs, ut rem radicitùs inquiramus, neceſſariũ duximus ante definire, quid ſit privilegium, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſputatur, quod ita docet *Divus Ambroſius lib. 10. officiorum in proœmio.*

Privilegium tam apud utriuſ- 2
que juris, quàm latinæ linguæ authores, & in ſacris literis diverſimode accipitur, ſæpè enim pro prærogativâ ponitur, qua aliquis præ alijs potitur, ſeu pro jure prælationis, quo alios antecedit; ut in illo *Ruth. cap. 4. tu meo utere pri-*
vilegio; ideſt, cedo tibi jus pro- 3
pinquitatis; quod mihi juxta morem Iſrael, de quo *Deuter. cap.* 5. competebat ad ducendam uxorem propinqui ſine prole de mortui, ſic etiam *in tit. ff. de privilegijs creditorum* accipitur pro jure prælationis, quam unus creditor habet reſpectu alterius; accipitur etiam privilegium pro chartâ, ſeu inſtrumento, in quo gratia, beneficiũ, ſeu indulgẽtia cõtinetur; ut in *cap.*

cap.dilecta de conformatione utili; ſrebuentius tamen, & magis porpriè accipitur pro indulgentiâ ipſa, ſeu Principis conceſſione: & in hoc ſenſu dupliciter, vel latè, vel ſtrictè, priori modo omnem importat conceſſionem, quæ fit à Principe, vel alio ſuperiore alicui ſpecialiter concedente; poſteriori autem modo, ſcilicèt ſtrictè pro eâ, in qua aliquid cõtra jus commune indulgetur, de quo ſermo noſter erit.

4 Privilegium hoc modo ſumptum rectè definitur: *Quod ſit lex privata, ſeu jus ſingulare contra jus commune indultum; ex cap.ult. poſt medium* 25. *quæſt.* 1. ibi: *neque enim privilegia aliquibns concederentur, ſi præter ſpecialem legẽ nulli aliquid ſpecialiter indulgere-*
5 *tur*: ideò privilegia dicuntur, quaſi privata lex, eo, quod privatam legem ſingulis generent; *ex cap. Abbate* 25.*prope finem de verbor.ſign.* ibi: *quia cúm privilegium ſit lex*
6 *privata*, & lex non debeat eſſe obſcura, vel ocioſa, ſed certa, &manifeſta, nec eſſet privata, niſi aliquid ſpecialiter indulgeret cum pluribus, *Cardozo in praxi judicum verbo privilegium n.*10. *Barb. infinitis relatis ad rubricam de privilegÿs num.*5. *Suares de ligibus lib.* 8 *cap.*1.*n.*5.qui quidem *Barboſa*, *& Suares* locis citatis definitionem latiſſimè defendunt, & objectionibus ſatisfaciunt.

7 Diviſiones plurimas patitur privilegium: nam primum dividitur, in Divinũ, & Humanũ, illud enim eſt, quod à Deo ipſo conceditur, de quo agit *tx.in cap.gaudemus de divortÿs.tx.in cap.duæ ſunt* 29.92. de quo etiam aliqua dicemus: iſtud ſubdividitur in Civile, & Eccleſiaſticum, hoc eſt quod ab eccleſiaſtica poteſtate, illud, quod à ſæculari procedit, de uno, & altero agemus *capite ſequenti.*

Sequitur alia diviſio in perſonole, & reale. Perſonale vulgò dici- 8
tur illud, quod in perſonam. Reale, quod in rem dirigitur, de quorum congruentia, & differentiâ tractabimus à capite 8. uſque ad duodecimum.

Cui annectitur alia diviſio in per- 9
petuum, aut temporale: temporale eſt, qud cum temporis certi præfinitione conceditur, veluti ad luſtrum; perpetuum verò eſt, quod adhæret rei de ſe perpetua, vel ſine temporis præfinitione conceditur, etiam ad vitam concedentis, vel privilegiati; ut probat *tx.in.l.*2.*ff.pro ſocio* ibi: ſocietas conveniri poteſt, vel in perpetuum ideſt, dum vivunt; de utroque nobis eſt agendum in capite 9.

Alia datur in affirmativum, & 10
negativum, hæc quando aliquid omittendũ cõceditur, ne fiat, quod quis jure communi facere tenebatur; & illa ut fiat, quod jure communi vetitum eſt.

Eſt etiam altera in clauſum 11
in corpore juris, & non. Dicitur clauſum in corpore juris illud, quod

quod in volumine juris cæſarei continetur; non clauſum, quod non continetur.

Ulterius dividitur etiam privi-
12 legium in publicum, & privatum; publicum eſt, quod primario reſpicit publicam utilitatem, quamvis ſecundario reſpiciat etiam privatam; privatum eſt, quod primario reſpicit utilitatem privatam, quamvis ſecundario publicam reſpiciat.

Rurſus dividitur in internum,
13 ſive pro foro animæ, & in externum, ſive contentioſum, de quo agit *Suar. de legibus lib.* 8. *cap.* 6. *à n.* 1. *cum ſequent.*

Ultimo in favorabile, & odio-
14 ſum, de quibus in præſenti promittimus tractare. Favorabile eſt, quod ita uni prodeſt, ut nemini noceat, ut facultas audiendi miſſam tempore interdicti, comedendi lacticinia in tempore quadrageſimæ, laborandi, & piſcandi in die feſto. Odioſum eſt, quod ita uni prodeſt, ut alteri noceat.

Quando privilegium, quo ad
15 ſuos effectus, reſtringendum ſit, ut odioſum, vel ut favorabile ampliandum, tria conſideranda ſunt. Primum, quando eſt purum beneficium, favorabile eſt in ordine ad interpetrationẽ, ideſt amplè eſſe interpetrandum, quantum recta ratio, & prudentia permiſe-
16 rit: nam beneficium Principis amplè eſt interpetrandum; *ex l. beneficium ff. de conſtit. Principum*, & favores ampliandi, & non reſtringendi ſunt; *ex l. hoc modo ff. de conditionibus*, & *demonſtrat. l. cum quidam ff. de liberis*, & *poſthumis.*

Secundo quando privilegium 17
eſt derogans juri communi, odioſum reputandum eſt, quo ad interpetrationem, & ita reſtringendum eſt potiùs, quam ampliandum ex *cap. quod dilecto de conſanguinitate*, & *affinitate. Cardozo* 18
cum multis verbo privilegium numer. 33. *Suares de legibus lib.* 8. *cap.* 27. *n.* 5. *Salgado* 3. *parte de protectione regia cap.* 9. *numer.* 204. *ubi quando late*, & *labyrinto cap.* 8. *n.* 36. 1. *p. Pereyra de inſtrumentorum editione tit.* 2. *reſolut.* 6. *num.* 28. & 350. *Carleval de judit*ijs *tit.* 1. *diſp.* 8. *n.* 6. & *diſp.* 23. *num.* 41. *tit.* 3. *Maſcaroto lib.* 2. *variarum cap.* 85. ubi an ad bona adquirenda *Molin. de primogenit. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 76.

Intelligenda eſt ſuprà poſita 19
aſſertio primò de reſtrictione, quæ admittit aliquam utilitatem, & effectum privilegij; nam ſemper privilegium ſuſtinendum eſt, ut utile. *Suares dicto cap.* 27. *num.* 4. *Cardozo dicto n.* 33. *Barboſ. in cap. in his* 30. *de privilegijs num.* 2. *Alter de ſoluto in l.* 1. *parte* 1. *num.* 19. Et ratio eſt, quia privilegium dici non poteſt illud, quod nihil ſpecialiter concedit, ſed illud tantum, quod jure communi expreſſum eſt, ex illo vulgari princi- 20
pio; fruſtra præcibus impetratur, quòd jure communi conceditur deducto

deducto *ex text. in l.* 1.*cod. de theſauris lib.* 10. *text.in cap. ult.* 25. *quæſt.*1.

Præterea ſecundo intelligenda
21 eſt cæteris paribus, aliquando enim tam neceſſarius, & pius eſſe poteſt favor privilegij, ut ampliandus ſit etiam augendo derogationem juris communis. Ita ſumitur ex communi doctrinâ in varijs caſibus, & materiâ: ut attingit *Tiraquell. tract. de piâ cauſa num.* 160. patet hoc exemplo: privilegium conceſſum filijs legitimis contra jus commune reſtringitur ad verè, ac naturaliter legitimos juxta *tx. ult. cod. de his, qui veniam*, & nihilominus, ſi privilegium ſit in gratiam religionis, & piæ cauſæ, extenderetur ad legitimos ſictè ob privilegium legitimationis: ut docet *Barth. in.l.ſi conſtante ff. ſoluto numer.* 44. patet iterum exemplo illo exemptionis clericorũ à temporali jurisdictione, & religioſorum ab ordinariâ; qui licet deroget juri communi, ampliatur in favorem religionis, docet *Suares dicto cap.* 27.*n.*7.*per totum.*

22 Sequitur ex hoc privilegia Miniſtrorum familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, quãvis derogatoria juris communis, non eſſe reputanda odioſa, ſed ut favorabilia amplè interpetranda. Probatur ex eo; quia quotiès pri-
23 vilegium derogans juri communi ex unâ parte eſt odioſum, & ex alia cenſetur eſſe neceſſarium bono communi Reipublicæ; iſta ſecunda ratio præponderat primæ, 24
& ex eâ debet privilegium ampliari contra commune jus. *Suares dicto num.*7. Ratio eſt; quia cum hæc privilegia habeãt mixtionem odij, nempè, quatenus derogant 25
juri communi, & favoris, nempè, quatenus reſpiciunt favorẽ religionis, & illius puritatẽ, indicat neceſſe, ut in effectu favoris, & odij illud vincat, quod ſecundum rectam prudentiam maioris ponderis fuerit, & maius pondus habere non poteſt odium reſpectu reſtrictionis juris, quam favor reſpectu religionis, cùm religionis ratio ſit ſumma ratio, ut agnovit Gentilis Papinianus in *l. ſunt* 26
perſonæ 43.*ff.de religioſis domibus, & ſumptibus* in fine ibi: *namſummam eſſe rationem, quæ pro religione facit.*

Probatur etiam ex eo; quia ne- 27
gari non poteſt valere argumentum de militia armata, vel togata ad celeſtem *ex Egidio ad l.* 1. *cod. de ſacroſanct.Eccleſijs* 2.*part.* §. 1. *n.* 16.*ubi n.* 22. idem aſſerit in exorbitantibus, *Barb. in principijs, & locis communibus liter. A.num.* 190.ubi plures invenies id ipſum affirmantes, quod in tantum procedit, quòd docet *Cardozo verbo privilegium num.* 9.privilegia con- 28
ceſſa militibus ſæcularibus extendi ad cæleſtes, ut multis ibi probat.

Sed privilegium cõceſſum mi- 29
litibus ſæcularibus eſt, ut favora-

bile, interpetrandum ; ut docet *Suares dicto cap.* 27.*n.*7.ergo privilegium miniſtrorum officialium, familiariumque, ut favorabile amplè interpetrandum, cum ſint militiæ cæleſtis milites; ut in capite ſequenti abundè videbis demonſtratum.

30 Accedit etiam; quia negari non poteſt valere argumentum de militiâ togatâ ad cæleſtem : ſed privilegium ſcholaſticorum, & ſtudioſorum eſt favorabile, & ad utilitatem reipublicæ chriſtianæ conceſſum ; ideò què latè, & amplè interpetrandum ; ut in terminis docet *Seraphinus deciſ.* 1492. *num.*1. ubi ex eâ ratione dicit facultatem eligendi Scholares ultra numerum, quando facultates collegij creſcunt, non eſſe coarctandam ad oriundos ex locis in privilegio ſpecificatis, ſed eos, quibus data eſt facultas eligendi, poſſe ex alijs locis oriundos eligere.

31 Urget magis quia privilegia officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis fuerunt conceſſa propter benemerita, & reverentiam, ac ſubmiſſionem debitam Inquiſitoribus ; ut ex illis patet: ſed privilegia conceſſa Univerſi-
32 tati ob benemerita, & ſubmiſſionem tranſeunt in beneficium, & perdunt nomen privilegiorum, ideòquè veniunt latè interpetranda; *ex l. fin. de conſtitutionibus Principum*, *in terminis Rolandus Valle tom.*3.*conſ.* 13. *num.*44. multis citatis : ergo privilegia familiarium, officialiumque latiſſimè interpetranda veniunt.

CAPUT III.

Quæ, & quanta ſint privilegia Familiarium, ſeu officialium?

SUMMARIUM.

1 *Privilegium concedere non poteſt, niſi qui legem condere valet.*

2 *Privilegium eſt lex privata.*

3 *A Principe inferiores privilegia non poſſunt concedere.*

4 *Judices Fiſcales privilegiatos efficere nequeunt.*

5 *Quando inferiores poſſunt concedere privilegium oſtenditur.*

6 *Inferior ſuperioris legem tolere non poteſt.*

7 *Inferiores à Principe privilegia condere valent, ſi id eis ſit conceſſum.*

8 *Illuſtriſſimi Inquiſitores Generales poſſunt privilegiatis facere.*

9 *Infantes privilegia concedere nequeunt.*

10 *Principis inferiores non poſſũt privilegia intrepetrare.*

11 *Multiplex eſt intrepetratio.*

12 *Una probabilis, & non neceſſaria.*

13 *Altera neceſſaria, ſed non generalis.*

14 *Alia probabilis, neceſſaria, & generalis.*

15 De-

15 *Denique probabilis, neceſſaria, & generalis in ſcriptis reddata.*
16 *Privilegia tot ſunt, quot in tenore eorum exponuntur.*
17 *Officialium familiariumque Sanctæ Inquiſitionis tot ſunt, quot ex privilegijs conſtat.*
18 *Privilegia non tantum ex verbis, ſed ex mente deducuntur.*
19 *Menti potius, quã verbis eſt adhærendum.*
20 *Per verba enunciativa privilegium non probatur.*
21 *Papa quamvis dicat Eccleſiam exemptam enunciative, ex hoc privilegium non probatur.*
22 *Confirmatur prædicta concluſio varijs exemplis.*
23 *Verba privilegij quando ſunt obſcura, illud non probant.*
24 *Niſi per uſum ſint declarata.*
25 *Privilegium non præſumitur.*
26 *Qui privilegium allegat, illud probare tenetur.*
27 *Privilegia probari non poteſt per teſtes, ſed per ſcripturam.*
28 *Niſi ſcriptura ſit deperdita.*
29 *Quomodo in tali caſu teſtes deponere teneantur.*
30 *Scriptura ſemel facta, & amiſſa probatur per teſtes.*
31 *Privilegium allegare non ſufficit, ſed eſt omnino oſtendendum.*
32 *Non totum, ſed capitulum tantum.*
33 *Privativi judices tenentur inſerere privilegium in requiſitorijs, & precatorijs.*
34 *Aliàs judices requiſiti obedire non tenentur.*
35 *Niſi de juriſdictione deprecantis conſtet.*
36 *Privilegium clauſum in corpore juris probare quis non tenetur, ſed ſufficit illud allegare.*
37 *Notoria allegatione, & probatione non indigent.*
38 *Privilegia notoria in titulo, & in poſſeſſione quis probare non tenetur.*
39 *Familiares, Officiales Sancti Officij privilegia ſua probare non tenetur.*
40 *Ad literam tranſcribuntur omnia privilegia familiarium, officialiumque noſtri regni.*

Certiſſimum eſt in jure noſtro principium privilegium concedere non poſſe, niſi Papa, Rex, aut Princeps; ſive Epiſcopus, aut ejus ſuperior cum conſenſu capituli, aut ille, qui conſtitutionem facere poteſt; quia ipſe poteſt privilegium conſtituere in his, quæ ſpectant ad ſuam conſtitutionem; ut notant omnes *in cap. cum olim de verbor. ſignificatione, Cardozo verbo privilegium n. 2.* Ratio cujus principij eſt; quia privilegium eſt lex privata, ut in ſecundo capite hujus libri manet demonſtratum, & ſolus ille poteſt privilegium dare, qui poteſt legem ferre. *Suares de legibus lib. 8. cap. 8. n. 2. Pereyra de inſtrumentorũ edictione tit. 6. reſolut. 3. n. 142.* Unde

3 Unde infertur primò: inferiores autem à Principe non poſſe concedere privilegia ſuis ſubditis; qui privilegia condere nequeunt; niſi, qui legem condere poſſunt; ut notat *Sebaſtianus Medic. in tract. de legibus, & ſtatutis part* 2.*q*.33.*n*.4.legem autem neminem, præpter Principem, condere poſſe, diſponit *text. in l. fin. cod. de legibus, in terminis, Cancer. var. cap*.3. *num*. 333. *&* 334. quapropter *in cap*. 46. non poſſe creare alios privilegiatos præter eos, qui ab Inquiſitoribus generalibus fuerunt creati: unde Scribæ, Depoſitarij, Procuratores fiſcales, & alij officiales terrarum à prædicto judice nominati, nullo alio fruuntur privilegio præter illud, quod de jure Ordinario ratione ſuorum officiorum competebat.

5 Illatio iſta duas ſuſtinet limitationes, quarum prima eſt; quod licet duces, marquiones, comites, Barones, Archiepiſcopi, Epiſcopi nequeant inter ſubditos legem condere, quã juri communi derogent in eorum præjudiciũ ipſis relutantibus, cum non ſit in poteſtate inferioris, legem ſuperioris tollere: *ex l. minor autem magiſtratus ff. de minoribus cap. cum inferior de maioritate, & obedientia. l. forma cod. de officio perfecti prætoris. cap. venientes de jure jurando*; *Morial. conſ*.73.*n*.8.*&* 10. *lib*. 1. *Cancer*. 3. *variarum cap*. 3. *à n*.333. *uſque ad n*.338.ubi dicit non poſſe ſtatui ab Epiſcopo, & Synodo diocæſana contra formam Canonum, quod ex cauſa limitat *Craveta conſ*. 314. *Mieres in tit. de novis officialibus non creandis collatione* 10.*n*.19.*&* *n*.340.etiam dicit inferiores à Principe non poſſe condere privilegium, vel condere ſtatutum contra conſuetudinem, quam ſuæ Univerſitates habent, ex eo, quod conſuetudo dicitur jus Civile à Principe approbatum, quod multis comprobat *Gaillus lib*.1.*obſervat*.36.*n*.13. *Gregorius Lopes in l*.22.*gloſſ*.7.*tit*. 13. *partit*.2.Attamen conſentientibus ſubditis bene poſſunt inferiores privilegia, & ſtatuta condere contra jus commune, *Federico de ſenis deciſ*.17. ubi dicit Civitatem poſſe condere ſtatutum derogatorium juris communis in præjudicium ſingulorum de civitate; quia præſumitur, quòd omnes de civitate conſentiunt, ex quo illi, per quos regitur, vel maior pars conſenſerit; *Rom. conſ*.428 *n*.12. *Cancer. var*. 3.*parte cap*.3.*n*. 268.quod cum grano ſalis accipiendum eſt; nempè forenſes non arctare ſimilibus privilegijs, ſeu ſtatutis contra jus commune de conſenſu Civium ſtabilitis.

Secunda eſt poſſe inferiores à Principe privilegia cõcedere, vel ſi ad id à Principe habeant expreſſam donationem, vel poteſtatem, prout habent ſereniſſimi Duces Bragantiæ nobilitandi intra ſuum regale palatium militantes; ex *Carvalho in cap. Raynald. de teſtamentis* 7

[Margin numbers 4 and 6 stand beside the lines "var. cap.3. num. 333." and "rioris tollere: ex l. minor autem ma-" respectively.]

mentis

mentis 1.*p.n.*385. quamvis jus nobilitandi ſit de regalibus; *ex Portug. de donationibus* 2.*p.cap.*17.

8 Infertur ſecundò: Inquiſitores generales poſſe creare privilegiatos, vel faciendo illos officiales, & familiares Sanctæ Inquiſitionis, vel officiales fiſci ex diſpoſitione dicti regiminis, *cap.*46. & ex alijs privilegijs, & conceſſionibus, quæ habent.

9 Infertur tertiò: Infantes, duces, & cæteri inferiores à Principe ad id à Principe non habentes ſpeciale privilegium, non poſſe aliquibus perſonis privilegia concedere ab oneribus, & ſervitutibus conciliorum, nec debitoribus moratorias concedere: neque reſtituere alicui famam, vel veniam delicti cõcedere, nec chartam emancipationis, vel aliam gratioſam, nec ad id muniri aliqua præſcriptione, etiam immemoriali *Portug. de donationibus regijs* 3.*p. cap.*44.*n.*48.49. *&* 50.

10 Infertur quarto: inferiores à Principe non poſſe interpetrare privilegia: quia ejus eſt interpetrare, cujus eſt condere; ut cũ *Deciano conſ.* 36. *n.* 5. tradit *Cancer. var.cap.*3.*num.*69.*cum ſequẽtibus*; *cum multis Cardozo in praxi verbo privilegium num.*36. *Larrea deciſ.* 99. *Pereyra de inſtrumentorum editione tit.* 2. *reſolut.* 6.*n* 301.*&* 307.*Gutierres lib.*3.*practicarum q.* 17.*n.*41.*& lib.* 4.*quæſt* .11.*Sanch. de matrimon. lib.*8.*diſp.*34.*l.*4.*tit.* 33.*& l.*28.*tit.*34.*part.*7.*Gregorius Lopes in l.*2. *gloſſ.* 10. *in l.* 2. *cum gloſſ.*2.*tit.* 18.*p.*3.

Adverte tamen interpetrationem multiplicẽ eſſe, unam probabilẽ, & non neceſſariam, quæ eſt 11 DD. & magiſtrorum; *in l.*1 *cod. de profeſſoribus.* Alteram eſſe neceſſariam, ſed non generalem, quæ eſt 12 judicum; *ex text.in l.nam,ut ait ff. de legibus*, qui habent poteſtatem 13 interpetrandi, declarãdi vè leges, canones, & ſtatuta. *Canc. var. cap.* 3.*n.*62. Tertiam eſſe probabilẽ, & 14 neceſſariam, ac generalẽ, ſed non in ſcriptis redigendam, quæ eſt cõſuetudinis; *ex tx.in l.ſi de interpetratione ff.de legibus*, & in hoc ſẽſu ſumẽda eſt illa cõmunis aſſertio DD. quod ex uſu, & obſervãtiâ interpetrãtur privilegia, de qua *Gratia de nobilitate gloſſ.*21.*n.*75. *Gutierres lib.*3.*practicarũ q.*16.*n.* 76. *Larrea alleg.* 92. *Pereyr. ſupr.citatos.* Quartam, & ultimã probabilẽ 15 neceſſariam, & generalẽ, & in ſcriptis redigendam, qualis eſt Principis; *ex l.* 1. *cod.de legibus*, & de hac tantum ultima eſt intelligenda quarta illatio: *Cancer. dicto cap.* 3. *num.*71.*&* 73.

Infertur quintò: privilegiũ tot, 16 & tanta eſſe, quantum in illo fuerit expreſſum, & quantum generaliter loquatur non probare, niſi in his, quæ in illo ſunt expreſſa; *ex cap. porro cap.recipimus cap.paſtoralis de privilegijs. Barboza in dicto cap.porro* 7. *numer.* 7. unde familiares, ac officiales Sanctæ Inquiſitionis, & Fiſci tot habent

privilegia ; quot continentur ; &
patet ex tenore ipſorum privilegi-
orum ; qui tenor ſemper attendē-
dus eſt , nec de illis judicandum ;
niſi ipſorū tenore inſpecto ; *ex tx.
in cap. recepimus 6. cap. ult. de privi-
legijs*; ſic in feudis tenor inſpicitur:
*ex cap. idē duobus fratribus in mai-
oratibus*; *ex Molin. de primog. lib. 1.
cap. 2. n. 27. Caſtilh. quotidianarum
lib. 2. cap. 20. n. 4.*

18 Intellige tamen tenorem privi-
legij inſpiciēdum non ſolum quo
ad verba , ſed etiam multo magis
19 quo ad mentem , ut ſi de illa appa-
reat ; à verbis recedamus , ut quod
cēſerit concedēs , potius ſequamur
*ex tx. in cap. quanto 26. ubi gloſ. ver-
bo ſola de privilegijs* ; & tempus
conceſſionis inſpiciendum, neque
de futuro cenſeri cogitatum , ad-
notata, *in l. ſi ita ff. de auro , & ar-
gento legato l. uxoris §. 1. l. nomen
debitoris §. ult. l. uxorem §. ex teſta-
mento ff. legatis 3. Cancer. var. cap.*
20 *3. n. 16.* & verba, & intentionē: nam
Principis verba enūtiativè prolata
licèt ſuper his, quæ à volūtate Prin-
cipis pendēt, nec privilegium indu-
cant, neque indultū probant; *ex tx.
in c. ſi Papa 10. de privileg. in* 6. ubi
21 ſi Papa enunciative dicat aliquam
eccleſiam eſſe iſentā , non porpter
hoc inducitur privilegium, & exēp-
tio, nec probatur exēptā ; ſecus , ſi
principaliter propter *Cancer. n. 7.*

22 Ex deciſione *tx. in cap. ſi Papa*
10. inferunt DD. de quibus , *Canc.
n. 89. & 9.* quod ſi Papa , vel Prin-
ceps in ſuis literis nominaret ali-
quem nobilē, Dominum domnū ;
vel ſub aliquâ nobilitate, vel digni-
tate, vel officio non ex hoc cēſere-
tur nobilitate nominatū , nec dig-
nitate illa illū decorare , vel appro-
bare dignitatē , vel officium , quo
fulget , niſi verba enuntiativa , ſeu
narrativa habeāt vim diſpoſitionis,
& veritatis , quando enim illis fun-
datur intentio : *Barb. in dicto cap.
n. fin. ut in extravaganti, qui ſint re-
belles* notat *Barth.* quando dicit ,
quod ſi Princeps vocat aliquam
Villam Civitatem, cenſeatur facere
civitatē , ſi illa nominatio eſſet fa-
cta principaliter propter ſe , ſecus
ſi cauſa demonſtrationis ; vel enū-
ciativè ; ad illud *Fabian. Diana
conſ. 66. n.* 47. ubi poſtquam reſol-
vit Regē ſolo verbo creare duces ,
comites, & Barones , dicit id pro-
cedere , ſi conſtaret Principem ex
certâ ſcientiâ , & principaliter id
velle: aliàs, ſecus.

Intellige etiam : ſi verba privi- 23
legiorum ſint clara , & intelligi-
bilia : nam ſi ita dubia ſunt, ut per
eorum tenorem , de mente con-
cedentis conſtare non poſſit, mini-
mè valere. *Barb. in cap. 1. de ſum-
ma Trinitate n.* 10. ubi numeris ſe-
quentibus concluſionem limitat , 24
quando uſitata , & obſervata ſunt ;
quia eo in caſu tantum probāt , va-
lent , ac tenent , quantum uſus, &
obſervantia eis præſtiterint.

Ulterius intellige privilegia nō 25
præſumi: *Barb. in cap. cum perſonæ
7. de privilegijs n. 3. in 6. & in cap.
porro 7. numer. 5. de privilegijs.*

Cabed.

Cabedo deciſ. 82.*n.* 3.*Seraphin. deciſ.* 1067.*n.*3. *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 14.*n.*15.*Maſcard. concluſ.* 1200.*n.*37.ſed ab allegāte probari
26 debere; *ex l.quæcūque* §.*ff.de publiciana in rem actione.l.ſi emancipati cod.de collationibus.*

27 Intellige rurſus probationem privilegiorum fieri non poſſe per teſtes, ſed per ſcripturam; *ex cap. cum perſonæ* 7. *de privilegÿs in* 6. *ubi* Barboſ.*n.*6. *Cardozo verbo privilegium n.* 35. *licet Suares de legibus lib.* 8. *per totum cap.* 2. probet ſcripturam non eſſe de ſubſtantia privilegij, ſed ad melius eſſe, & certiorem probationem; quod veriùs putamus.

28 Suppoſita tamē opinione, quod privilegia per teſtes probare non poſſint, illam limitabis, quandò inſtrumentum eſt deperditum; quia tunc rectè probantur per teſtes; *ex cap. cum olim* 12.*de privilegÿs* dummodo teſtes deponant
29 de amiſſione inſtrumentorum, de illorum tenore, & geſtione, vitioque caruiſſe; *ex Barb.in dict. cap. cum olim n.*45. *&* 6. de die, anno, menſe, & à quo tabellione, ſeu ſecratario eſſe confecta, & ſub quo conſule, & tales teſtes debent eſſe periti; *ex Cancer. var.* 3.*p.cap.*3.*n.*
30 170.171.172.173.*&* 174.ubi dicit omnia acta, quæ ad ſui validitatē requirunt ſcripturam, ſi ſemel ſit facta, & ſint deperdita, poteſt ejus tenor probari per teſtes duos peritos. *Aflict. deciſ.* 14. *n.* 5. licet ſit ſcriptura, ſeu inſtrumentum, quod plures ad probationem requirat, prout in teſtamento docet *Cancer. dicto n.*174.*& nos de diviſionibus lib.* 7.*cap.*16.*latè.*

Intellige ultimò: non ſufficere 31
allegare privilegium, ſed illud oſtendere neceſſe eſt; *ex text.in dicto cap. perſonæ. ibi*: *ad legendum integraliter*, quod accipiendum eſt ſub diſtinctionis fædore: nempè ſi agatur de privilegio exhibendo, judici legatur, & judici petenti exhibeatur: *Barb. ibi n.* 4. *Covas prafticarum cap.*20.*n.*7.ſi verò agatur 32
de privilegio exhibendo parti, illud tantum capitulum, quod ad eam ſpectat, & ſubjectam tangit materiam, exhiberi oportet, juxta dictos DD.& *text.in cap.contingit de fide inſtrumentorum.*

Ex quo provenit, quod Con- 33
ſervator, ſeu delegatus debet inſerere in præcatorijs, ſeu requiſitorijs privilegium, cujus virtute intendit de lite, ſeu causâ cognoſcere in præjudicium jurisdictionis Ordinariæ; aliàs judices requiſiti, ſeu depræcati non tenentur litteras executioni mandare: *Cabedo* 2.*parte deciſ.* 39. *ubi poſtquam n.*1.*&* 2.docet judicem re-
quiſitum, tanquam merum exe- 34
cutorem teneatur illud implere remittēdo exceptiones, quibus executio inpeditur; dicit *n. fin. in fine*: hoc eſſe intelligendum, ſi de jurisdictione judicis depræcantis conſtet;ex eodē *Cabedo de-
ciſ.*41. 1.*parte Almeida allegati-* 35
one 6.*numer.*9.*cum multis Fluvius*

Pacianus de probationibus libr. 2. *cap.*27.*n.*141. *ubi infinitos citat.*

36 Verum enim verò hoc abſolutè non eſt verum, & limitatur, vel quandò privilegia ſunt clauſa in corpore juris: quia tũc notoria ſunt, & eorum ſcientia præſumitur, ſicut ipſarũ legum; *ex cap.*1.*de conſtitutionibus in* 6. *Barb. in l.*1.*ff.ſoluto* 1. *p. n.* 7. *Alter Barboſ. in dicto cap.* 1. *de conſtitutionibus n.*8. idem *in cap. porro* 7. *de privilegijs num.*6.

37 ſed tantum eorum allegatio neceſſaria eſt: nam licet eorum, quæ notoria ſunt, probatio neceſſaria non ſit; requiritur tamẽ allegatio: *ex l. ſi adulterium* §. *idem ff. ad legẽ Juliam de adulterijs. Maranta de ordine judiciorum parte* 6. *cap. de appellatione n.*241. *Barb. de ſoluto in l. ſiquis ex aliena n.*3. ex quo colliges veram non eſſe aſſertionem, *Maſcard. concluſione* 1109. *Rebuf. de privilegijs ſcholaſticorum privilegio* 154. *à num.*262. *&* aliorum DD. affirmantium, nec allegationem eſſe neceſſariam.

Vel quando ſunt notoria in titulo, & poſſeſſione; *Barb. in cap. cum perſonæ* 7. *de privilegijs in* 6. ex quo colliges non teneri Inquiſitores oſtendere privilegia ſuorũ officialium: nec judices fiſcales ſuorum officialium, & familiariũ, cùm ſint ſatis apertè notoria; præcipuè in locis ubi reſidet Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, & Fiſci. *Almeida allegat.* 6. *num.* 9. Sed ut cunctis pateant officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis privilegia, tenor eorum ſequens eſt. 38 39

PRIVILEGIOS CONCEDIDOS AOS OFFICIAES, & Familiares do Santo Officio da Inquiſiçam deſtes Reynos, & Senhorios de Portugal.

DOM Sebaſtiam por graça de Deos Rey de Portugal, & dos Algarves, dàquem, & dàlem mar em Africa, Senhor de Guinè, & da conquiſta, navegaçaõ, & commercio de Ethiopia, Arabia, & Perſia, & da India, &c. Faço ſaber aos que eſta minha carta virem, que havendo reſpeito ao ſerviço, que os Officiaes, & Familiares do S. Officio da Inquiſiçam fazem a noſſo Senhor em ſeus officios, & á muita occupaçam, q̃ nelles tem, & para q̃ com melhoe vontade folguẽ de os ſervir, hei por bem, & me apraz de lhes conceder os privilegios, & liberdades abaixo declaradas, das quaes uſaràm, & goſaràm em quãto aſſi forem Officiaes, & Familiares do S. Officio, aquelles que tiverem, & moſtrarem proviſoẽs dos ditos officios, & cargos, aſſinadas pello Inquiſidor Mor de meus Reynos, & Senhorios. ¶ Primeiramen-

ramente hei por bem que ſejam daqui em diante privilegiados, & eſcuſos de pagarem em fintas, talhas, pedidos, empreſtimos, nem em outros alguns encargos, que pelos Conſelhos, ou lugares aonde forem moradores, forem lançados por qualquer modo, & maneira que ſejam; nem ſejam conſtrangidos a que vam com prezos; nem com dinheiro, nem ſejam tutores, nem curadores de peſſoa alguma, ſalvo ſe as tutorias forem limidas: nem hajam officios do Conſelho contra ſuas vontades, nem lhes tomem de apoſentadoria ſuas cazas de morada, adegas, nem cavalheriças, nem quaeſquer outras cazas, em que elles pouzarem, poſto que ſuas nam ſejam, antes lhas dem, & façam dar de aluguel pot ſeu dinheiro, ſe as elles nam tiverem, & houverẽ miſter: nem lhe tomem paõ, vinho, roupa, palha, cevada, lenha, galinhas, ovos, beſtas de ſela, nem albarda, ſalvo ſe trouxerem as ditas beſtas ao ganho, porque em tal caſo nam ſeràm eſcuzos: nem aſſi meſmo lhe tomem couſa alguma do ſeu contra ſuas vontades. Outroſi me praz que nam ſejam conſtrangidos, nem obrigados a irem ſervir por mar, nem por terra a nenhumas partes, em quanto aſſi forem Officiaes, & Familiares de S. Officio: nem ſejam iſſo meſmo conſtrangidos a terem gãchos às ſuas portas, poſto que em raſam de ſeus officios ſejam a iſſo obrigados. Item hei por bem que poſſam trazer armas offenſivas, & defenſivas, por todos meus Reynos, & Senhorios, ſ. as offenſivas eſpada, & punhal, ou adaga ſòmente, & as defenſivas todas as que quiſerem: nam ſendo achados com ellas em lugares ſoſpeitoſos, ou deshoneſtos, ou fazendo o que nam devem. E porèm quando cõprir haverẽ de hir fazer alguma prizam, ou qualquer outro acto de juſtiça, em que ſe requeira levarem mais armas offenſivas, poderàm levar todas as que quizerem, & lhes forem neceſſarias. Item me praz que elles, & ſuas molheres, & aſſi ſeus filhos, & filhas em quanto eſtiverem debaxo de ſeu poder, poſſam trazer em ſeus veſtidos aquella ſeda, que por bem de minhas Ordenaçoens podem trazer as peſſoas, que tem cavallos, poſto que os elles nam tenham, ſem embargo das ditas Ordenaçoens. E por tanto mando a todos meus Dezembargadores, Corregedores, Ouvidores, Juizes, Juſtiças, Officiaes, & peſſoas de meus Reynos, & Senhorios, a que eſta carta, ou traſlado della em publica forma for moſtrado, & o conhecimento della pertencer, que a cumpram, & guardem, & façaõ inteiramente cumprir, & guardar, como ſe nella contem, ſem niſſo porem duvida, nem embargo algum, porque aſſi he minha merce. E quem o contrario fizer, & aſſi o nam comprir, pagarà

rà ſeis mil reis ametade para os cattivos, & outra para quem o accuſar. E por firmeza delle lhe mandei eſta carta por mi aſſinada, & ſellada de meu ſello pendente para a terem para ſua guarda. Balthazar Ferraz a fez em Lisboa a 14. de Dezembro, anno do Naſcimento de Noſſo Senhor JESU Chriſto de 1562. annos
38 Fernaõ da Coſta a fez eſcrever. ¶ Poſtilla: ¶ E aſſi hei por bem que os ditos Officiaes, & Familiares do S. Officio ſejam privilegiados, & eſcuzos de pagarem no lançamento do ſerviço dos cem mil cruzados, que os povos de meus Reynos me fizeraõ nas Cortes, que fiz neſta Cidade de Lisboa no anno de 1562. & em quaesquer outros ſerviços deſta qualidade, que pelo tempo adiante forem concedidos por qualquer via que ſeja, poſto que jà foſſe determinado q̃ eſte privilegio os naõ eſcuzava de pagarem no dito ſerviço. E eſta poſtilla naõ paſſarà pella Chancellaria, ſem embargo da Ordenaçam em contrario. Fernaõ da Coſta a fez em Lisboa aos 20. de Março de 1566. E iſto aquelles que tiverem cartas, ou proviſoẽs dos ditos officios. E aſſi mando aos ditos Dezembargadores, Corregedores, & Ouvidores, Juizes, Juſtiças, Officiaes, & peſſoas deſtes Reynos, & Senhorios, que outroſi cumpraõ, & guardem, mandem comprir, & guardar a poſtilla acima, como ſe nella contém.

EU ElRey faço ſaber aos q̃ eſte meu alvarà virem, que pel- 39
lo grande dezejo que tenho de em tudo favorecer, & ajudar o S. Officio da Inquiſiçaõ, & para que os Miniſtros, Officiaes, & Familiares delle com mais diligencia, & vontade ſirvam ſeus carregos, hei por bem que àlem dos privilegios, que tem, & lhes foram concedidos por ElRey meu ſobrinho, que Deos tem, os quaes por eſte hei por confirmados, elles nam ſejam obrigados pagar a impoſiçaõ, que por cauſa da apoſentadoria foi poſta aos povos, & aſſi quero que ſe entenda o privilegio delRey meu ſobrinho, em que diz que os eſcuza da apoſentadoria, por quanto os hei por eſcuzos, & livres de pagar a dita impoſiçam em todo, & em parte, ſalvo daquellas couſas que comprarem, ou arrendarem para tornar a vender, porque deſtas vendas, pagaràm como as outras peſſoas que a iſſo ſam obrigadas. E bem aſſi ſeràm eſcuzos de pagar ſiza, ou cabeçam os officiaes que ſervem cõtinuamente na Inquiſiçaõ, como ſam Alcaide do carcere, Meirinho, Solicitadores, Porteiro, Deſpenſeiros, & Guardas, havendo reſpeito ao grande trabalho que tem em ſeus officios, & pouco que importa à minha fazenda o q̃ niſto ſe pode montar para o muito favor que por elle merecem. Pello que mando a todos meus Dezembargadores, Corregedores, Ouvidores

dores, Juizes, Juſtiças, Officiaes, & peſſoas de meus Reynos, & Senhorios, que aſſi o cumpraõ, & guardem, façam inteiramente conprir, & guardar, como neſte alvarà ſe contem, o qual hei por bem que valha como carta feita em meu nome, por mi aſſinada, & paſſada por minha Chancellaria, ſem embargo da Ordenaçam do 2. livro tit. XX. que diz, que as couſas, cujo effeito houver de durar mais de hum anno, paſſem per cartas, & paſſando por alvaràs, nam valham, & ſem embargo de nam paſſar pella Chancellaria. Em Almeirim aos 18. de Janeiro. Manoel Antunes o fez, de 1580. E ao traſlado deſte, feito por hum Notario, ou Eſcrivaõ publico, hei por bem que ſe dê inteira fè em juizo, & fòra delle, como ao proprio original. Manoel Antunes ofez.

R E Y.

40 EU ElRey faço ſaber aos q̃ eſte meu alvarà virem, que pella experiencia, que tenho dos negocios do Santo Officio da Inquiſiçam, em que por muitos annos entendi, ſendo Inquiſidor Geral neſtes Reynos de Portugal, antes de ſucceder na Coroa delles, me pareceo muito importante para conſervaçaõ de ſuas authoridade, & do reſpeito, que ſe lhe deve ter, que algumas cauſas dos ſeus Officiaes, & Miniſtros ſe trataſſem ante os Inquiſidores, & elles foſſem Juizes dellas, & as determinaſſem. E para ſe tomar reſoluçam àcerca do modo, & ordem, que niſſo ſe guardaria, mandei ver por peſſoas de virtude, letras, & experiencia, o que ſe poderia fazer, & com ſeu parecer, conformandome com o que em algumas partes de outros Reynos ſe uſa, & guarda, ordenei o ſeguinte. ¶ Primeiramente hei por bem, que nas cauſas crimes dos Officiaes de S. Officio, ou elles ſejam autores, ou reos: os Inquiſidores tenhaõ jurisdicçaõ ſobre elles, & ſejam ſeus juizes; & nas cauſas civeis ſendo os ditos officiaes reos ſómente. Nas cauſas crimes dos Familiares, ou ſejam autores, ou reos, ſeràm outro ſi os ditos Inquiſidores ſeus juizes, excepto nos cazos ſeguintes. ſ. crime de leſa Majeſtade humana, crime nefando contra natura, crime de alevantamento, ou motim de provincia, ou povo, crime de quebrantamento de minhas cartas, ou ſeguros: de rebelliaõ, ou deſobediencia a meus mandados; & em cazo de aleive, força de molher, ou roubo della, ou de roubador publico, ou de quebrantamento de caza, ou Igreja, ou Moſteiro, ou queima de caza com dolo: & em reſiſtencia, ou deſacato qualificado contra minhas juſtiças: & quando tiverem officios meus, ou publicos dos povos, & reſpublicas, & delinquirem nelles, & em couſas tocantes aos ditos ſeus officios, & cargos,

21 jus ſepulchrorum. Eſtque pediſequa, ſociaque humanæ, divinæque ſocietatis. *Avilles in cap. prætor. cap. 1. n. 5. & 10. Bald. conſ. 418. & in conſ. 439. lib. 4.* dicit
22 quod mulier efficitur pars corporis viri, & quod in uxore, & viro datur una caro, & una ſubſtantia in duabus perſonis, & quod
23 unum corpus, & una anima jure divino in illis eſt; *Portug. de donationib. reg. 2. p. lib. 1. cap. 15. á n. 18. Balmaſſeda de collectis q. 41. á n. 4.*

24 Quapropter docet *Bathol. in l. quoties cod. de privileg. ſcholaſticorum lib. 12. n. 2. verſ. notat ſingulariter* privilegium conceſſum alicui, & ſuis deſcendentibus non comprehendere filias matrimonio
25 collatas, illa ratione; quia poſtquam virum aſſumunt in totum, dicuntur ad alium locum ſe transferre; & ſtatum ſuum mutare. Cui opinioni adhæret *Ramonius in conſ. 15. num. 20.* dum dicit, cum ad fæminas, & maſculos illorum filias bona erunt deventura, in quibus naturaliter nomen ſuum conſervare nequibat; quia fæminæ tranſeunt in familiam viri, & filij 26
patris, non matris familiam ſequuntur; *Gargiarco tom. 1. conſ. 45. n. 59.* quando ſcribit, quod in fæmi- 27
na nupta familiæ nomen, & agnationis finitur, tranſeunt enim ad alienas familias, & de externorum ma- 28
ritorum, non patris, familiæ tunc dicuntur; *Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. n. 65. & 66. Portug. dicto cap. 15. n. 16.*

Tanta enim eſt vis, ac virtus 29
matrimonij, quæ facit uxorem perdere forum etiam originis, aliàs immutabile; *ex Cagnolo in l. cum quadam puella 19. ff. de juriſdiction. omnium judicum n. 3. ex l. 4. cod. de municipalibus, & origin. ibi:* origine propria neminem poſſe voluntate alia eximi, *ubi gloſ. excellens dicit*, hoc tamen facere pro- 30
pter matrimonium. Indè uxor ejus eſt civitatis, unde eſt vir ipſius adeò verè, & propriè, ut comprehendatur in ſtatutis loquentibus de civibus, ſivè de his, qui 31
ſunt alicujus civitatis: è contra non comprehenditur in ſtatutis loquentibus de forenſibus: quia quoad omnia mulier eximitur 32
propria origine, & in novam mariti transfunditur, ut *Barthol. & Bald.* tradit *Galeot. lib. 1. controv. 13. n. 9. & 10. Carlev. de judicijs tit. 1. diſp. 2. n. 682. & 683. Galeot.* qui quidem aſſerit duplicem eſſe civilitatem, quædam ſcilicet, quæ non poteſt induci, niſi per naturam, ut civilitas originalis, circa

quam ſtatutum, non vult fingere, & ſic ſtatutum non operatur; operatur aliquid circa iſtam civilitatem, quod tamen habet unicam, & ſingularem ſalentiam, quam lex operatur in nupta, quam rapit ad originem viri. *Portug. dicto capit.* 15.

33 Ex quibus doctrinis concludit *n.* 12. mutationem ſcilicet originis quam facit uxor, dum exuta propria transfertur in originem viri eſſe naturalem, non autem civilem, & ſic non eſſe inductam ſimpliciter à jure ex vi, & potentiâ legis humanæ, ſcilicet civilis, ut quæ tantum vim non habet, ſed aliunde ex virtute matrimonij, & propter eas, cum fuiſſet interrogatus: an vidua Principis *de Hoſtilla* ex eâ ratione, quod origine eſſet forenſis, teneretur ſolvere vigintiquinque pro centum annuum ſuorum redditum virtute prægmaticæ *Aragoniæ* ſtabilitæ ad hoc, ut omnes forenſes, non obſtantibus naturalibus, vel quibuſcunque alijs privilegijs, ſic ſolverent? Reſpondet minimè tenere, cùm non eſſet forenſis, ſed propriè naturalis.

34 Forum, originem, naturalitatem non tantum perdit, ſed & nobilitatem amittit nubendo ignobili: *ex l.* 1. *cod. de dignitatibus lib.* 12. *l. fœminæ in principio ff. de ſenatoribus*, *l. eum qui* 18. §. *& ſi nupta ff. de injurijs*, *l.* 1. *cod. de in jus vocando*, *l. cum te.* 10. *cod. de nuptijs*, *l.* 1. *&* 2. *cod. de uxoribus militium*, *l. unica*, *cod. mulieribus*, *in quo loco*, *l. mulieres cod. de incolis lib.* 10. quod meritò effectum eſt propter illam mutuam corporis traditionem, de quâ eſt *tx. in cap. quos Deus* 32. *q.* 4. & mutuam ſocietatem divini, humani juris, de quâ *in l. adverſus cod. de crimine expilatæ hæreditatis*. Unde aliqua utilia inferre poteſt; & primo inferre poteſt mulierem etiam illuſtriſſimam amittere vocationem *de* 35
Dom, & cætera alia nobilitatis privilegia nubendo ignobili, quidquid in contrarium judicatum tradat *Phœb.* 1. *p. deciſ.* 17. ubi deciſum refert mulierem non amittere vocationem *de Dom* nubendo ignobili, ſi vel à patre, vel à matre, vel à primo conjugio illam conſequeretur, cui ſine ratione adhæret *Additionatur Reynoſi obſerv.* 3. *ad n.* 3. Inferre ſecundo 36
poteſt: filios conditionem patris, & non matris, quoad nobilitatem, & privilegia nobilitatis accipere, indecoroſum, impoliticum illis eſſe nomina, cognomina, pronomina matrum accipere, patrum neglectis; ut tradit *Eſcob. de puritate ſan-* 37
guinis 2. *p. q.* 4. §. 7. *n.* 126. *cum pluribus*, quoad ſtatus tantum conditionem matrum ſequi; *ex l. ult.* 38
cod. de liberali cauſâ, *l. partum cod. de reivendicatione*, *l. partum ff. de uſuris*, *cap. ult. de jur. non ordinandis*, *l. unica de natis ex libero ventre*, quod ſpeciali favore libertatis 39
introductum eſſe; dicit *Pichard. in repetitione ad tx. in l.* 3. *de muri-*

legulis lib. 11. *n.* 91. *Sanch. lib.* 7. *de matrim*, *diſp.* 24. *n.* 5. Inferre tertiò poteſt: matrem non habere filios in poteſtate: *ex l. mulieres* 5. *cod. de adoptionib. l. nulla fœmina ff. de ſuis*, *& legitimis hæredib. principium*, *&* §. *ult. Inſtit. de patria poteſtate*: nam quomodo alios poteſt habere ſub ſuâ poteſtate, ſi ſemper ſubeſt alterius poteſtati, *Carvalh. in cap. Raynald. de teſtamentis* 1. *p. n.* 134. Inferre ultimo poteſt: non valere ſtatutum, ſeu conſuetudinem, quód quis cenſeatur nobilis, vel ignobilis ex progenie materna: *ex Avilles in cap. prætorum cap.* 1. *n.* 9. *Barth. in l. exemplo cod. de decurionib. lib.* 10.

40

41

42 Iſta ultima illatio limitatur in ſtatutis approbatis: *ex Avilles d. n.* 9. & ex pluribus alijs, quos citat, & ſequitur *Carvalho ubi proximé n.* 236. cum multis *Cortiada deciſ.* 8. *n.* 114. ex quo infert rectâ cum ratione ſtatutum eſſe in noſtrâ Ordinatione *lib.* 5. *tit.* 92. §. 4. nobiles poſſe aſſumere nomen, arma, gentilitia, & omnes honores, & dignitates ex ſanguine materno, quod idem valet, ac dicere filios nobilitate materna nobilitari: nam qui arma concedit, nobilitatem concedere intelligitur, *Eſcob. de puritate* 1. *p. q.* 16. §. 2. *n.* 7. cum multis.

43

44 Conceſſa viro in quacumque diſpoſitione, etiam ſtricti juris cenſetur conceſſa etiam uxori: *ex gloſ. in cap. admonere verbo partem* 33. *q.* 5. *Delbene de immunitate tit.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *ſect.* 4. *n.* 4. *maritus eſt cap. uxoris*; *tx. in cap. eundo cap. mulieres* 33. *q.* 5. *cap. duo pueri de diſpenſatione impuberum.* Ex eo: quia privilegium conceſſum capiti, omnibus ejus membris conceſſum intelligitur: *ex l. reſtituenda* 6. *cod. de advocatis diverſorum judicum*: nam univerſis redditur, quod pro voto omnium primatibus conceditur, *Pacheco in apoleta utriuſque juris verbo privilegium*, *Cabed. deciſ.* 114. *n.* 5. 45 46

Ita in ſpecie, quoad mulieres familiarium, officialiumque Sancti Officij tenet *Amaya in fin. à n.* 1. *cod. de incolis lib.* 10. *Barboſ. de jure eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 39. §. 4. *n.* 26. *Narbona in dicta l.* 20. *gloſ.* 1. *n.* 75. *lib.* 4. *recopilat.* qui teſtatur de conſuetudine Hiſpaniæ. *Cortiad. deciſ.* 30. *n.* 168. *Eſcob. de pontific. & reg. juriſdict. in ſtudijs gener. cap.* 36. *à n.* 1. *ad* 11. *& à n.* 44. *ad* 52. *Cutellus in patrocinio pro regia juriſdictione controverſ.* 9. *à n.* 107. qui teſtatur de conſuetudine Siciliæ, *Delbene de immunitate tom.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 11. *ſect.* 4. *à n.* 1. *uſq. ad* 7. *& tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 25. *à n.* 1. *uſq. ad* 13. *Pereyra de inſtrumentor. editione tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *ſpecie* 6. *à n.* 346. *ad* 410. *Paramo de origine Sanctæ Inquiſition. cap.* 3. *per tot.* ubi etiam teſtatur de conſuetudine regni Siciliæ, *Balmaſ. de collect. q.* 41. *per tot.* 47

Quoad mulieres equitum trium Ordinum militarium Hiſpaniæ, quorum 48

quorum privilegijs utuntur omnes equites militares noſtræ Luſitaniæ, ut dicit *Pereyra deciſ. 91. n. 6. 7. 8. 9. & 10.* docet *Mattheu de regimine Valentiæ tom. 2. cap. 7. §. 4. n. 51. & 52.* ubi ſic refert judicatum: *Barboſ. de poteſtate Epiſcop. 2. p. alleg. 23. n. 14. & 15. Giurb. obſerv. 90. n. 20. Cortiad. deciſ. 8. n. 108. Avilles in cap. prætorum in proœmio gloſ. 2. n. 28. Fermoſin. in cap. ex tenore que 8. & in cap. cum contingat de foro competentique 23. n. 1. & 2. Diana reſolut. p. 5. tract. 1. reſolut. 36. Sanches de matrimon. lib. 7. diſp. 47. n. 2.* & ſi contrarium teneat *n. 3.* ſe retractat, & hanc ſequitur in opuſculo *tom. 2. lib. 6. cap. 1. dubitatione 3. n. 2. Portug. de donation. 2. p. lib. 1. cap. 15. n. 22.*

49 Quamvis contrarium videbatur eſſe tenendum in mulieribus equitum trium ordinum militarium noſtri regni; ex his, quæ *Valaſc. in §. 7. reformationis juſtitiæ à n. 63. uſq. ad n. 68.* ubi quoad forum contrariam omninò tenet opinionem, & illam defendere graviter diſſudat: quia cum inter
50 virum, & uxorem ſit individua utilitas, & damnum, privilegium unius neceſſario alteri ſuffragari debet ex regula, quod privilegium unius ſuffragatur alteri; quan-
51 do ſumus in cauſis communibus, & individuis deducta; *ex cap. una ſententia 72. de appellationibus:* ubi appellatio unius prodeſt alijs litis conſortibus non appellantibus, quando cauſa communis eſt, & una, eademque omnium defenſio, & ſententia ſic appellata executioni mandari non poteſt adverſus deferentes, & non proſequentes, donec cauſa appellationis deciſa ſit: eſt etiam *text. in l. ſi commune fundum 10. ff. quemadmodum ſervitus amittatur, Ord. lib. 3. tit. 80. in princip. cum plurib. Barb. ad dictum cap. ſentent. á n. 1. uſq. ad 4.* ideó merito mulier ſortitur forum mariti, non ſolum quoad forum competens de jure communi, ſed etiam ex ſpeciali privilegio, & ita 52
ut commendatarius in criminalibus accuſari nequit coram alio judice, quàm equitum, ita nec uxor *Portug. ubi proximè n. 23. in fine. Balmaſſeda de collectis q. 41. n. 5.*

Quoad uxores clericorum conjugatorum, docet *Portug. ſuprà* 53
n. 24. ubi contra Barboſ. ad tx. in l. 2. cod. de Epiſcopis, & Clericis n. 9. inquit eſſe veriorem: *Mattheu, de regimine Valentiæ tom. 2. cap. 7. §. 4. n. 51. Delbene de immunitat. tom. 2. cap. 4. dubit. 22. n. ult. Sanches de matrimonio lib. 7. diſp. 47. n. 1. Avilles in cap. prætor. in proœmio gloſ. 1. n. 18. Cortiad. deciſ. 8. n. 109.* quod intellige de privilegio fori, & non Canonis juxta ſupra relatos de uxoribus clericorum conjugatorum, cum unica, & virgine, & qui de-
ferant tonſuram, & veſtes cleri- 54
cales, & inſimul, quod per Epiſcopum alicujus eccleſiæ ſervitio

ſint

ſint additi, & ita debet intelligi *Ord. lib.* 2. *tit.* 2. §. 17. quæ tria requirit, ut prædicti clerici gaudeant privilegio ſacrorum: *Conſ. Tridentin. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformation. Thomè Vaz alleg.* 44. *n.* 3. *&* *allegat.* 39. *n.* 1. *Barb. in l. Titia ff. ſoluto n.* 36. *Oliva de foro eccleſiæ* 2. *p. q.* 18. *n.* 13. *& q.* 19. *n.* 2. noviſſimè *Parada in practica delegation. criminalium cap.* 5. *n.* 146. *&* 154.

55 Quoad mulieres ſcholaſticorum, & ſtudioſorum, *Eſcob. de pontificia, & reg. juriſdiction. in ſtudijs generalibus cap.* 36. *à n.* 1. *uſque ad n.* 12. *& à n.* 44. *uſq. ad num.* 52.

56 Quoad mulieres Senatorum, *Cabed.* 2. *p. deciſ.* 86. *Franches deciſ.* 416. *Eſcob. ſup. dicto* §. 36. *n.* 54. *Faber in ſuo codice lib.* 3. *tit.* 17. ubi Senatores, *vel clariſſimi definit.* 3. *verſ. quas rationes*, *Barb. in l. quia tale n.* 25. *Narbon. in l.* 9. *gloſ.* 9. *n.* 22. *tit.* 26. *lib.* 3. *recopilation. Cabed. deciſ.* 98. *n.* 30. *& deciſ.* 213. *n.* 16. *p.* 1. *Cortiad. deciſ.* 20. *n.* 121. cum ſequentibus, *Paſcal. de patria poteſtate p.* 4. *cap.* 2. *n.* 7. *Maſtrilb. de magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 70. ubi dicit uxores officialium juſtitiæ gaudere privilegijs maritorum.

57 Quoad uxores nobilium *Xamar. de officio judicis p.* 2. *n.* 57. 65. *&* 66. *Fontanella de pactis nuptialibus tom.* 2. *clauſula* 7. *gloſ.* 3. *p.* 5. *à n.* 40.

58 Quoad uxores militum militia bellicæ, *Amaya in l. fin. n.* 9. *cod. de incolis lib.* 10. *Tondutus de præventione judicum cap.* 29. *n.* 1. *&* 3. *Ciarlinus Forenſ. cap.* 156. *n.* 10. *p.* 2. *Diana p.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 36. *& tract.* 8. *reſolut.* 6. *& p.* 8. *tract.* 7. *reſolut.* 23. *Beluga in ſpeculo Principum rub.* 20. §. *quia n.* 20. *Rovitus pragmatica* 15. *n.* 20. *& pragmatica* 16. *n.* 4. *de militib. Acacius de privilegio juris Civilis lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 15. *n.* 16. cum ſequentibus.

Generaliter de hac materia 59
præter citatos agunt *Pichardus in tract. de communicatione nobilitatis prætorum*, *Narbon. gloſ.* 5. *l.* 28. *tit.* 1. *lib.* 4. *rccopilat. Riccius colectan.* 2140. *Fragoſ. de regimine reipublicæ* 1. *p. lib.* 3. *diſp.* 6. §. 10. *n.* 179. *Borel. in ſumma deciſ.* 1. *p. tit.* 8. *n.* 26. *Novar. in praxi eccleſiaſtica fori ſect.* 1. *q.* 47. *Faber in ſuo codice lib.* 9. *tit.* 20. *de dignitatibus defin.* 20. qui mille alios laudant tenentes privilegia maritorum, quæ mulieribus applicari poſſunt, ad illas extendi, quam ſententiam tene, quamvis contrarium doceant, quoad forum, *Barb. de jure eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 62. *Delbene de immunitate tom.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 23. *à n.* 2. *uſq. ad* 23. *Sanches de matrimonio lib.* 7. *diſp.* 47. *n.* 3. *Bonac. de leg. diſp.* 1. *q.* 3. *puncto* 8. §. 2. *n.* 9. *Trulench. in decalogum tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *dubit.* 5. *n.* 16. *Caſtro Palao tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 4. *puncto* 2. *n.* 2. *& tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica p.* 2. *n.* 20.

latiſſimè

latiſſimè *Parexa contrarijs reſpondens de edictione inſtrumentorum tom. 2. tit. 2. reſolut. 6. ſpecie 6. á n. 346. uſq. ad 410. Donatus reſolut. quotidianar. cap. 58. n. 14.*

60 Sententia noſtra ſic firmata, non obſtant, quæ pro contraria communiter adduci ſolent: nam primo non obſtat privilegia perſonalia de perſona ad perſonam non extendi: quia reſpondemus, novum non eſſe privilegia, & leges etiam exorbitantes extendi ex identitate rationis, tametſi verba in ſua pro-
61 prietate locum non habeant, ut docuit *Barthol. in l. ſi conſtante matrimon. 25. ff. ſoluto á n. 37. Alexandr. ibi n. 5. Barb. ibi n. 94. & 95. Tiraquel. in l. ſi unquam verbo libertis n. 44. cod. de revocandis do-*
62 *nationib.* imò verò ubi in diverſis cauſis eadem ratio eſt, non dicitur extenſio, ſed comprehenſio. *Carlev. de judic. tit. 1. diſp. 2. n. 535. l. illud ff. ad l. Aquiliam, l. illud cod. de ſacroſanct. eccleſiis, l. poſtulaverit §. 2. ff. ad l. Juliam de adulterijs, l. quidam nummularios ff. de edendo §. pari ratione, Inſt. quib. mobis jus patriæ poteſtat. ſolvitur, Card. in prax. judicum verb. lex. n.* 24. ubi dicit cum multis idem procedere etiam in legibus pænalibus. Atqui ratio ob quam privilegia maritis conceduntur, invenitur in uxoribus: ergo nihil mirum, quod privilegia conceſſa viris extendantur ad ejus uxores.

63 Reſtat tantum veritatem minoris oſtendere, quod facilimè fit: nam privilegia ex ea ratione conceduntur viris; ne cum cæteris currant vias ordinarias juris, quod minimè illis contingere potuiſſet, ſi privilegia ſua ad eorum mulieres non extenderentur: quia cum vir ſit caput uxoris; *ex tx. in cap. eſt* 64
ordo cap. mulier. 33. q. 5. cap. duo pueri de diſpenſat. impuberum, & inter virum, & uxorem ſit individuum damnum, & lucrum, ſi patitur uxor, virum etiam pati neceſſe eſt, ſi mulier ad alia judicia, & tribunalia vocaretur, virum etiam vocari, ac cogi illa ſubire judicia dicendum eſt, cum vir, & uxor ſint individui ſocij, tam humanæ, quàm divinæ ſocietatis.

Maior verò probatur multis 65
in caſibus, in quibus privilegia perſonalia, & realia extenduntur ex identitate rationis de una perſona ad aliam, de una re ad aliam. De perſona ad perſonam extenditur privilegium; ut probatur *per tx. in l. interdum ff. de minor.* ubi privilegium reſtitutionis in integrum conceſſum minoribus propter læſionem extenditur ad eorum hæredes *tx. in l. etiam in princ. ff. de ſolut.* ubi privilegium conceſ-
ſum marito, nè conveniatur ultra 66
quam facere poteſt, extenditur ad hæredem, ideſt ad communem filiũ ejuſdem matrimonij *tx. in l. aſſiduis §. except. cod. qui potior. in pign. habeãt.* ubi privilegium prælationis do- 67
tis conceſſum mulieri tranſit ad filiũ ejuſdem matrimonij: *tx. in l. ſciend. ff. de verbor. ſign.* ex qua deducitur, 68

quod quando facta eſt mentio in pri-
vilegio de hæredibus in plurali, tran-
69 ſit ad hæredem hæredis, non verò
quando fit mentio in ſingulari; quia
tunc non tranſit ad hæredem hæ-
redis; *ex l. antiquitas cod. de uſu
fructu, tx. in l. fin. cod. de fructib.
& litium expenſis, l. in ſacris cod.
de proxim. Sacror. Scrin. §. quoni-*
70 *am lib.*12. ubi privilegium litigan-
ti prodeſt adverſario; *tx. in l. pe-
tendi cod. de temporibus in integrum*
71 *reſtit.* ibi privilegium dilationis uni
ex partibus conceſſum ad alteram
extenditur; *tx. in l. cæterum* 4. *§.
mulieri ff. de uſu, & habitatione*:
72 ubi uſus domus mulieri relictus
extenditur ad illius virum, qui po-
teſt cum ipſa habitatione *tx. in l.
unic. cod. quando imperat.* ubi privi-
legium conceſſum pupilli extendi-
tur ad omnes perſonas; quæ per ad-
miniſtratores reguntur: *ex l.* 2. *ibi
gloſ. verb. adoleſcent. cod. de cura-*
73 *tor. furioſi*, ad Univerſitates, Com-
munitates, pios locos, & cauſas,
quæ per adminiſtratores reguntur,
Carlev. de judic. tit. 1. *diſp.* 2. *n.* 532.
de quo latiùs ſuo loco *tx. in l.* licèt
74 *cod. de pact.* ubi ex privilegio mili-
tari pactum reciprocum inter mili-
tes factum, ut ad eum, qui ſuperſ-
tes fuiſſet res ejus, cujus finem vi-
tæ attuliſſet, pertinerent, licèt lo-
quatur de militibus, extenditur ad
perſonas magnificas: *ex Decio conſ.*
326. *n.* 3. *Roman. conſ.* 43. licèt
n. 45. *Octavio Cacher. in deciſ. Se-
nat. Pedamontan. deciſ.* 100. *n.* 45.
cum ſequentibus, *mult. relat.* con-
trarium teneat: *tx in l. ult. cod. de
mandat.* ubi dicunt DD. quod privi- 75
legium fori inhærens juri ceſſo tran-
ſit ad ceſſionarium, ſed non ſi inhæ-
reat cedenti, *Pacheco in apoleta
utriuſque juris verbo ceſſio*, & his,
quæ tradit *Reynoſ. obſ.* 2. *n.* 13. *Ca-
bed.* 2. *p. areſto* 83. *Pereir. deciſ.*
58. *n.* 27. latiſſimè *Additionator
Reynoſ. ad n.* 12. *&* 13. ubi pri-
vilegium per regiam *Ord. lib.* 2. 76
tit. 20. *§. ult.* conceſſum non ſol-
vendi tributa equitibus *Chriſti Do-
mini* militiæ extenditur ad milites
Divi Jacobi, & Benedicti: *tx. in l.*
1. *cod. de Epiſcop.* ubi privilegium,
nè Clerici ad hoſpitandum tenean-
tur, extenditur ad laicum cum ipſo 77
habitantem, & ad ejus ſervos per-
petuos, & mancipia; *ex Barb. ibi n.* 3.

De re ad rem ex identitate ra- 78
tionis extenditur etiam privilegi-
um, per *tx. in cap. ex ore, ubi Ab-
bas n.* 4. *de privilegijs*: ubi privi- 79
legium exemptionis, licèt non
extendatur ad Capellas iſemptas
extenditur ad ipſi Monaſterio ſub-
jectas. *Cardoſ. verbo privilegium
n.* 22. *tx. in cap. quia circa de pri-
legijs*: ubi privilegium generaliter,
& indefinitè conceſſum Eccleſijs 80
unius civitatis extenditur ad Ec-
cleſias poſteà conſtructas. *Car-
doſ. n.* 2. *tx. in cap. cum capillæ
cod. tit.* ubi privilegium conceſ-
ſum civitatibus habet locum in vil-
lis, & caſtris, quæ jure proprio 81
ipſis civitatibus ſunt acceſſoria,
Avilles in cap. prætorum cap. 6.
gloſ. tierra num. 4. *text. in*

cap.

cap. quia circa eodem tit. ubi privi-
82 legium de decimis non ſolvendis, de prædijs extenditur ad futura, *Avilles in proœmio gloſ. illas n.* 4. *tx. in l. incola ff. ad municipalem leg. certa §. hoc Senatus ff. legat.*1. *l. prædijs §. fin. ff. de legatis* 3. ubi deducunt Doctores, quod privilegium, ut quis non teneatur ſolvere collectas de rebus ſuis, extenditur ad poſtea quæſitas, *Avil. n.* 9. *ex*
83 *conſ.* 47. *tom.* 4. *Roland.n.*23. ubi privilegium veri depoſiti ſecundum communem locum extenditur ad depoſita, egredientes fines depoſiti veri, & *n.* 24. ubi privilegium depoſiti exenditur etiam ad depoſitum conceſſionatum, licèt idem *Roland. tom.*1.*conſ.* 17. *n.* 3. contrarium doceat, qui etiam eodem *conſ.* 17. *n.* 6. dicit privilegia depoſiti regularis militare in depoſito irregulari, *Balmaſſeda de collect. q.* 59. *n.* 5.

CAPUT VI.

Viduæ familiarium, officialiumque Sancti Officij, utrum gaudeant privilegio maritorum?

SUMMARIUM.

1 *Privilegia perſonalia perſonam non egrediuntur.*
2 *Privilegium alicui conceſſum mortuo ſpirat.*
3 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
4 *Privilegium ob dignitatem marito conceſſum, mortuo marito extinguitur.*
5 *Viduæ commendatorum á ſolvendis gabellis non excuſantur.*
6 *Similiter clericorum.*
7 *Viduæ in domo, & matrimonio maritorum durare præſumuntur, &* 9.
8 *Vidua dum ad aliud non tranſit matrimonium, conditionem, privilegium, & honorem mariti retinet.*
10 *Vidua non tenetur ad ſolutionem collectarum, ſi ejus maritus ad eum non tenebatur.*
11 *Nec ſimiliter palinodiam decantare ſicut non tenebatur.*
12 *Forum mariti retinet.*
13 *Privilegia maritorum perdurare in viduis multos docent.*
14 *Viduæ Senatorum privilegijs eorum potiuntur.*
15 *Privilegium conceſſum officialibus reipublicæ, ad eorum viduas tranſit.*
16 *Privilegium conceſſum intuitu perſonæ, ſeu officij viro, ad ejus viduam non extenditur.*
17 *Secus ſi privilegium ſit conceſſum reſpectu honoris, ſeu dignitatis.*
18 *Privilegium ceſſat ceſſante miniſterio, ob cujus reſpectum cōceſſum fuit.*
19 *Paupertatis privilegia advenientibus divitijs ceſſat.*
20 *Ceſſionis beneficium ſuperveniente pinguiore fortuna ceſſant.*

21 *Privilegium minoritati indultum, ſuperveniente maioritate expirat.*

22 *Privilegium agricolis datum ceſſante agricultura ceſſat.*

23 *Arti conceſſum privilegium gerenti artem, ſeu officium tantum conceſſum intelligitur.*

24 *Privilegium ob dignitatem, & honorem conceſſum ceſſante dignitate non deficere pulchre oſtenditur.*

25 *Mortuo viro adhuc dignitas viri in uxore reſplendet.*

26 *Vidua in viduitate perſiſtens eſt viva viri imago.*

27 *Privilegia ex mera gratia concedentis procedentia in viduis minimé perdurant.*

28 *Secus dicendum eſt de privilegijs ob ſervitia, & benemerita data.*

29 *Privilegium perſonis datum cum perſona extinguitur.*

30 *Datum vero rei, in ſucceſſores rei tranſit.*

31 *Privilegium gratis conceſſum ad libitum revocatur.*

32 *Privilegium in dubio potius reale, quam perſonale judicatur.*

33 *Privilegia, quæ competunt ratione nudi miniſterij, cum officio ſilent.*

34 *Aliter eſt aſſerendum de illis, quæ competunt honoris ratione.*

35 *Conceſſa ad tempus, tempore finito denegata cenſentur.*

36 *Uxores viri nobilitate, & radijs corruſcant.*

37 *Vir, & uxor æqua lance penduntur.*

38 *Ab uxore committente ſtuprum poſt reſtitutam dotem, dos repeti poteſt.*

39 *Viduas familiarium, officialiumque Sanctæ Iuquiſitionis privilegijs maritorum non gaudere tandem concluditur.*

DUbitari etiam poteſt utrum viduæ officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis gaudeant privilegio maritorum vita functorum?

1 Ratio dubitandi eſt in promptu: nam privilegium prædictorum eſt perſonale: ſed privilegium perſonale perſonam ſequitur, & cum illa extinguitur: *tx. in cap. privilegium de reg. juris lib. 6. Cardoſ. in prax. verb. privilegium n.4. Sanches Decalog. lib. 6. cap.* 16. *n.* 19. *Barb. in dicta l. quia tale ff. ſoluto matrimonio*, plures alij accuſati *á Barb. in locis communibus litera P. n.* 47. & ab altero *Barb. de axioma jur. axioma* 190. *n.* 5. *Sperel. deciſ.* 121. *n.* 61. ergo prædicto privilegio viduæ minimè gaudere debent.

2 Confirmatur primo ſupra poſita ratio dubitandi ex eo: quia privilegium conceſſum ratione officij, finito officio extinguitur. Probatur primo ratione, deinde authoritate, ultimo multis exemplis. Ratio eſt: quia cum marito principaliter concedatur privilegium

gium, & ab ejus perſona dirivetur ad perſonam uxoris, mortuo eo, cui principaliter fuit conceſſum, in conſequentiam extinguitur: ex regula ceſſante cauſa ceſſat effe-
3 ctus deducta; *ex cap. cum ceſſante de appellationib. cap. magnæ in fine de voto, leg. adigere* 6. *ff. de jure patronat. l. ſi pater ff. de hæredib. inſtituend. l. generalit. cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. cum te cod. de pactis inter emptorem, Balmaſ. de collect. q.* 41.

Authoritas non deficit: nam ita tenet *Bald. in l.* 2. *cod. de Epiſcopis, & clericis, Decius in l. in omnib. caſibus ff. de reg. juris n.* 10. *Hipolitus in l. unica cod. de rapt. virgin. Roland. conſ.* 52. *n.* 40. *lib.* 2. proſequitur *Tiraquel. tractatu ceſſante cauſa* 1. *p. à n.* 11. *Barb. in dicta l. quia tale ff. de ſoluto n.* 31. *Reynoſ. obſervation.* 3. *n.*
4 13. ubi aſſerit privilegia, quæ competunt ratione officij, & dignitatis illi annexæ, mortuo marito, extingui, *Cabed.* 1. *p. deciſ.* 98. *n.* 3. *& areſto* 71. ſic judicatum refert, *&* 2. *p. deciſ.* 213. *n.* 5. *Delbene de immunitate tom.* 1. *dubit.* 23. *n.* 13. *cap.* 4.

5 Exempla multa in noſtro jure inveniuntur, quorum aliqua hîc breviter narrabimus: primum ſit viduarum commendatariorum, quæ ratione privilegij defunctorum maritorum non excuſantur à tributis; ut tradit *Reynoſ. dicta obſ.* 3. *n.* 15. *&* 16. *& n.* 17. *allegat Cabed.* 1. *p. deciſ.* 98. ubi nobis refert viduam, cujuſdam commendatarij ordinis Domini noſtri Jeſus Chriſti fuiſſe comdemnatam ad ſolvendam gabellam, non obſtante viri demortui privilegio, quo ſe munire intendebat, *Cortiad.*
deciſ. 8. *n.* 111. Sit ſecundum vi- 6
duarum Clericorum, quæ ſimili modo non liberantur à tributis, *Delbene de immunitat. tom.* 1. *dub.* 23. *n.* 13.

Sed privilegia officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis fuerunt illis conceſſa ratione officij, ut patet ex tenore privilegiorum: ergo viduæ illorum illis frui non poſſunt.

Confirmatur ſecundo ſupra poſita ratio dubitandi ex eo: quia ſi privilegia extenduntur ad viduas, daretur extenſio de perſonis ad perſonas: ſed ita non poteſt dari, ut multotiès diximus: ergo &c.

Pro parte affirmativa non mo- 7
dica exiſtunt fundamenta, quibus difficilis redditur deciſio præſentis
quæſtionis: nam primum, vi- 8
dua mariti præmortui conditionem, privilegium, & honorem ſequitur, dum aliud matrimonium non celebrat, *l. decurione* 14. *ff. de decurionib. l. filius* §. *vidua ff. ad municipalem, l. fœminæ ff. de Senatoribus*, tradit *cum Otolor. Gratia, Pichard. Reynoſ. dicta obſervatione n.* 1. *Cabed. dicta deciſ. n.* 1. ergo eo vita functo privilegijs uti debet, *Carlev. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 63. *&* 66.

Confirmatur hujuſmodi fun-

F 3 damen-

damentum, etiam ratione, authoritate, & exemplis; ratione, quia
9 vidua abſtinens à ſecundis nuptijs videtur in præteriti viri conjugio perdurare; *ex l. in mulieres cod. incolis lib.* 10. *l. ultima cod. de bonis maternis*, *Ægidius de jure, & privilegio honeſtatis art.* 5. *n.* 12. ex quâ ratione inquit *Avil. in cap. prætorum cap.*1.*n.*19. viduam gaudere privilegio; *Sperello deciſ.* 157. *per tot. Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.*683. & *Avillis* docet gaudere privilegio, & ſimiliter viri in ſolu-
10 tione collectarum, & tributorum *n.* 20. non tenere ſe deſdicere, nec cantare palinodiam, ſi maritus ejus
11 ad id non teneretur, *& n.* 30. retinere forum, & privilegia in favo-
12 rabilibus, & non ita in odioſis, *Carlev. ubi ſuprà n.* 682. cum ſequentibus, *Balmaſ. de collect. q.* 41. *per tot.*

13 Adeſt etiam authoritas: nam viduas retinere privilegia maritorum, & officij dignitatem non expirare eo finito in memoriam primi ſtatus, tenet *Souſa in l. fæminæ 2. p. n.* 38. *ff. de reg. juris*, *Carvalho ad capitul. Raynald. de teſtamentis 2. p. n.* 284. ubi loquitur in Bachalauro poſt depoſitum eorum officium; ad cujus probationem eſt textus apertus *in l.* 1. *cod. de advocatis diverſorum judicum*, & in ſpecie viduarum familiarium, ac officialium Sanctæ Inquiſitionis defendit *Cutellus allegatus à Cortiada deciſ.* 30. *numer.* 163.

Non deſunt etiam plurima exempla, quibus id ſuadetur. Et primo patet exemplo viduarum ſenatorum, quæ gaudent eiſdem privilegijs, quibus eorum mariti fruebantur; *ex regia Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 15. *ibi Peg. tx. in l.* 1. *cod. de dignitatibus lib.* 10. *Reynoſ. dicta obſervat. n.* 9. *Barb. in d. l. quia tale n.* 29. Secundo patet *ex l.* 18. *tit.* 14
14. *lib.* 6. *Ordinamenti* ſecundum quam immunitas conceſſa officialibus regijs extenditur etiam ad eorum uxores viduas, *Reynoſ. Barb.* ubi proximè *Cortiada.* 15

His omnibus pro utraque parte maturè ponderatis ſub duplici diſtinctione præſens dubium reſolvendum eſſe putamus. 16

Diſtingue igitur primo inter eum caſum, quo privilegia competunt maritis ratione perſonæ, ſeu officij, & inter eum caſum, quo privilegia competunt maritis reſpectu honoris, ſeu dignitatis, ita ut in primo caſu aſſerendum ſit viduas non gaudere privilegio maritorum, in ſecundo affirmandum illis juvari poſſe. 17

Quoad primum diſtinctionis membrum, probatur aſſertum *ex l. ſemper* §. *negotiatores ff. de jure immunitatis*, quæ inquit negotiatores, qui annonam urbis juvant, etiam naviculanos, qui annonæ urbis ſerviunt immunitatem à muneribus publicis conſequi, quandiu in hujuſmodi actu ſunt, & generale eſt in omnibus actibus, artificijs, negotijs, muneribus, & officijs 18

officijs, ut privilegia illis conceſſa tandiu ſolùm durent, quandiu quis in illis ſe exercet, ut *in dicto §. negotiatores, & in §. ult. ejuſdem legis, & ibi Barthol. notabil.* 2. *& in l. atlete in principio* ibi: quod in prædu*c*tu ſunt, & ibi *gloſ. verbo gentium ff. de excuſatione tutorum*, & in magno jurium apparatu *Tiraquello de cauſa ceſſante p.* 1. *n.* 210. 213. *& n.* 227. *Surd. deciſ.* 224. *n.* 4. facit *l. qui ſub prætext. cod. de ſacroſanct. Eccleſijs, Barb. ad l.* 1. *ff. de ſolut. p.* 7. *n.* 62. cum ſequentibus, *Almeid. de numer. quinario cap.* 5. *n.* 6. probat etiam *tx. in l. cura §. deficientium ff. de*
19 *muneribus, & honorib.* ubi privilegium propter paupertatem conceſſum expirat auctis facultatibus: *tx. in l. fin. cod. qui bona cedere poſſunt*
20 ubi privilegium ceſſionis bonorum ceſſat ſuperveniente pinguiore fortuna; *tx. in l. Titia ſcio §. ceſſuras*
21 *ff. legatis* 2. ubi privilegium propter minorem ætatem inductum ſuperveniente ætate perfecta finitur; *tx. in authentica agriculator. cod. qui*
22 *res pignori obligari poſſunt*: ubi privilegium agricolis conceſſum eo tempore durat, quo agricolæ fuerint, & animalia aratoria habuerint: *tx. in l. neminem cod. de conſulib. lib.* 12.
23 ubi privilegium, quis non habet alicujus artis, ſeu officij, niſi, qui re ipſa gerit, *Roland. tom.* 3. *conſ.* 79. *n.* 41.

24 Quoad ſecundum diſtinctionis membrum probatur aſſertum ex eo: quia privilegium conceſſum ratione officij, cui annexa eſt dignitas, durat etiam finito officio; *ex tex. in l. unica cod. de magiſtris ſacroſ. Scrin. libr.* 12. ibi: *Viris ſpectabilibus magiſtris omnium ſacrorum ſcriniorum noſtræ benevolentiæ liberalitas tribuenda eſt, qui noſtræ quodammodo adſidere majeſtati videntur, ideóque poſt depoſitum etiam officium ab omni juriſdictionis onere, ſeu civilium, ſeu militarium judicium prorſus immunes eſſe præcipimus, ut nec ampliſſima quidem ſedetur culminis, eis nulla moleſtia ſuper ſuſpiciendo, quolibet gravamine, privato, vel publico penitus injungatur. Hoc beneficium ad proximos etiam ſacrorum ſcriniorũ, & ex proximis volumus prorogari. Et ex tx. in hac noſtra l.* 2. *cod. de præpoſitis ſacri cubiculi lib.* 12. ibi: *Hac noſtræ manſuetudinis æterna lege ſancimus; ut omnes cubiculari, qui de noſtro cubiculo exeũt, antequam primum locum obtineant, excepto caſtrenſe, & comiti domorum, his privilegijs perfruantur, id eſt neque poſſeſſiones ſuas angarias, ſive perangarias, vel etiam per avehendos in poſterum diſpoſitione tui culminis, vel alicujus calumnia dare coguntur, né ſordidis adſtricti muneribus, decus miniſterij, quod militando videbantur adepti, otij, temporis, & quietis amittant.* Unde cum 25
dignitas viri quodãmodó reſplendeat in uxore, & iſta, dum ſe abſtinet à ſecundis nuptijs, videatur in primo conjugio perdurare, reſtant aliquæ reliquiæ privilegij conceſſi,

quod

quod quandoque non ceſſat propter reliquias, quæ remanent: *ex l. fin. ff. decurionibus*, *l. etiam ubi Manſilius ff. de quæſtionibus*, *Roland. conſ.* 52. *n.* 52. cum ſequentibus, *Sperello deciſ.* 157. *per tot.*
26 ubi *n.* 17. dicit eſſe viduam veram, vivam viri imaginem, & retinere privilegia etiam exorbitantia.

27 Diſtingue ſecundo inter privilegia, quæ maritis competunt ex mera gratia concedentis, & inter privilegia, quæ maritis competunt,
28 vel ratione contractus, vel ratione ſolutionis ſervitiorum, ita ut in primo caſu verum ſit dicere viduas, & hæredes illis minimè favere poſſe, at verò in ſecundo è converſo.

29 Aſſertio quoad primam partem probatur *ex l.* 1. §. *permittitur ff. de aqua quotidiana* ibi: *& datur interdum prædijs, interdum perſonis, quod prædijs datur extincta per-*
30 *ſona, non extinguitur, quod datur perſonis, cum perſonis amittitur, ideoque nec ad alium dominum prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcumque ſucceſſorem tranſit*, *Roland. tom.* 3. *conſ.* 13. ubi dicit
31 privilegium conceſſum gratis à Principe ejus voluntate, & invicto privilegiato revocari poſſe. *Suares de legibus lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 17. cum ſequentibus, & privilegij, & legis natura eſt, ut poſſit à concedente, ſeu legislatore revocari ſine cauſa, *Canc.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 150. *in terminis*, *Oliva de foro eccleſiæ* 1. *p. cap.* 13. *per tot.*

Pars autem ſecundæ diſtinctionis prælibatur: quia quando privilegium conceditur viro, vel propter contractum, vel propter ſolutionem ſervitiorum, vel propter benemerita; tunc tale privilegium competit viduæ, & tranſit ad hæredes, ſi verba privilegij, & ſubjecta materia non reſiſtant: quia hujuſmodi privilegium eſt indifferens, & ſecundum contractum, vel benemerita, & verba concedentis eſt judicandum, vel reale, 32
vel perſonale, & in dubio potius reale, & traſmiſſibile ad hæredes, quam perſonale, *Canc.* 3. *var. cap.* 3. *à n.* 150. *uſq. ad n.* 155. *Barb. ad cap. ſanè* 9. *de privileg. n.* 8. *Oliva de foro eccleſiæ* 1. *part. quæſt.* 3. *per tot.*

Diſtingue tertio inter privile- 33
gia, quæ competunt maritis ratione nudi miniſterij, & inter privilegia, quæ competunt ratione nobilitatis: in primo caſu dic. privi- 34
legia non competere viduæ; in ſecundo contrarium tene. Quo ad primam partem probatur: quia conceſſum ad tempus determinatum durat illud tempus, quod in privilegio continetur, & tempore 35
illo tranſacto perditur privilegium: *l. quoties de precibus Imperatorib. offerendis*: *ubi Cynus*, *Barthol. & Bald. l. falſo cod. de diverſis reſcriptis*, quoniam conceſſio determinata operatur, ut quis non poſſit illa uti, niſi ſecundum formam limitatam: *l. is, qui duos ff. de ſervitutibus*

viutibus prædiorum, l. cum ſervo, ubi Bald. de contrahenda emptione; ideò privilegium conceſſum alicui ob aliam cauſam, ſeu propter aliquod publicum officium, vel miniſterium ceſſat ceſſante cauſa; officio, ſeu miniſterio: *ex cap. ſubjectum de decimis, l. generaliter cod. de Epiſcopis, & Clericis.*
36 Quoad ſecundam: quia uxores coruſcant nobilitate, & radijs maritorum: *ex Authent. de conſulibus* §. 1. *collect.* 4. *& ex leg. ultima cod. de nuptijs* ibi: *Non patimur in uno eodem connubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium, ut quantum vir in altum
37 tolatur, tantum conjux decreſcat; abſit itaque noſtro tempore hujuſmodi aſperitas, ut firmum maneat matrimonium, & uxor marito concreſcat, & ſentiat ejus fulgorem*; quod etiam poſt mortem procedere ait *l. quoties* 3. *cod. de privilegijs, Scholar. lib.* 12. *ibi*: *Vel eorum conjuges, ſive adhuc viverent earum mariti, ſive poſt mortem eorum in viduitate conſtitutæ ſunt*; & merito: quia vidua durante viduitate videtur eſſe in primo matrimonio: *ex l. ult. cod. de bonis maternis*; quâ ratione tenet *Ozaſco deciſ.* 77. *n.* 13. 14. *&* 15. cum mul-
38 tis, quod vidua, cui dos fuit reſtituta per hæredes mariti, ſi deinde poſt talem reſtitutionem ſtuprum commiſerit, poſſunt hæredes dotem repetere: quamvis *Rolandus libr. conſ.* 87. contrariam habeat ſententiam, quam rejicit *Cald. forenſ.*

His ſic breviter diſtinctis ad plura ſcitu digniſſima in hac ma- 39
teria decurrere potes, quæ ex præcedentibus doctrinis ſe ſe offerunt ante oculos obſervari, & ex primo membro primæ diſtinctionis collige non gaudere privilegijs viduas omnium officialium, qui propter officia non nobilitantur, & ſic in noſtra quæſtione reſolve viduas familiarium eorum privilegijs non gaudere: cætera collige cum *Balmaſ. de collectis q.* 41. *per tot.*

CAPUT VII.

Filij an gaudeant privilegio patrum?

SUMMARIUM.

1 *Filios, filias vè, qui ſub ſacris paternis exiſtunt, patrum privilegijs muniri oſtenditur.*
2 *Sunt corporis patrum veræ partes.*
3 *Filij equitum trium ordinum patrum privilegijs fruuntur.*
4 *Similiter filij Clericorum conjugatorum.*
5 *Pariter Senatorum filij.*
6 *Incluſo patre includitur filius, & è contra.*
7 *Nobilitas patrum ad filios dirivatur.*
8 *Patrum privilegijs non potiuntur emancipati filij.*

9 *Privilegium cōceſſum filijs, filiabus, & deſcendentibus ad natos ex fœminis non extenditur.*
10 *Niſi ſit fœminis conceſſum.*
11 *Mortuis patribus filij, filiæ vè familiarium, & officialium Sanctæ Inquiſitionis eorum privilegijs non gaudent.*
12 *Filij ilegitimi privilegijs parentum non gaudent.*
13 *Nepotes etiam in noſtra ſpecie privilegij non fruuntur.*
14 *Jure communi attento aliquando poterunt.*
15 *Filij, qui in domo parentum non degunt, nec ejus expenſis aluntur, privilegijs non muniuntur.*
16 *Privilegium conceſſum Monaſterio, ut ejus Monachi excommunicari non poſſint, comprehendit tantum Monachos in illo exiſtentes.*
17 *Filij naturales plebeiorum in noſtro regno ejuſdem utuntur privilegijs, quibus legitimi potiuntur.*

1 FIlij, filiæ vè officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis gaudere ſuorum patrum privilegijs, extra dubium eſſe videbatur: quia filius, filiavè di-
2 citur pars corporis patris: *ex l. cum ſcimus §. fin. cod. de agricolis, & cenſ. lib.* 10. una, eademque perſona reputatur; *ex l. fin. cod. de impuberum, ibi non ſolum de jure, ſed naturaliter Almeid. de num. quinario alleg.* 20. *n.* 1. ita tenet *Fermoſin. in cap. cum contingat q.* 11. *n.* 6. *de foro competenti, Narlon. l.* 20. *gloſ.* 1. *à n.* 52. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilation. Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 112. *& deciſ.* 30. *n.* 169.

Confirmatur primo ex eo: quia 3
filij equitum ordinum militarium gaudent privilegijs ſuorum parentum, *Delbene de immunitate Eccleſiaſtica tom.* 1. *cap.* 1. *dubitatione* 11. *ſect.* 4. *& cap.* 4. *dubitatione* 23. *n.* 24. *Diana* 3. *part. tractat.* 1. *reſolutione* 7. *Fermoſin. in cap.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 1. *de judicijs, Squilante de privilegijs clericorum cap.* 7. *dubitatione* 1. *n.* 13. *& dubitatione* 2. *n.* 35. *Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 113. licèt *Valaſc. ad §.* 6. reformatione juſtitiæ, contrarium teneat.

Confirmatur ſecundo ex eo; 4
quia filij clericorum conjugatorum gaudent privilegio ſuorum parentum, *Delbene in dicta dubitatione* 11. *n.* 9. *& dubitatione* 23. *n.* 14. cum ſequentibus, *Barb. de jure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 2. *n.* 62. in ſolutione gabellarum, cæterorumque privilegiorum, quæ cum illis conveniri poſſunt.

Confirmatur tertio: ex eo quia 5
filij Senatorum gaudent privilegio ſuorum parentum etiam demortuorum: *ex Cabedo deciſ.* 223. *n.* 11. licèt contrarium doceat *Cortiada deciſ.* 10. *num.* 121. *Barboſ. in l. quia tale* 25. *ff. ſoluto.*

Confirmatur quarto ex eo: quia 6
ſicut excluſus pater cenſetur excluſus

cluſus filius, ita è converſo: *ex Delbene dicto cap.* 1. *ſect.* 4. *n.* 8.

7 Confirmatur quinto ex eo: quia nobilitas patris, & privilegia ratione illius ad patrem expectantia extenduntur ad filios: *ex Barb. in l. quia tale ff. ſoluto n.* 23. *Paſcalio de viribus patriæ poteſtatis p.* 4. *cap.* 2. *n.* 1. *Balmaſ. de collectis q.* 39. *n.* 1.

8 Limita primo primam concluſionem, & ejus confirmationes, quando filij ſunt extra patriam poteſtatem, *ex Narbon. in dictâ l.*20. *gloſ.* 1. *n.* 52. *Scobar de punctis, & regiâ juriſdictione in ſtudijs generalibus cap.* 30. *n.* 61. *& cap.* 36. *n.* 52. qui ſpecificè loquuntur in filijs officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis, *Cortiad. deciſ.* 10. *n.* 12. *Barb. in l. quia tale ff. ſoluto n.* 25.

9 Meritò ergo colligere potes privilegium conceſſum filijs, & filiabus, & deſcendentibus ad natos ex fæminis non extendi: *ex Salone de pace conſ.* 23. *Garcia de nobilitate gloſ.* 1. §. *n.* 44. *Balmaſ. de collect. q.* 46. *n.* 20.

10 Limita tamen, quando fit à fæminis: *ex Rolando tom.* 3. *conſ.* 76. *n.* 12. & quando privilegium lædit publicam utilitatem, & honeſtatem: *ex Cancerio var.* 3. *p. cap.* 3. *à n.* 159. *uſq. ad n.* 164. *Barb. in cap. licèt* 4. *de cenſibus n.* 1. 2. *&* 3. *Reynoſ. obſerv.*14. *Avil. in cap. prætorum cap.* 2. *gloſ. igualmente, n.* 5.

11 Limita ſecundo: quando parentes ſunt demortui: quia tunc nec filij familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis gaudent privilegio, nec Clericorum, nec equitum: *ex Delbene in locis citatis, Cortiad. deciſ.* 8. *n.* 113. *& in ſpecie deciſ.* 30. *n.* 169. *Barb. de jure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 39. §. 4. *n.* 26. *Barthol. in l.* 2. *cod. de Epiſcopis, & Clericis.*

Limita tertio: quando filij non ſunt legitimi; quia illegitimi non gaudent: *ex Scobar, Cortiada locis citatis, de quo Balmaſſeda q.* 39. *per tot.* 12

Limitatur quarto: in nepotibus, qui appellatione filiorum non veniunt in privilegijs, nec in teſtamentis, nec in datione tutelæ: *ex Barb. de appellativis verbis appellativum* 99. *n.* 98. niſi fuerint ſub poteſtate avorum: 13
Cortiada deciſ. 30. *n.* 170. in ſpecie, quod nec in regno Hiſpaniæ, nec in noſtra Luſitaniâ contingere poteſt, cum per matrimonium à patriâ poteſtate eximantur. 14

Limita quinto: quando filij non degunt in domo parentum, neque ipſorum expenſis vivunt, *Narbon. dicta gloſ.* 1. *in dictâ leg.* 20. *n.* 37. *Cortiad. dicta deciſ.* 30. 15
n. 169. Unde privilegium conceſſum Monaſterio, ut ejus Monachi excommunicari non poſſint, intelligitur de Monachis exiſtentibus in Monaſterio, vel in Eccleſijs ſibi utroque jure ſubjectis: *ex Barboſa.* 16

17 Utrum verò in noſtro regno filij naturales ignobilium gaudeant privilegijs ſuorum parentum; legitimè rogabis? Reſpondemus gaudere: quia filij naturales peditum ſuccedunt æqualiter cum filijs legitimis in bonis parentum; *ex Ord. lib. 4. tit. 92. Pereir. deciſ. 12. à princip. Gam. deciſ. 167. n. 7. & 312. n. 2. Pinel. in rubr. de bonis matern. cap. 2. n. 8. Cald. de nominationi. q. 12. n. 59. Molin. de juſtit. & jure diſp.* 166. poſſuntque querellare teſtamentum parentum de inofficioſo. Omnia malè alienata in fraudem legitimæ revocare: *ex Cald. ad Titium de inofficioſo §. tantum autem n. 4. & 63. in l. ſi curatorem verbo ſine curatore n. 94. cod. de in integrum reſtitutione, Pinel. lib. 2. ſelect. cap. 3. n. 13. & cap. 8. n. 23. Thomè Vaz alleg. 6. n. 28.* licet *Valaſc. tom. 1. conſ. 94. à n. 1. uſq. ad* 14. pro contraria pugnet, quam ſequitur *Ægidius de jure honeſtatis cap. 13. n.* 49. excludit ſubſtitutum ſub conditione ſi ſine liberis: *Coſta in cap. ſi pater verbo ſi abſque liber. n. 35. Valaſc. conſ. 94. n. 3.* ſuccedit in omnibus maioratibus, emphyteuſis, & quibuſvis alijs diſpoſitionibus: *ex Reynoſ. obſervation. 33. per tot. Carvalho in cap. Raynald. 1. p. à n. 133.* cum ſequentibus, nos latè *de Munere judicis orphanorum tractat. 2. de Diviſionibus lib. 1. cap. 3. per tot.*

CAPUT VIII.

Temporales famuli familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis ſtipendio conducti, utrum gaudeant privilegio dominorum?

SUMMARIUM.

1 *Famuli temporales, an gaudeant privilegijs dominorum.*

2 *Privilegium audiendi Miſſam in oratorio, ad famulos extenditur.*

3 *Et de loco ad locum transfunditur.*

4 *Privilegium audiendi Miſſam tempore generalis interdicti, ad famulos extenditur.*

5 *Niſi ſint familiares, qui cauſam interdicto dediſſent.*

6 *Privilegium recitandi Officium divinum brevius ad ſocium extenditur.*

7 *Similiter recitandi ante tempus.*

8 *Privilegium ſcholaſticorum ad famulos extenditur.*

9 *Exempta ab aliquo foro aliqua perſona, tota illius familia exempta dicitur.*

10 *Maximè ſi uſus privilegij inutilis eſſet.*

11 *Emptoris privilegium ad venditorem extenditur.*

12 *Privilegium fori extenditur ad famulos laicos Epiſcopi.*

13 *Privilegium Inquiſitorum in criminalibus ad famulos extenditur.*

14 *Privilegium conceſſum hominibus alicujus loci ad Clericos extenditur.*
15 *Privilegium litiganti datum ad conſortes protrahitur.*
16 *Privilegium ſcholaſticorum ad Grammaticos extenditur.*
17 *Verum eſt famulos temporales non gaudere in noſtra ſpecie.*
18 *Fundatur varijs hæc reſolutio.*
19 *Procedit noſtra reſolutio in famulis Clericorum.*
20 *Et in famulis conductis Religionum, & Eccleſiæ.*
21 *Et in famulis militum.*
22 *Et in famulis cujuſcumque perſonæ.*
23 *Limitatur in famulis perpetuis.*
24 *Et famulis ſcholáſticorum.*

1 Dubia ſanè eſt res: utrum famuli temporales, & conducti officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis gaudeant privilegio ſuorum dominorum?

Pars affirmativa ſequentibus nititur fundamentis, collectis ex exemplis referendis, in quibus ſervi conductitij gaudent privilegio ſuorum dominorum.

2 Demonſtratur primo: quia privilegium alicui conceſſum, audiendi Miſſas in oratorio domûs, vel celebrandi, extenditur ad ſocium, ad familiam, ad familiares, domeſticos, & ad quemcumque locum is domicilium tranſtulerit, & ibi cum licentiâ Ordinarij illud agere poteſt; etiam ſi fuerit expreſſus locus, præciſus: quia non ſtat diſpoſitivè in tali caſu, ſed demonſtrativè, *Diana p. 4. tract. 4. reſolution.* 208. & cùm tale privilegium non ſit locale, ſed perſonale, expirat per mortem illius, cui conceſſum eſt, *Delbene de immunitate tom.2.cap.3.dubitation.3.ſect.2. n.* 11. *Barb. ſtatim citandus.* 3

Demonſtratur ſecundo: privilegium audiendi, vel celebrandi Miſſam tempore interdicti generalis extenditur ad ſocium, ad familiam, & familiares, *Delbene n.* 6. *cap. licèt de privilegijs in 6. ibi Barb. n.* 1. qui *n.* 5. intelligit concluſionem de illis familiaribus, qui privilegiatum ſolent comitari, *& n.* 8. limitat in illis, qui cauſam interdicto dederunt. 4 5

Demonſtratur tertio: privilegium alicui conceſſum recitandi Officium tam Breviario brevi, vel ante tempus, extenditur ad ſocium cum ipſo recitante, *Portel de dubijs regularibus verbo horæ Canonicæ n.* 8. *Diana p.* 2. *tract.* 2. *reſol.* 35. *Delbene n.* 9. 6 7

Demonſtratur quarto: privilegium fori conceſſum ſcholaſticis, extenditur ad illorum famulos, qui etiam ad tempus ſerviunt: *ex Authent. habita cod. ne filius pro patre, Sperel. deciſ.* 128. *n.* 29. 8

Et privilegium conceſſum domino, extenditur ad ejus famulum *ex Alberico in l.* 1. *cod. de Epiſcopis, & Clericis n.* 4. ex eo, quia exempta ab alicujus foro perſona exempta, ab ejuſdem foro videtur 9

illius familia: *ex cap.* 1. *de privilegijs in 6. l. non aliter ff. de judicijs, l.* 2. *cod. de Epiſcopis, & Clericis, Delbene dicto tom.* 2. *cap.* 4. *dubitatione* 9. *ſectione* 1. *n.* 17. quod
10 magis locum habet, quando aliter redderetur dominis valdè incommodus uſus famulorum, & familiarium: *ex Oldrado conſ.* 192. *n.* 5. unde dicit *Barb. in dicto cap. licèt* 11. *n.* 5. privilegium alicui conceſſum ejus familiaribus prodeſſe, ſi aliàs inutile remaneret.

11 Demonſtratur quinto: privilegium conceſſum emptori, extenditur ad venditorem, & è contra; *ex Romano, Jazone,* quos citat *Delbene dicto tom.* 1. *cap.* 4. *diſp.* 9. *ſect.* 1. *n.* 23. cum ſequentibus.

12 Demonſtratur ſexto: privilegium fori extenditur ad famulos laicos Epiſcoporum, non de jure communi, ſed ex conſuetudine; *Delbene dicto tom.* 1. *cap.* 4. *dubitat.* 9. *ſect.* 1. *n.* 26. cum ſequentibus: ubi tradit non eſſe improbabile privilegium fori non extendi ad famulos pretio conductos Epiſcoporum, ad quod citat *Grat. Clar. Capicium, Graſis, Covas, Farinacius, Gutier. & alios Sperellus deciſ.* 127. *&* 228. *per totas*: ubi tractat: an incarcerantes familiares Epiſcoporum incurrant excommunicationem.

13 Demonſtratur ſeptimo: privilegium fori in criminalibus tantum extenditur ad famulos conductos Inquiſitorum, & Deputatorum Sancti Officij ex expreſſa conceſſione Henriquiana.

14 Demonſtratur octavo: privilegium conceſſum hominibus alicujus loci, comprehendit Clericos ejuſdem loci, ſi eo uti vellent, *Barboſ. ad jus Canonicum tom.* 1. *pag.* 382. *n.* 25.

15 Demonſtratur nono: privilegium litiganti conceſſum, extenditur ad omnes litis conſortes; ut pluribus docet *Carlev. de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 626.

16 Demonſtratur decimo: privilegium conceſſum omnibus ſcholaſticis, competunt etiam Grammaticis, & literarum ſtudioſis, *Barb. in proœmio ad lib.* 6. *decretalium n.* 6. ita videtur tenere *Sanches in morali tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *dubit.* 20. *n.* 25. *Diana p.* 4. *tract.* 4. *reſolut.* 145. *Garana verbo gabella tom.* 3. *regul. n.* 145.

17 Contrariam tamen ſententiam tenent, ac defendunt *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 172. *contra Narbon. in l.* 20. *gloſ.* 1. *à n.* 1. cum ſequentibus *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. Daniel de nobilibus in additione ad diſp.* 63. *n.* 15. quia eſſet nimia extentio, quæ in privilegijs non admittitur, & ſicut homo hominis mei homo meus non eſt: *ex l. modeſtinus ubi gloſ. & DD. ff. de verborum* ſocius ſocij mei ſocius meus non eſt, *l.* 18
qui admittitur ff. pro ſocio vaſſallus vaſſalli mei, colonus coloni mei, meus non eſt vaſſallus, ac colonus, *l. conſilij §. ſocij mei ff. de regulis juris, ubi Decius, & Cagnolus*, domeſticus domeſtici mei, meus non eſt

eſt domeſticus, *Farinac. in praxi p.2.q.55.à n.29. Barb. in cap. in literis 24. de teſtibus*, ita familiaris familiaris mei, meus familiaris non eſt: *ex Maſcard. concluſion.* 757. *n.* 2. *Farin. dicta q.* 55. *n.* 128. & familiares familiarium Epiſcopi, & Inquiſitorum, non poſſunt dici familiares Epiſcopi, & Inquiſitorum: *Ciarlinus contr. for. cap.* 187. *n.* 19. cum id non reperiatur in jure cautum.

19 Extende primo dictam concluſionem ad famulos Clericorum, ut cum infinitis tradit *Cortiada deciſ.* 8.*n.*122. contra plurimos, quos citat *n. antecedenti*, *Canc.* 3. *part. cap.* 3. *num.* 4. *Barb. in l.*1. *cod. de Epiſcopis.*

20 Extende ſecundo ad famulos conductitios Eccleſiarum, & Religionum, ut etiam contra plures docet idem *Cortiada dicta deciſ. n.* 121. *Sperello deciſ.* 128. *n.* 7.

21 Extende tertio ad famulos conductitios militum, de quo remiſſivè *Canc.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 426. *Menoch. de arbitrarijs centuria* 6. *caſu* 562. *Gratian. for. cap.* 340. *n.* 9. *Beluga in ſpeculo Principum rub.* 2. §. *quia n.* 20.

22 Extende quarto ad quoſcumque famulos conductitios, & temporales cujuſcumque perſonæ, ad id expreſſum privilegium, vel à jure, vel à particulari lege non habentis: *ex Capicio deciſ.* 12.*numer.* 2. *Fontanel. deciſ.* 366. *num.* 6. & 13. *p.*2. *ex Cortiada dicta deciſ.* 8. *num. Balmaſſeda de collectis q.* 63. *per tot.*

Limita primo in ſervis perpetuis: ex dictis in *cap. antecedenti*, & ex his, quæ *Cortiada deciſ.* 8. *n.* 118. *Barb. in dicta l.* 1. *cod. de Epiſcopis*: quia mancipia ſunt in bonis, & ita ſæpè judicavimus, & judicatum invenimus. 23

Limita ſecundo in ſervis ſcholaſticorum: *ex Authentica habita, cod. ne filios pro patre, Grat. deciſ.* 623. *n.* 12. 24

Limita tertio in ſervis temporalibus Senatorum, & colonis: *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 43. §. 3. ibi latè *Peg.* qui quidem tenentur literas privilegiorum bullatas in Cancellaria habere, & illas præſentare; quod tamen limitandum eſt, quando Senator ipſe nomine proprio agit in judicio pro conſervatione privilegiorum ſuorum familiarium, & colonorum, tenentur etiam ſolvere ad refectionem pontium, & fontium, ſi modo reficiantur in loco, ſeu territorio, ubi tales degunt; ſecùs, ſi in loco non ſui domicilij, vel territorij; vel ſi ſuper hoc ſpeciale privilegium habuerint, *Cabedo* 1. *part. deciſ.* 213. *n.* 11. 12. & 13. *Balmaſſeda q.*43. & 63. 25

Limita in famulis, & colonis equitum de Malta, qui ex ſpeciali gratiâ fruuntur privilegijs ejuſdem Ordinis; ex reformatione juſtitiæ §. 6. & *ibi Valaſc.* 26

Limita quinto: quando inutile remaneret privilegium, ſi ad famulos non extenderetur: *ex Barb.* 27

jam

jam allegato. Sperello deciſ. 128. *num.* 17.

28 Limita ſexto in famulis miniſtrorum, qui privilegium habent portandi arma, quod extenditur ad famulos illorum: *Sperello deciſ.* 128. *num.* 63. *ubi tres DD.* citat id ipſum approbantes, dum aſſociant dominos ad diligentias faciendas.

Famuli, coloni, & inquilini equitum trium ordinum militarium, non excuſantur à gabellis, decimis, portorijs, alijsque tributis, prout excuſantur equites: *Valaſc. conſ.* 131. *à n.* 12. *Reynoſ. obſervat.* 2. *n. fin.* de quo videndus eſt *Souza deciſ.* 72. *n.* 7. *&* 8. *Valaſc. de jure emphyteutico quæſt.* 17. *Fermoſin. ad tx. in cap. ſi Clericus* 5. *de foro competenti q.* 7. *n.* 6. *Barb. de jure Eccleſiaſtico tom.* 1. *cap.* 39. *n.* 30.

CAPUT IX.

Utrum familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis uſus armorum ex privilegio competat, qualiter, & quomodo?

SUMMARIUM.

1 *Armorum uſus regulariter eſt prohibitus.*

2 *De familiaribus delinquentibus in armorum uſu.*

3 *Clerici comprehenduntur in ſtatutu loquente de uſu armorum.*

4 *Clerici non ſunt exempti à politica gubernatione reipublicæ.*

5 *Imó ſunt Cives, & partes reipublicæ.*

6 *In temporalibus debent eſſe ſubjecti gubernatori publico.*

7 *Judices ſeculares poſſunt ab Eccleſiaſticis ſummere arma.*

8 *Dummodo hoc non fiat in pœnam transſgreſſionis legis: ſed ne procedant in violationem legis.*

9 *Poſſuntque exigere pignus pro ſolutione præſtanda.*

10 *Arma ab Eccleſiaſticis ablatis, vel in ſe, vel in prætio ipſis ſunt reſtituenda.*

11 *Mulieres etiam comprehenduntur ſub ſtatuto prohibẽte arma.*

12 *Hoc de rigore, ſecus de juris æquitate.*

13 *Forenſes ſub tali ſtatuto comprehenduntur.*

14 *Forenſis ingrediens provinciam tenetur indagare de ſtatutis provinciæ.*

15 *Eſt tamen mitiùs puniendus.*

16 *Doctores, & Advocati comprehenduntur ex totius orbis conſuetudine.*

17 *Arma ſtatuto prohibita, neque domo quis impugnè habere poteſt.*

18 *In noſtro regno contra tenentes arma prohibita in domo per Inquiſitionem proceditur.*

19 *Familiaribus, officialibus vè Sanctæ Inquiſitionis in toto ferè orbe uſus armorum permittitur.*

20 *Apoſto-*

20 *Apoſtolici Inquiſitores poſſunt procedere contra judices ſeculares impedientes familiares, officialeſque ut armis in executione Sancti Officij.*

21 *Inquiſitores contra impedientes ſuam juriſditionem, vel privilegia, aut ſuorum procedere valent.*

22 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis pro crimine delationis armorum coram ſuo judice ſunt accuſandi.*

23 *Familiares, officialeſque Sancti Officij tam die, quam nocte armis uti valent.*

24 *Inquiſitores, ſicut Epiſcopi familiam armatam habere poſſunt.*

25 *Familiares, officialeſque Sancti Officij in actu exercito, & executione Sancti Officij armis prohibitis tantum uti poſſunt.*

26 *Hujuſmodi tamen etiam in perdicto caſu leges circa menſuram armorum ſervare.*

27 *Sicut familiares, Epiſcopi ſervare coguntur.*

28 *Et judices, officialeſque ſeculares juſtitiæ.*

29 *Milites extra beli conflictum, vel ejus exercitum armis prohibitis uti nequeunt.*

30 *Familiares, officialeſque in diligencijs poſſunt ferre ſolum, quæcumque arma voluerint.*

31 *Plenum, & liberum arbitrium liberam facultatem nullis obſtrictam regullis importat.*

32 *Verba denotancia liberum arbitrium ſemper arbitrio boni viri regulantur.*

33 *Maximè in materia privilegiorum.*

34 *Portantes arma prohibita etiã in executione juſtitiæ capi, & puniri poſſunt à judicibus ordinarijs.*

35 *Niſi de licencia Inquiſitorum arma deferant.*

36 *Idem de militibus eſt tenendum.*

37 *An credendum ſit ſupradictis aſſerentibus de licencia ſuperiorum ſe ſe arma deferre.*

38 *In materia privilegij aſſertioni partis fides non eſt præſtanda.*

39 *Fundans ſuam intentionem in aliqua poſitione qualificata eam probare tenetur.*

40 *Quando agens plene ſuam intentionem fundat, debet patiens exceptionem ſuam concludenter probare.*

41 *In propria cauſa nemini etiam jurato creditur.*

42 *Nec in ea, in qua intereſſe etiam modicum habere poteſt.*

43 *Creditor in cauſa ſui debitoris idoneus non eſt teſtis.*

44 *Agenti de ſe exonerando non creditur.*

45 *Aliás via delinquendi apperiretur.*

46 *Mandatum in arduis non præſumitur.*

47 *Seculares judices an poſſint cappere familiares Sancti Officij inventos cum armis prohibitis aſſerentes ſe ire in ſervitium*

vitium Sancti Officij.

48 *Nemini etiam Principi creditur quando agit de commodo ſuo.*

49 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis carceratos ob delationem armorum ſiunt excarcerandi ex ſola aſſertione Inquiſitorum deponentes de licentia ſua arma exportare.*

50 *Hujuſmodi carcerati an ſint remittendi ad ſuos judices, vel poſſunt puniri a judicibus capientibus.*

51 *Delatio armorum prohibitorum an ſit crimen exceptum.*

52 *Officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis tenentur regias permaticas coſtodire.*

53 *Referuntur, qui dixerunt non poſſe in hoc caſu ad ſuos judices ideclinare.*

54 *Privilegium omnino amittit, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.*

55 *Caſus iſte non eſt exceptus.*

56 *Lex ſi volluiſſet, expriſſiſſet.*

57 *Quod ſpecialiter denegatur in uno caſu, in alijs prohibitum non cenſetur.*

58 *Reſpondetur contrarijs.*

59 *Familiares, officialeſque Sancti Officij inventi cum armis prohibitis, vel permiſſis abutentes ſunt remittendi ad ſuos judices.*

60 *Familiares, officialeſque Sancti Officij in criminibus non exceptis ſuos habent judices privativos.*

61 *De exceſſu, ſeu abuſu privilegij cognoſcit judex conſervator ipſius privilegij.*

62 *Monetarius inventus delinquens ad judicem monetæ eſt ferendus.*

63 *Judex monetæ eſt conſervator monetariorum.*

64 *Inquiſitores, & Judices Fiſci ſunt judices privativi officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis.*

65 *Milites inventi armis prohibitis per Auditores ſuos tantum puniri valent.*

66 *Arma ibi contenta poſſunt ferre familiares, officialeſque Sancti Officij tam die, quam nocte.*

67 *Tam ante ſonum campanæ quàm poſt.*

68 *Alias inutile eſſet illis privilegium.*

69 *Confirmatur reſolutio notabiliter.*

70 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

71 *Campana non tacta unuſquiſque armis permiſſis uti poteſt etiam extra horas, in quibus campana tangi ſolebat.*

72 *Vel ſi deferat arma cum lacerna etiam poſt ſonum campanæ.*

73 *Leges Hiſpaniæ deficientibus noſtris ſunt apud nos coſtudiendæ.*

74 *Non ex vi ipſarum, ſed ex vi rationum.*

75 *Officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis inventi etiam armis permiſſis in locis ſuſpectis*

pectis ſunt capiendi, & remittendi ad ſuos Judices.

76 *Aſociantes hujuſmodi ad executionem ſuorum officiorum eadem arma ferre poſſunt, quæ ipſi ſecum ferre valent.*

77 *Prædicti poſſunt conducere homines armatos ad ſe aſociendos.*

78 *Familiæ appellatione veniunt non tantum familiares, qui domum degunt, ſed & qui ab ea aluntur.*

79 *Effectus potius, quam verborum ſonus attenditur.*

80 *Tempore reſidentiæ, nec Judices, nec officiales arma deferre valent.*

81 *Armis prohibitis quis uti poteſt ad lædendos bannitos.*

82 *Et ſi arma venenata ſint.*

83 *Acommodans arma ad lædendum, vel vulnerandum eadem pœna punitur.*

84 *Niſi hoc fiat ad lædendos banitos.*

85 *Arma ligata ferre nemini interdicitur.*

86 *Dummodo ita ligata ſint, ut ad nocendum apta minimè ſint.*

87 *Deambulans per civitatem, vel oppidum arma prohibita etiam ligata ferre non valet.*

88 *Circa delationem armorum variæ, & novæ referuntur noſtri regni leges.*

ARmorum uſus regulariter eſt 1
de jure prohibitus, ut in rubro, & nigro *cod. ut armorum uſus lib.* 11. *& in authent. de armis, & notat Barth. in l.* 1. *ff. ad l. Julliam de vi publica*, & etiam nobilibus, ut poſt *Afflict.* notat *Farin. lib.* 3. *q.* 108. *n.* 25. cum ſequentibus, *Canc. var.* 3. *p. cap.* 3. *n.* 56. *Ord. lib.* 5. *tit.* 80. *Caren. de officio Sanctæ
Inquiſitionis tit.* 14. §. 4. *per tot.* ubi 2
agit de familiaribus delinquentibus in uſu armorum, *Farinac. in praxi crimin. q.* 108. *tom.* 3. *Peres ad tit. cod. ut armor. uſu Benedit. Pereir. in ſua academia lib.* 3. *q.* 13. *per tot.*

Ampliatur primo, hæc conclu- 3
ſio in Clericis, qui quidem ſtatuto ſeculari de armis ligantur, quando tale ſtatutum concernit publicã utilitatem, quia Eccleſiaſtici non
ſunt exempti à politicâ gubernatio- 4
ne reipublicæ neque de jure humano, neque de jure divino, imò cives, & partes civiles reipublicæ ſunt, &
ſic eſſe debent in temporalibus ſub- 5
jecti gubernatori publico reipublicæ, atque Regi, ſeu Principi ſecula-
ri: ex illis, quos citati *Delbene de im-* 6
munitat. tom. 1. *cap.* 9. *n.* 16. *&* 17. unde non eſt improbabile Judices
ſeculares poſſe ab Eccleſiaſticis au- 7
ferre arma, ſi hæc non tolantur in pænam tranſgreſſionis legis, ſed
potius, ne Clerici procedant in vio- 8
lationem legis, & poſſe ab Eccleſiaſticis exigere pænas de plano, & ſine controverſia aliquod in pig-
nus accipere pro ſolutione præſtan- 9
da, *Delbene d. cap.* 9. *dubit.* 2. *n.*

 35. *&*

35. & 36. *Avendanbus de manda-*
tis 2. *p. cap.* 14. *n.* 13. *Salzed. in*
practica cap. 55. cum multis *Barb.*
ad dictam Ord. n. 1. *Ord. lib.* 5. *tit.*
80. §. 11.

10 Arma autem ab Eccleſiaſticis
ablata, an ſint frangenda, vel ap-
plicanda juxta legem, vel traden-
da ipſis Eccleſiaſticis, rogabis? Reſ-
pondemus arma ſic ablata non
poſſe à Judicibus ſecularibus juxta
legem ſecularem applicari, ſed de-
bent, vel in ſe ipſis, vel in valore,
ſeu prætio ſuo reſtitui Eccleſiaſti-
cis, vel ipſorum Judici, niſi hic eos
comdemnet in dictorum armorum
perditionem, *Marta de juriſdi-*
ctione p. 4. *cent.* 1. *caſu* 7. *n.* 20.
Sperello deciſ. 122. & 123. & 124.
per totas, *Conciol. infra citandus*
reſolut. 24. *per tot.*

11 Ampliatur ſecundo in mulie-
ribus: *ex Gregorio Lopes in l.* 8. *tit.*
10. *p.* 7. *Farinac. in praxi crimi-*
nali tom. 3. *q.* 8. *n.* 15. *Vivio tom.*
1. *comm. lib.* 1. *tit.* 17. *n.* 208. *Barb.*
ad dictam Ord. n. 3. *Conciol. in ſuis*
reſolutionibus criminalibus litera
A. verbo arma, *reſolutione* 7. *n.*
1. & 2. ubi dicit habere locum
etiam in ſtatuto prohibente ire de
nocte ſine lumine poſt ſonum
12 campanæ, & *n.* 3. ubi inquit con-
prehendere etiam mulieres ſub
ſtatuto puniente violentiam cum
armis, & *n. ultimo* affirmat, quod
licèt ſtricto jure mulieres compre-
hendantur in ſtatuto prohibente de-
lationem armorum de æquitate;
tamen contrarium eſſe inſtituen-
dum; prout in contingentiâ facti
ſervatum fuiſſe teſtatur.

Ampliatur tertio in forenſibus: 13
ex Barboſ. n. 4. *Caballo caſu* 129.
n. 18. *Conciol.* ubi proximè *reſo-*
lut. 4. *n.* 1. qui *n.* 2. dicit hoc ex
eo procedere; quia forenſis ingre-
diens aliquam provinciam tene-
tur ſe informare de ſtatutis, & con-
ſuetudinibus dictæ provinciæ, 14
quod ſi non faciat, dicitur eſſe in
ſupina ignorantia, maximè cum
armorum delatio ſit prohibita de
jure communi, & *n.* 4. intelligit
hanc ampliationem in pæna levi, 15
puta pecuniaria, vel funis ictu,
ſecùs in gravi, puta triremium, vel
capitali, & ibi eum limitat in fo-
renſibus de longe venientibus, &
tantum per itinera arma prohibita
portantibus.

Ampliatur quarto in Docto- 16
ribus, & Advocatis, & eorum fa-
milia juxta praticam univerſalem,
ferè totius orbis; quamvis attento
jure contrarium videbatur dicen-
dum ex DD. quos laudat idem
Conciol. reſolut. 20. *per tot.* *Barb.*
ad dictam Ord. n. 6.

Ampliatur quinto in habenti- 17
bus arma in domibus, vel ſtanti-
bus in illis, armatis armis, quæ per
leges, vel ſtatuta, nec in domibus
quis habere poteſt; prout ſunt in
noſtro regno omnia arma ſulphu-
rea, quatuor palmis breviora: *ex*
dict. Ord. §. 13. cum multis. *Con-*
ciol. reſolut. 8. *per totam*; niſi conſu-
etudo, vel alia juxta cauſa excuſet
à delatione armorum: ex eodem

Conciol.

Conciol. reſolut. 21. *per totam*, de qua re *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 65. §.53.78.§.23.

18 Ampliatur ſexto, ut poſſit, & debeat Judex procedere per Inquiſitionem contra arma portantes, vel in domo tenentes, licèt non ſint cum illis captis, vel inventis, maximè, ſi lex, vel ſtatutum jubeat Judicem procedere per Inquiſitionem; pro ut conceditur in noſtro regno contra portantes arcabuſeta brevis menſuræ, quæ vocamus *piſtollas*, latè multis citatis de materia *Conc.reſolut.*11. *per totam;* niſi armorum delatio ſit momentanea: ex eodem *Conciol. reſolut.* 16.*per totam. Pegas ad Ord, lib.*1.*tit.*65.§.31.*gloſa* 35. *numer.* 113.*&* 114.

19 Limitatur primo hæc regula, & generalis concluſio in noſtris officialibus, familiaribuſque Sanctæ Inquiſitionis virtute privilegij, quod habent in noſtro regno, & in toto ferè Chriſtiano orbe: *ex Clementiana* 2.§.*fin.ubi gloſ.de hæreticis. Menoch. caſu* 394. *n.* 6. *Decian.lib.*8.*cap.*3.*n.* 49. *Farinac. de varijs, ac extraord. crim.q.* 108. *num.* 101. *& in tract. de hæreſi q.* 382. *n.* 92. *Sperello deciſ.* 128. *numer.* 82. *Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis p.* 1. *tit.* 14. *Manſ. de confiſcatione bonorum q.*8.*num.*40. *Barboſa in clementina* 2. *de hæreticis num.*9. *&* 10.*Ciarlinus forenſ.* 2.*p.cap.*120. *num.* 44. *Salzedo in practica criminali cap.* 140. *n.* 25. *Cenedo collect.* 7. *ad decretal.num.*2. *Solorzano de jure Indiarum tom.*2. *lib.*3.*cap.numer.*76.*Barboſ.de jure eccleſiaſtico lib.*1.*cap.*36.§.4. *n.*56. *Daniel de nobilib. diſput.*63.*n.*44. *& in additione n.* 9.*Conciol. reſolut.* 19.*num.* 3.*verbo arma*, *Cortiada deciſ.*30.*num.*102.*Narbon.in l.*20. *gloſ.* 18. *n.* 85. *tit.*1.*lib.*4. *Bobadilha*, qui plures laudat *lib.* 2. *politicorum cap.*17.*num.*88. *Barboſ. ad Ord.lib.*5. *tit.* 80. *n.* 4. *Simancas de catholicis inſtitutionibus cap.*34. *num.* 24. *& cap.*41. *num.* 15.*Penna in directorio Inquiſitorum parte* 3.*ſcholio* 214.

Quod in tantum procedit, quod poſſunt Inquiſitores procedere contra Judices ſeculares impedientes familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis pro armorum delatione in executionem juriſdictionis Santi Officij, illa eis auferendo, tamquam turbatores Sancti Officij: plures *Narbona gloſ.* 2. *n.* 85. cum aliis *Bobadilh.lib.*2.*politicorum cap.*17. *n.*88.*Solorzan.dict. cap.*24.*num.*77.*Dian. reſol. moral.* 4.*p.tract.*8.*reſolut.* 31. *& in ſumma* 2. *p. verbo Inquiſitorum juriſdictio num.*25.*Seſſe de inhibitionib. cap.*30.§.1.*n.*193. 20

Ratio hujuſmodi eſt; quia Inquiſitores procedere poſſunt contra impedientes, vel turbantes eorum juriſdictionem, vel privilegia, & immunitates ſibi, & ſuis miniſtris conceſſas: *ex Bulla ſi de protegendis à Pio V. prolata.Seſſe de inhibitionibus cap.*30.§. 1. *n.* 158. *Fermoſin.in cap.cum veniſſet de judicijs* 21

dicijs q. 10. n. 5. *Diana* 4. *p. tractat. 8. reſolut.* 65. *&* 104. *Narbon. in l.* 20. *gloſ.* 24. *Farin. dicta q.* 182. *n.* 74. *Barb. in cap. ut officium n.* 14. *& in cap. ut Inquiſitionibus* 18. *de hæreticis in* 6. *Solorzano d. cap.* 24. *n.* 14. *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 107. *Enricus in derectorio p.* 2. *q.* 54. *Sperellus deciſ.* 128. *n.* 84.

22 Limitatio hæc ampliatur ad caſum, quo familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis delinquant cum armis illis conceſſis; quia tunc puniendi ſunt pro crimine tantum, non verò pro delatione armorum: *ex Caballo caſu* 63. *n.* 9. *centuria* 1. ubi dicit; numquam videſſe contrarium ſervari, *Deciano lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 62. quod eſt generale in omnibus deferentibus arma cum ſuperioris licentia; niſi in interpetratione licentiæ promiſiſſent illis non abuti, latè *Conciliol. verbo arma*, *reſolut.* 3. *per tot.* ubi plures aducit pro contraria pugnantes *Maſtrilh. de magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 12.

23 Ulterius ampliatur eadem limitatio, ut poſſint familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis arma portare tam die quam nocte, etiam ſi ad hoc regiam conceſſionem non habuiſſent; quia Inquiſitores de jure poſſunt habere familiam ornatam,

24 ſicut & Epiſcopi, ut latè dicemus lib. hoc, & eodem modo, quo familia Epiſcopalis poteſt de jure portare arma, poteſt etiam familia Inquiſitorum, cum iſta non ſit de jure minus privilegiata, quàm illa; ut diximus *lib. hoc cap.* 16. *Sperellus d. deciſ.* 128. *n.* 81.

Eſt tamen primo intelligenda limitatio, quoad arma prohibita in actu exercito, & executione Sancti Officij; ut probat *tx. in dicta Clement.* 2. *§. fin. de hæreticis*, *Barb. de jure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 36. *§.* 4. *n.* 61. *Daniel de nobilibus in aditione ad diſp.* 63. *n.* 10. *verſ. verum*, *Bobadilha lib.* 2. *politicorum cap.* 25. *n.* 9. *&* 28. *& cap.* 17. *n.* 88. *Farin. de hæreſi q.* 182. *n.* 90. *&* 93. *Aquila in allegat. pro familiaribus ſcripta concluſione* 1. *n.* 114. *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 105. *&* 108. 25

26 Eſt ſecundo temperanda, quod familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis in actu, & exercitio ſervitij Sancti Officij poſſint arma prohibita portare, attamen obſervare tenentur regia edicta, & leges delationis armorum circa menſuram ipſorum, ita ut deferre non poſſint in executione mandatorum Sancti Officij arma minoris menſuræ illius, quam lex, ſeu permatica determinat, *Aquila d. concluſione* 2. *n.* 115. *Matheu de regimine Valentiæ tom.* 1. *cap.* 7. *§.* 3. *ſect.* 1. *n.* 44. *Cortiad. dicta deciſ.* 30. *n.* 109.

27 Videmus traditiones has ægrè eſſe ferendas, ideòque illas probare adſtringimur. Probatur primo; quia familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, quoad privilegia pari paſſu in jure currunt,

cum

cum familiaribus, officialibuſque Epiſcoporum,ut multoties dictum, ac probatum manet, ſed familia Epiſcopum non poteſt uti armis prohibitis; niſi in ſervitio, & executione mandatorum Epiſcoporum, & in executione tenetur portare arma juxta menſuram à legibus, ſeu præmaticis taxatas: *ex Farin. d. q.* 108. *n.* 104. *Manſinus confiſcationibus bonorum q.* 8. *n.* 39. *Conciol. verbo arma, reſol.* 29. *n.* 4. ergo ſimiliter familia Inquiſitorum.

28 Secundo; quia miniſtri, & officiales, ſive juſtitiæ, ſive ſubſtantiæ non poſſunt portare arma prohibita, niſi in exercitio, & in executione juſtitiæ, ſeu regiæ ſubſtantiæ, & tunc etiam tenentur ſervare legis menſuras; ex DD. proximè citatis, & ultra eos *Placa in praxi delictorum lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 18. *Caballus caſu* 107. *n.* 2. *& ſequentibus, Dec. lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 44. *&* 48. *Sperellus* 2. *p. deciſ.* 128. *n.* 63. *Andreolus contr.* 426. *n.* 2. ergo ſimiliter.

29 Tertio; quia milites militiæ bellicæ, licèt poſſint portare arma attamen prohibita non poſſunt, niſi in exercitio bellico, itaut ſi extra illud cum armis prohibitis capiantur, puniendi ſunt ex delatione armorum: *ex* §. 55. *regiminis auditoris generalis* de cujus juriſditione agit *Maſtrilh. de magiſtratibus lib.* 5. *cap.* 16. *per totum noſtre Mideirus in ſuo perfecto milite:* ergo eodem modo &c.

Nec adverſus hoc obſtant verba noſtri tx.ibi:*porem quando cumprir haverem de hir fazer alguma prizaõ, ou qualquer outro acto de juſtiça em que ſe requeira levarem mais armas offenſivas poderàm levar todas as que quizerem, & lhe forem neceſſarias*, ex quibus verbis videtur illis conceſſa ampla facultas ferendi arma ad libitum ſine ulla reſtrictione, & conſequenter videntur corruere proximè dicta, cum plenum, & liberum arbitrium importet, liberam facultatem, nullis adſtrictam regulis: *ex Bartholo in extravag. ad reprimendam in verbo videtur n.* 3. *quam refert Tuſcus litera A. concluſione* 476. *n.* 1. *Menochio de arbitrarijs q.*6. *lib.* 1. *Aymom conſ.* 190. *n.* 5. *Seraphinus de privilegio juramenti privilegio* 132. *n.* 13. *& n.* 81. *Rolando conſ.* 62. *n.* 18. *lib.* 1. *& conſ.* 59. *n.* 32. *& conſ.* 55. *n.* 15. *&* 47. *lib.* 3. *Lanzalotus de attentatis cap.* 12. *limitatione* 10. *n.* 8. 11. *&* 15. *Menoch. de arbitrarijs q.* 7. 8. 9. *&* 37. ubi ad ſaturitatem invenies; quando, & quibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum, ſeu regulatum dicatur, & melius *Barb. de clauſulis clauſula* 6. 30 31

Non inquam obſtant: nam ubicumque aliquid committitur per verba denotantia arbitrium, ſemper intelligitur regulatum arbitrio boni viri, & juris regulis: *ex Cravet. conſ.*612. *n.* 11. *&* 657. *n.* 56. *Menoch. conſ.* 67. *n.* 4. *&* 5. 32

& 5. *Tuſcus litera A. concluſione*
33 470. *n.* 2. & maximè in materiâ privilegiorum, quorum verba interpetranda ſunt, quominùs lædant jus commune.

34 Venit ex hoc, quod ſi familiares, & officiales Inquiſitorum, vel Epiſcoporum, vel juſtitiæ, aut ſubſtantiæ, vel milites extra actum, & exercitium ſuorum officiorum inveniantur cum armis prohibitis vel etiam in executione, & exercitio, ſi illa portent minoris menſuræ, quam lex permittit, capi poſſunt à miniſtris, & eorum officialibus abſque ullo metu; quia cum ad hoc non habeant privilegium, juriſditioni Ordinariæ ſubjiciuntur, *Aquila dicta concluſione* 2. *à n.* 106. *uſq. ad* 118. *Cortiad. dicta deciſ.* 30. *n.* 100. ubi dicit de hoc in regno Caſtellæ ſtare concordiam.

35 Temperabis tamen proximam reſolutionem eo in caſu, quo prædicti officiales, & familiares deferant licentiam Inquiſitorum: *ex Aquila dicta concluſione* 2. *n.* 115. *Cortiad. deciſ.* 30. *n.* 109. vel milites ſuorum ſuperiorum ex regi-
36 mine auditoris generalis *dicto* §. 55. ubi ad evadendam pænam delationis armorum prohibitorum militibus ſufficit licencia ſuperiorum, ſive in ſcriptis, ſive verbalis, & in caſu licentiæ verbalis eſt ſtandum *ex d.*§. 55. aſſertioni ſuperiorum militum, quod etiam ex paritate rationis extende ad Inquiſitores.

Hic aliqua non importunè rogabis, quæ quotidiè contingunt. 37
Primò rogare poteſt: Utrum judex, ſeu ejus officialis poſſit capere, & armis ſpoliare familiares, Officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, milites, & cæteros, qui arma prohibita deferre poſſunt in actu juriſditionis minoris menſuræ, cum licentiâ ſuperioris, ſi eam in ſcriptis non demonſtrent, & tantum verbaliter habere affirment, quam affirmativè reſolvimus.

Primo: quia circa qualitatem 38
privilegij non ſtatur aſſertioni partis, imò ejus qualitas probari debet, maximè quando exceptio, quæ contra illud opponitur, oritur ex ventre ipſius privilegij; ut latè probat *Seraphinus deciſ.* 332. *n.* 6. *&* 7. prout in præſenti *Narbona in l.* 60. *gloſ. unica á n.* 66. *tit.* 4. *lib.* 4. *recopilationis*, *Canc.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 77. *&* 78. ubi dicit aſſertioni Principis ſtandum, quando, & quomodo.

Secundo: quia fundans inten- 39
tionem ſuam in aliqua depoſitione qualificata, debet probare qualitatem: *ex l.* 1. §. *de ſuo commodo* §. *quid autem ff. ne quid in flumine publico l. Prætor* 51. §. *cum ff. de vi bonorum*, *Phœb.* 2. *p. areſto* 30. *verſ. ſcias pluribus.*

Tertio: quia quando actor, 40
planè intentionem ſuam fundat, neceſſe eſt, quod reus exceptionem ſuam plenè probet, alioquin probatio actoris non confunditur, *Barthol. in l. admonendi* 5. *n.* 50.

& ibi

& ibi Ripa n.211. ff. de jure jurando, *Barthol. in l. non ſolum §. ſed ut probari ff. de novi operis numptiatione*, *Abbas in capit. dedum de electione col. fin. verſic. tertij facit.* At in iſto caſu intentio judicis, ſeu officialis plenè eſt probata ex juris communi diſpoſitione: ergo.

41 Quarto, quia in propriâ causâ nemo etiam juratus admittitur: *ex cap.* 6. 12. 20. 24. 39. 44. *&* 51.
42 *de teſtibus*, *Gom. var.* 3. *cap.* 9. *n.* 1. nec in eâ, in qua intereſſe, vel affectionem habere poteſt, *Valenſuela conſ.* 77. *n.* 5. *Carlev. tit.* 3. *diſp.* 4. *n.* 9. *Mattheu de re criminali controverſ.* 18. *n.*53. *& controv.* 61. *n.* 4. & ſi intereſſe ſint
43 modicum; *ex Riccio* 3. *p. collectan.* 527. & ideò creditor in debitoris cauſâ non poteſt eſſe teſtis: *ex Merlino lib.* 4. *de pignorib. tit.* 5. *quæſt.* 187.

44 Quinto, quia agenti de ſe exonerando non creditur: *ex Cyriaco controverſia* 487. *Giurb. obſervat.* 81. ubi de eo, qui remmiſſam alicui tradiſſe deponit, *Oldrado conſ.* 170. *Craveta conſ.* 5. *n.*5. *Roland. lib.* 2. *conſ.* 1. *n.* 58.

45 Stat ſexto, quia ſi crederetur illis, aperiretur via delinquendi; nam omnes ſiſi ſuæ aſſertioni eſſe ſtandum talia arma ſemper portarent impuniti, ſed via delictis non eſt aperienda, ſed potius evitanda.

46 Stat ſeptimo, quia mandatum non præſumitur, ſed eſt probandum: præcipuè in arbuis.

Secundo interrogare poteſt: 47
Utrum judex, ſeu ejus officialis poſſit capere familiares, ſeu officiales Inquiſitorum, Epiſcoporum, & aliorum inventos cum armis prohibitis, ſi dicant eſſe, vel ire in exercitio miniſterij ſuorum officiorum; quando de hoc non conſtat, niſi per ſuas aſſertiones? Reſpondemus affirmativè ex fundamentis in proximâ quæſtione expenſis, & illo præcipuo, quod áſſertioni alicujus non creditur, quando agit de commodo ſuo, etiam ſi aſſerens Princeps ſit: ex DD. in primo fundamento citatis, quibus adde *Bruno conſ.* 154. *Craveta de antiquitate temporum* 1. *p. n.*5. *&* 6. *Dician. conſ.* 445. *Moheda deciſ.* 3. *aliàs* 286. *de fuedis*, *Ancharran. conſ.* 398 *ad finem*: ubi dicit *Clementinam unicam de probationibus* non procedere, quam do Princeps aliquid aſſerit in tertij præjudicium, aut contra jura, & *Geminian. conſ.* 53. *Roland. dicto conſ.* 1. *n.* 58. *lib.* 2. *fuſè Maſcard. de probationib. concluſione* 1227. *per tot.* 48

Declara tamen has duas quæſtiones, quod ubi primum conſtiterit prædictos familiares portare arma cum licentia ſuorum ſuperiorum eſſe à carcere relegandos, & ad hoc ſufficere aſſertionem ſuperiorum. 49

Tertio interrogare poteſt: 50
Utrum prædicti familiares, ſeu officiales ſint poſt capturam remittendi ad ſuos judices, vel poſſet

Judex cognoſcere de delicto delationis armorum ordinariè, & illos
51 punire: pendit ſolutio hujus quæſtionis ab examine arterius; nempè crimen delationis armorum contra leges, vel præmaticas regias ſit crimen exceptuatum.

52 Affirmativa ſententia nititur primo; quia familiares, officialeſque Inquiſitorum, & Epiſcoporum tenentur regias præmaticas obſervare, tam circa delationem armorum, quàm circa præſcriptam normam, & menſuram, *Mattheu de regimine Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *n.* 44. *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 109. *&* 100. *Narbona l.* 20. *gloſ.* 21. *n.* 50. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilation.* ubi *n.* 51. agit de familiari ſedenti contra regias
53 præmaticas, *& n.* 52. de introducente, aut extrahente merces prohibitas aurum, vel argentum, & monetam, & omnes prædicti reſolvunt ſubjectos manere judicibus ordinarijs, & declinatoria fori non obſtante ab illis puniri poſſe, ad quorum ſententiam videntur inclinare, *Carlev. tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 522. *Vela deſert* 44. *n.* 46. *&* 47.

Unde *Mattheu dicta ſect.* 2. *n.* 38. *Merlin. forenſ. cap.* 125. *n.* 45. reſolvunt familiares, officialeſque SanctiOfficij non gaudere privilegio fori in delictis delationis tormentorum manualium.

54 Confirmatur: quia privilegium omnino videtur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: *ex cap. privilegium* 63. *ibi gloſ.* 11. *quæſt.* 3. *capit. ubi iſta* 7. *deſtinet.* 74.

Negrativa firmatur ex eo; quia 55
caſus iſte non eſt exceptuatus in noſtro *tx.* & ſi lex noſtra voluiſſet illum exceptuare, & eximere, expræſiſſet: *ex l. ſi ſervum* §. *prætor* 56
ait verſ. non dixit prætor ff. de adquirenda hæreditate, *& l. ſi veró* 65. §. *de viro ff. ſoluto matrimonio* ibi: *nihil in leg. ſcriptum eſt*, *& hoc habeo quaſi amiſſum*, annotat *tx. in cap. ad audiendum de decimis.*

Juvat etiam regula, quæ habet; quod ſpecialiter denegatur 57
in uno caſu in alijs prohibitum non cenſetur: deducta *ex lege maritus cod. de procuratoribus*, *l. quod habeo ff. de compenſationibus DD. ad text. in lege cum prætor ff. de judicijs*, *& ex noſtro tx.* ibi: *em os quais cazos conhecerão as juſtiças ſeculares contra os ditos familiares*, *& nam em outros por graves que ſejaõ.*

Fundamenta: quæ in noſtro 58
regno concluduntur negativam ſententiam eſſe in illo amplectendam, & ſequendam, & retenta? Reſponde ad primum contrariæ fundamentum verum eſſe familiares teneri ſervare regias præmaticas, ſed ex hoc non ſequi privilegio fori non gaudere: nam etiam familiaris tenetur alterum non lædere, & tamen ſi alterum vulneraverit, ex hoc non colligitur privilegio fori non gaudere.

Similiter reſponde ad ſecundũ,

verum eſſe privilegium amittere, meritò, qui illo abutitur, ſed regulam hanc non pertinere ad hunc caſum cum in illo non ſtemus in caſu abuſionis privilegij, ſed in caſu: utrum familiaris utens armis prohibitis puniendus ſit à judice Ordinario.

59 His ſtantibus, jam patet familiares, officialeſque Inquiſitorum, Epiſcoporum, & aliorum, qui in criminibus foro privilegij gaudent inventi armis prohibitis, vel conceſſis abutentes ad illum finem, præter quem conceſſa ſunt, veluti in rixibus, in domibus meretritium, in lupinario publico, in tripudijs publicis, & cauponis, in locis ſuſpectis capiendos eſſe à judicibus Ordinarijs, & ab eorum officialibus, ſed illicò abſque eo, quod in carcerem publicum detrudantur ad ſuos privativos judices eſſe remittendos, ſi in loco adſint, ſi verò extra, quamprimum eſſe potuerit ſine ullo proceſſu, præter auctum inventionis.

60 Probatur concluſio primo; quia ut probatum manet delatio armorum prohibitorum, vel abuſus præmiſſorum non eſt crimen exceptũ: at in omnibus criminibus, non excluſis in privilegio ſunt judices, quoad Officiales Inquiſitores, & quoad familiares judices fiſcales privativè, cum denegatione eorum judicum: ergo &c.

61 Corroboratur ſecundo; quia de exceſſu, ſeu abuſu privilegij cognoſcit judex conſervator ipſius privilegij: ratio eſt; quia ipſe melius, quam alius ſcit, quouſque privilegia ſuorum privilegiatorum ſe extendant, & ob quam cauſam privilegia largiantur: *ex Caren. de officio Sanctæ Inquiſition. tit.* 14. §. 4. *n.* 15.

Corroboratur tertio ex expreſſa *Ord. lib.* 2. *tit.* 62. §. 4. ubi legiſlator noſter decidit, quod ſi aliquis officialis juſtitiæ, vel die, vel nocte propter quaſcunque cauſas apprehenderit Monetarium, illum teneatur ante incarcerationem coram judice, & conſervatore Monetæ ferre, qui quidẽ judex cognoſcere debet, an captus ſit de numero monetorũ, vel non; ita ut in primo illum jubeat ad carcerem monetorum: in ſecundo illum remittat ad judicem Ordinarium, & procedendo ad ulteriora, inquit quod *tx.* officialis contrarium faciens, incurrat viginti aureorum pænam. 62

Ratio hujus deciſionis præter alatam eſt; quia cum juriſdictio cõſervatoris monetorum ſit privativa, non poſſunt alij judices cognoſcere de illis cauſis, etiam ex prorogatione partis, ut tradit *Barb. ad dictam Ord. dicto* §. 2. ubi etiam remiſſivè, quando juriſdictio dicatur privativè conceſſa *Phœb.* 2. *p. areſto* 99. ubi ex eâ ratione judicatum refert arma cujuſdam famuli monetarij fuiſſe per ſententiam ei reſtituta, ex eâ ratione; quia per alium judicem, qui non erat conſervator monetæ, fuerunt condemnata.

Et multo fortius hoc procedit in officialibus, ac familiaribus Sanctæ 63

ctæ Inquiſitionis, tum quia juriſdictio, quoad illos Inquiſitoribus conceſſa, & quoad iſtos judicibus elargita eſt cum clauſulis abducativis, & irritantibus; tum quia privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis ſunt maiora monetariorum, & illi magis privilegiati, quam iſti: *ex Phœb. d. areſto* 99. *verſ. ad aliud*, & expreſſa deciſione regia, de qua *in cap.*3.

65 Corroboratur quarto *ex* §. 55. *regiminis auditoris generalis*: ubi milites capti, & inventi armis prohibitis ſunt puniendi per auditores generales, & minimè per Judices ordinarios, quod à fortiori dicendum eſt de militibus cæleſtis militiæ, quales ſunt officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis.

66 Redeundo iterum unde degreſſi ſumus. Limitatur ſecundo, prima, & generalis concluſio in noſtris officialibus, familiaribuſque, militibus, & familiaribus Epiſcoporum, quoad enſem, pugillem, & adagam, & quoad omnia alia arma defenſiva; quia hæc virtute
67 ſuorum privilegiorum poſſunt ferre, ſivè die, ſive nocte, vel ante ſonum campanæ, vel poſt illum, quoniam ſi illa portare minimè potuiſſent poſt ſonum campanæ, inutile illis remaneret prædictum privilegium, ſiquidem omnes prædicta arma ſecundum Ordinatio-
68 nem *lib.* 5. *tit.* 80. *in principio* deferre poſſunt, & privilegium ſemper intelligendum eſt, ut aliquid juri communi detrahat, vel addat; ut diximus *cap.* 2.

Deducitur hoc *ex Ord. lib.* 5. 69
tit. 80. §. 10. ubi inquit legiſlator privilegiatos in Civitate Ulyſipponenſi non poſſe portare arma virtute cujuſcunque privilegij, etiam quibuſcunque clauſulis nocte extra horas, aliàs adverſus illos procedatur, tamquam ſi privilegiati non eſſent, dummodo arma, quæ ſecundùm privilegia ferre poſſunt, illis minimè capiantur, & tantum pro delatione in quingentos condemnentur, ex qua exceptione curiæ regula in cæteris civitatibus, & oppidis in contrarium firmatur juxta regulam, quod exceptio alicujus firmat regulam in contrari-
um, deducta *ex l. quæſitum* §. *deni-* 70
que ff. de fundo inſtructo, *l. nam quod liquidè* §.*fin. ff. de pænu legat. cap.*2.*de conjugio ſponſorum*, *Barb. in principijs juris litera C. n.* 5. *&* *l.* 1. *n.* 17. 18. *&* 20. multis relatis alter *Barb. de axiomat. juris utriuſque axiom.*85.ubi latè de ampliatione, & limitatione ejuſdem reg. *Roland. tom.* 3. *conſ.*80.*n.*53. ubi dicit exceptionem firmare regulam in exceptuatis.

Facit etiam; quia in omnibus 71
regulare eſt, ut arma non prohibita ab illis non auferentur, etiam ſi nocte extra horas reperiantur, ſi illa nocte campana tacta non ſit, ut refert judicatum *Phœb.*2.*p. areſto* 131. & in Hiſpania eſt ſimilis *in l.* 5. *tit.* 6. *novæ recopilationis*, de qua agit *Bobadilha in politicis lib.* 2.*cap.*13.*Grat.forenſ. cap.*6.*n.* 22.

Vel

72 Vel ſi lucernam, & lumen ſecum ferat; quia etiam in iſto caſu regulare eſt arma ſic conceſſa nocte etiam poſt ſonum campanæ ferre poſſe, ut judicatum tradit *Phœb.* 1. *p. areſto* 166. ex ea ratione; quia ex lege Hiſpaniæ portantibus lumina, arma ſic conceſſa etiam poſt ſonum campanæ nocte non capiuntur, ut virtute dictæ *l.* 5. *tit.* 6. tradit *Bobadilha d. cap.* 13. *num.* 66. *Placa de delictis cap.*
73 8.

Quæ lex licèt in noſtro regno ſervanda non ſit ex vi ipſius, ſervari debet ex vi rationis, qua fundatur, & etiam quia regulare eſt, quod deficientibus legibus proprij regni, vel communibus recorrendum eſt ad leges regni vicinio-
74 ris: ex his, quæ congerit *Craveta conſ.* 206. *n.* 14. & *conſ.* 358. *n.* 8. *Boerio deciſ.* 263. *n.* 9. *Valaſc. conſ.* 51. *n.* 48. & 211. *n. fin. gloſ. in cap.* 3. *de cognitione ſpirituali verbo circum adjacentium.* Unde meritò ab iſtis regulis generalibus excipiendi ſunt noſtri officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis, & cæteri privilegiati portantes nocte ſine lumine, & poſt ſonum campanæ arma, quæ juxta ſua privilegia die ferre poſſunt.

75 Sublimitabis tamen iſtam limitationem, quando privilegiati ad arma ferenda inveniantur in locis ſuſpectis, vel operando aliquid, quod operari non debuiſſent: ex noſtro *tx.* ibi: *nam ſendo achados com ellas em lugares ſuſpeitoſos, ou deshoneſtos, ou fazendo o que naõ devem*: quia tunc capi poſſunt, ut ad ſuos Judices remittantur: nam privilegium datur ad uſum, non verò ad abuſum.

Limitatur tertio in famulis familiarium, officialiumque Sancti Officij, & cæterorum miniſtrorum illos aſſociantibus in executione, & exercitio ſuorum officiorum; quia tunc etiam poſſunt ſervata menſura legis ferre arma prohibita: *ex Caballo caſu* 107. *n.* 2. *cent.* 76
2. ubi dicit, quod poſſunt etiam ſecum ducere perſonas armatas pro eorum ſecuritate: *Manſinus de confiſcatione bonorum q.* 8. *n.* 37. *Corial controv.* 152. *n.* 11. ubi loquitur de curialibus, & officialibus Principis; *Ant. de Bella tract. crimin. lib.* 5. *de prægmatica regiâ tit.* 41. *n.* 3. *Andreol. controv.* 427. *n.* 2. ubi de curialibus Principis *Sperellus deciſ.* 128. *n.* 63. *p.* 2. 77

Intellige concluſionem, ut familia officialis appellatione ad effectum, de quo ſupra veniat, non ſolum, qui ſtat in eâdem domo ad panem officialis, ſed etiam illi, qui inſerviunt manendo extra domum recipiendo ab officiali mercedem in ſingulos dies, vel annum, ex quâ vivere poſſunt, cum adhuc dicatur cum eo ſtare ad panem conſiderato effectu, qui magis attenditur, quam verborum ſonus, *Berretus conſ.* 150. *per tot. Cabal. caſu* 290. *per tot. cent.* 3. *Barb. de appellat. verbo ſignificat, appellat.* 96. *in principio.* 78 79

80 Sequitur ex eâdem concluſione familiam officialium, nec ipſos officiales tempore ſindicatûs non poſſe ferre arma, cum non ſint in actu, & exercitatione officij: *ex Farinac. de varijs, ac diverſis criminibus*, *q.* 108. *n.* 12. licèt contrariam ſententiam teneat *Decianum lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 45. ex eo; quia adhuc reliquiæ dignitatis durare dicuntur, & ideò idem honor eis debeatur.

81 Limitatur quarto in deferentibus arma prohibita pro occidendis bannitis: *ex Menoch. de arbitrarijs caſu* 294. *n.* 73. *& caſu* 574. *Farin. conſ.* 101. *n.* 26. *lib.* 1. *Manſ. d. q.* 8. *n.* 34. quia aliquo enim conceſſo cenſetur conceſſum omne id, per quod pervenitur ad illud: *ex tx. in l. ad rem mobilem* 56. *ff. de procuratoribus*, *l.* 2. *ff. de juriſdictione Barb. axioma* 178. *in fine.*

82 Extende limitationem ad arma venenata, quia licèt delictum commiſſum cum armis venenatis gravius puniatur; ut latè ampliat, & limitat *Conciol. verbo arma, concluſione* 9. *à n.* 1. *uſq. ad* 3. attamen illis uti poteſt ad bannitos occidendendos, ſicut arma minoris menſuræ, ut archibuſetum, & piſtola, *Urcillus in examine apum concluſione* 143. *n.* 79.

83 Extende iterum; quia licèt accommodans arma ad occidendum, & vulnerandum eâdem pæna tenetur, qua occiſans, vel vulnerans:
84 *ex Conciol. reſol.* 6. *per tot.* attamen hoc non procedit in accommodante ad occidendum bannitum.

Limitatur quinto in deferentibus arma ligata; ita ut cum illis 85
neminem offendere poſſint, *Bacard. ad clarum* §. *fin. q.* 82. *n.* 72. *Farin. d. q.* 108. *n.* 83. ubi dicit
concluſionem procedere, quando 86
arma ſunt ita ligata, ut ad offendendum apta non ſint, aut cum difficultate; ita ut non poſſint ad libitum deferentis diſſolvi, aliàs ſecus *Ant. de Bal. lib.* 4. *q.* 3. *n.* 50. ubi de portante arma ligata ſuper ſi liam *Conciol. reſolut.* 15. *per tot.* ubi quando arma ad nocendum non dicantur apta.

Non procedit in eo, qui defert 87
arma ligata permanente in civitate per eam deambulando, quia tunc propter contemptum non eflugit pænam extraordinariam: *ex Farinac. d. q.* 56. *Menoch. d. caſu* 394. *n.* 31. *in additione.*

Plures poſt *Ord. lib.* 5. *tit.* 80. circa delationem armorum in noſtro regno fuerunt promulgatæ leges, quas tranſcribere voluimus, nè propter earum ignorantiam in errorem aliqui miſerrimè incidant, quarum tenor ſequens eſt.

Ley ſobre as eſpingardas, piſtollas, & piſtoletes.

DOM João por graça de Deos Rey de Portugal, & dos Algarves dàquem, & dàlem mar, em Africa, Senhor de Guinè, da conquiſ-

quiſta, navegaçaõ, commercio de Ethiopia, Arabia, Perſia, & da India &c. Faço ſaber aos que eſta minha ley virem, que ſendo eu informado, que de noite uſaõ muitas peſſoas a trazer eſpingardas, piſtollas, & piſtoletes, de que rezultaõ taõ grandes inconvenientes, & que ſenaõ pódem atalhar pellos meyos Ordinarios do cuidado das juſtiças, pella facilidade, com que encontrandoſe com os Miniſtros della, as peſſoas, que trazem as tais armas, as deixaõ cahir no cham; & as tornaõ a cobrar deſpois, atrevendoſe por ellas a ſolturas, & couſas dignas de remediar, & prover nellas, como convem a meu ſerviço, bem, ſegurança & quietaçaõ de meus vaſſallos: Hey por bem, & mando, que daqui em diante ſe devaſſe das peſſoas, que de noite trazem eſpingarda, piſtolete, ou piſtolla contra à ley, que jà ſobre aprohibiçaõ de ſemelhantes armas mandei paſſar, & dos officiaes de juſtiça, que as achaõ, & as naõ acoutaõ, & que por tudo ſe pergunte nas devaſſas geraes, & nas reſidencias, que ſe tomarem aos julgadores, & officiaes de juſtiça; & porque da meſma maneira convem prover, para que naõ hajam, nem ſe tragaõ eſtoques, punhaes, ou facas de ponta de diamentes, aſſi pellas irremediaveis feridas, que fazem, como pella facilidade, com que as ditas armas ſe encobrem: hey outro ſi por bem, & mando, que nenhuma peſſoa traga faca, venda, concerte, nem alimpe nenhuma das ditas armas, ſob pena de dous annos de degredo para Africa, & ſincoenta cruſados para o accuſador, & cativos; & mando a todos os Corregedores, Ouvidores, Juizes, & mais juſtiças, cumpraõ, guardem, & executem eſta ley, ſem exceiçaõ de peſſoa alguma: & ao Doutor Andre Velho de Affonſeca de meu Dezembargo, & Corregedor do crime de minha Corte, que hora ſerve de Chanceller Môr, ou quem o dito cargo ſervir, a faça publicar logo na Chancellaria, & envie o treſlado della ſob meu ſello, & ſeu ſinal a todos os Corregedores, & Ouvidores deſtes Reynos, & Senhorios, para a fazerem publicar em ſuas juriſdiçoens, & a executarem como ſe nella conthem, a qual ſe traſladarà no livro da Meſa do Demſembargo do Paço, & nos das caſas da Supplicaçaõ, & Relaçaõ do Porto, em que ſe regiſtaram ſemelhantes leys. Dada na Cidade de Lisboa a vinte de Janeiro. Antonio de Moraes a fez &c. Antonio Sanches Farinha afez eſcrever.

REY.

Outra ley ſobre a meſma materia.

DOM Joaõ por graça de Deos Rey de Portugal, & dos Algarves dàquem, & dàlem mar em Africa, Senhor de Guinè, & da

& da conquiſta, navegaçaõ, commercio de Ethiopia, Arabia, Perſia, & da India &c. Faço ſaber aos que eſta minha ley virem, que pelos muitos delictos, & homicidios, que com as armas de fogo menos de marca (pella maior facilidade, com que ſe podem trazer, & encubrir) ordinariamente ſe cometem, foy por ley, & Ordenaçaõ do Reyno geralmente defezo, que nenhuma peſſoa trouxeſſe de dia, nem de noite, nem tiveſſe em ſua caſa arcabus de menos comprimento, que de dous, & deſpois de quatro palmos em cano, nem official algum os pudeſſe fazer, nem conſertar, & os que foſſem achados ſe quebraſſem perantes as juſtiças, que os tomaſſem, acreſcentando as penas dos crimes, que com elles ſe cometeſſem, & fazendo caſo de devaça o quebramento da dita ley, & Ordenaçaõ. Porèm ſuccedendo depois com minha legitima ſucceſſaõ, & reſtituiçaõ ficar o Reyno em guerra, & armas com o de Caſtella, ſe lançaraõ bandos, & ordens, porque ſe permitiraõ todas as armas de fogo com diverſas limitações, & declaraçoens, conforme as occaſioẽs, que ſuccederaõ, de que ſe ſeguiraõ duvidas ſobre o entendimento, uſo, & penas das ditas armas, & em particular das menos de marca, & crecerem juntamente os delitos, que com a impunidade delles ſe cometem. E querendo eu de modo prover no perjuizo da permiſſam da dita arma, que comtudo ſenaõ prive o Reyno do uſo della na marca, que para as occaſioens, que nos actos de guerra, & outros ſe conſideraõ. Hey por bem de mandar, & declarar, (como faço) que nenhuma peſſoa de qualquer qualidade, que ſeja poſſa trazer, nem ter em caſa arma de fogo, que tenha menos de palmo, & meyo de craveira em cano, nem ſe poſſa traſer de fora, nem meſtre, & official algum a poſſa fazer, nem concertar, porque a dita arma de menos deſta marca em todo, & por todo hey por defeza, & prohibida em meus Reynos, & Senhorios, & os tranſgreſſores, que contra a forma deſta ley forem comprehendidos incorreraõ nas meſmas penas, que por minhas Ordenaçoens eſtam jà impoſtas, & aſſi aos que com ellas atirarem, ferirem, ou matarem, & as que forem achadas, ou traſidas de fora ſe quebrem, conforme as ditas leys, & Ordenaçoens, as quaes para eſte caſo hey por eſtabelecidas, renovadas, & confirmadas. Porèm paſſando a dita arma de fogo da dita marca de palmo, & meyo athè quatro palmos de vara craveira em cano, havendo eu reſpeito a poder ſervir nos ditos actos, & occaſioens de guerra, & outras a diante neſta ley declaradas. Hey por bem, que as poſſaõ haver no Reyno, & ſe poſſaõ fazer, & concertar, & ter em caſa com declaraçaõ, que as peſſoas, que as tiverem

rem as naõ poſſam ter carregadas nem em caſa com polvora, nem pelouro, ou muniçaõ, nem peſſoa alguma as poſſa mandar concertar, nem levar ao official, nem trazer, ſenaõ deſpois do ſol ſahido, & antes de ſe pôr, & iſto com os fechos fóra da coronha, & nem o dito meſtre, & official as poderà aceitar, ou tornar a dar, ſenaõ no dito tempo, & na dita fórma, & o meſmo ſe entende mudandoſe de huma caſa, ou terra para outra: o que tudo ſe entenderà, ſalvo em occaſiaõ, & acto de guerra, como na fronteira, tocandoſe a rebate, ou a ſahir às Companhias nas levas de huns lugares para outros, & entradas, ou comboy, indo com ſeus Capitaens, ou Cabos, aos quaes os ditos actos, & facçoens forem commettidas, & encarregadas. Naõ ſe entendendo porèm eſta permiſſaõ nos lugares aonde os ſoldados eſtiverem alojados, ou forem viſinhos, & moradores nas fronteiras, nem nos das ordenanças, naõ ſendo nos actos, ou fórma referida; & outroſi os Miniſtros, & officiaes da juſtiça, Corregedores, Provedores, Ouvidores, Juizes de fóra, & que vaõ a commiſſoens, crimes de devaças, alçadas, & prizoens para que ſejaõ reſpeitados, & poſſaõ acudir ſeguramente às obrigaçoẽs de ſeus cargos, & diligencias, que lhes ſaõ commettidas, & pela confiança, que tenho, que uſaràõ deſta faculdade como devem. Hey por bem que poſſaõ ter, trazer, & levar durante os ditos cargos, & commiſſoens a dita arma de fogo de quatro palmos, atè tres, & meyo, carregada de dia, & de noite, & aſſi as peſſoas, a que elles as derem para os acompanharem em quanto forem em ſua companhia ſòmente; & naõ deſpois de ſe apartarem delles, ainda que digaõ, que vem chamados para os acompanhar, ou que ſe vem recolhendo, tendo-os acompanhado, porque a dita faculdade ſe lhe concede ſómente em quanto eſtiverem com os ditos officiaes de juſtiça. E tendo conſideraçaõ ao muito, que importa, que eſta ley, & defeza ſe guarde, & execute inviolavelmente com as penas na Ordenaçaõ eſtatuidas, & ao que para eſte fim eſtava ordenado por reſoluçaõ de vinte, & nove de Novembro do anno de ſeis centos, & quinze. Hey por bem de derrogar (como faço) para comprimento deſta ley todos, & quaeſquer privilegios dados por mim, & pelos Reys meus anteceſſores, poſto que incorporados ſejam em direito, & que por contrato concedaõ; que poſſaõ trazer quaeſquer armas defezas, porque todas hey por derrogadas para eſte fim, & que ſenaõ entendam neſtes caſos. E os ſoldados aliſtados, que gozarem do privilegio do foro, ſeraõ commettidos a ſeus ſuperiores prezos, para ſerem condemnados nas ditas penas deſta ley, &

K Orde-

37 Tertiò dubitatur, an Familiaris, officialiſque Sanctæ Inquiſitionis in crimine fraudationis annonæ publicæ, ſeu monopolij gaudeat privilegio fori? Rationem dubitandi hujus criminis gravitas præſtat, quæ tanta eſt, ut monopolium puniatur pænâ exilij, & confiſcationis bonorum: ex *lege unic.Cod. de monopolijs: ibi Peres*, *&* Zoezius,*Gaito. de credito cap.* 2. *q. num.*2321. *Manſinus de confiſcatione quæſt.* 17.*numer.* 3. *Leſſius de juſtitia,& jure libr.* 2. *capitul.* 21. *dubitatione* 21. *per totam. Menoch. de arbitrarijs caſu* 569. *Conciolus in ſuis reſolutionibus criminalibus, verbo monopolium reſolutione* 1. *&* 2. *per totas*, ubi infinitos laudat, qui omnes declarant modos, in quibus dicitur committi monopolium, & ideò in Regno Caſtellæ famiares ex hujuſmodi crimine fori privilegio non gaudent: ut diximus *capite* 12.

Apud nos cùm hujuſmodi crimen in privilegijs non ſit exceptum, abſque dubio eſt, Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori frui: ut diximus *dicto capit.* 12. ſed advertant Conſervatores privilegiorum illorum, ut eos ſeveriſſimè puniant; quia graviſſimum eſt hoc crimen, & Reipublicæ maximè damnoſum, eo quod Cives emere cogantur carius merces, victualia, & cætera de manibus eorum, qui monopolium faciunt, cæterique Cives injuſtè impediantur commodè negotiari, benignioreſque eſſe in pretio.*Barb. in dicta l. unic.n.*4.*Molina de juſtitia tract.*2.*diſp.*345.*num.* 1. *Decianus tract. criminali lib.*3. *cap.*21. *à prio*,*Farinacius in fragmentis parte* 2.*litera M. num.*287. *Peres in d.l. unica num.*1. *Zoezius ibidem*, qui meritò invehuntur adverſus monopolium facientes; maximè contra eos, qui totam aliquam victûs ſpeciem emunt, puta, vinum, oleum, frumentum, ut illi ſoli poſſint carius certo tempore vendere, & ſimiliter in eos, qui per conſpirationem nolunt vendere intra certum tempus,

38 39 40 41

pus, aut non minoris, & contra judices negligentes procedere contra monopolia facientes, & pænas à jure inflictas exigere diſſimulantes, qui ultra quadraginta librarum auri puniri debent: ſecundum *Barboſam in d. l. unica numer.* 16.

Ad evitanda monopolia circa ſpeciem ad victum neceſſariam variæ pænæ ſtabilitæ ſunt in noſtra *Ordinatione lib.* 5. *titul.* 76. *&* 77. *ubi Barboſa* multa dat ad materiam concernentia, quæ poſteà aucta fuerunt per leges ſequentes.

Decreto contra os atraveſſadores do pam.

SEndo de tanta conſideraçam o prejuizo, que a ſaca do paõ pode fazer a eſte Reyno, & pelo que ſe atraveſſa nelle, & devendo-ſe-lhe applicar com todo o cuidado o remedio, impondo penas, & executando-as contra os que delinquirem, fuy ſervido reſolver, que aos que venderem trigo para fòra do Reyno, ſe lhe impozeſſe ao piaõ pena de açoutes beſtas, & paõ perdido, & a embarcaçam; & aos nobres cinco annos de degredo irremiſſivel para Africa, & quinhentos cruzados, ametade para o accuſador, & a outra ametade para a Camera Real. Os que atraveſſarem pam para dentro do Reyno hiram dous annos para Africa, beſtas, embarcaçam, & paõ perdido, & ſincoenta mil reis para o accuſador, & ſendo nobre dous annos para Caſtro Marim, & cem mil reis, cincoenta para o accuſador, & cincoenta para a Camera Real; & porque nam ſam as leys, as que refreaõ os delictos, ſenam a execuçam dellas, & a experiencia tem moſtrado, que os livramentos ordinarios ſam muito prejudiciaes, porque nam chega o caſtigo, ou chega à tempo, que jà nam aproveita o exemplo, reſolvi outro ſi, que todos os comprehendidos neſtes delictos ſejaõ ſentenceados em Relaçam breve, & ſummariamente dentro de oito dias peremptoriamente, & logo ſe executaſſem as ſentenças, porque ſó neſta fòrma ſe poderà refrear a ambiçam de hum tam grande intereſſe; & que os Clerigos, & mais Eccleſiaſticos, que fiados na ſua iſempçam, ſam os que mais ouſadamente vam contra as Leys, & ficaria fruſtrada eſta diſpoſiçam, ſe lhe ficaſſe aberta a porta para elles poderem atraveſſar, & mandar para fòra do Reyno o pam que quizerem, fuy ſervido declarar, que todo aquelle Eccleſiaſtico, que for achado, ou comprehendido em atraveſſar paõ, nam por via de juriſdiçam, mas por defenſa de meus Vaſſallos, & conſervaçam do Reyno, os mandaria lançar fòra delle, & aſſim o mandey eſcrever aos Prèlados para ſer notorio. E outro ſi reſolvi,

ſolvi, que aos que forem tranſgreſſores depois de publicadas as penas impoſtas, ſe nam conce-deſſem cartas de ſeguro. O Regedor da Caſa da Supplicaçam tendo entendido eſta minha reſoluçam, a faça executar taõ promptamente, como pede a importancia deſte negocio. Lisboa vinte, & cinco de Janeiro de mil, & ſeis centos, & ſetenta, & nove.

Mendo de Foyos Pereyra.

Outra ley ſobre a meſma materia.

JUiz de fòra da Villa de Ourique. Eu ElRey nos envio muito ſaudar. Por haver moſtrado a experiencia os grandes damnos que reſultam à Republica de haver atraveſſadores do pam neſte Reyno, nam baſtando a prohibiçam de taõ repetidas leys, & ordens para ſe evitar hum delicto de tam damnoſas conſequencias, o que procede, nam pela falta da diſpoſiçam das leys; mas pela omiſſam, & pouco cuidado dos executores dellas. Hey por bem, que neſſa Villa tireis huma exactiſſima devaça dos atraveſſadores de todo o genero de pam, a qual nam ſerrareis, mas deixareis em aberto, para que a poſſais continuar ao diante ſegundo entenderes que convem, & he neceſſario, & pronunciareis, & prendereis aos culpados, aos quaes ſe lhes nam ha de paſſar carta de ſeguro, nem Alvarà de fiança na fòrma do Decreto de ſeis centos, & ſetenta, & nove, de que com eſta vos mando remetter a copia, & aos prezos ſentencieareis breve, & ſummariamente na fòrma do meſmo Decreto, & tereis entendido, que conſtandome extrajudicialmente que houve algum atraveſſador de pam neſſa Villa, & ſeu termo, que nam foſſe por vòs pronunciado, ou prezo, & quando vos naõ conſtaſſe pela devaça, o nam ſaibais por informaçam particular, que vos hey de mandar privar, & riſcar do meu ſerviço, para que o exemplo do caſtigo deixa advertido aos mais miniſtros da fòrma, em que devem ſatisfazer a ſua obrigaçam em materia de tanta importancia, & conſequencia, como tambem ſe obrardes neſta diligencia, como eu de vòs eſpero, terey muy eſpecial attençam a eſte ſerviço para o voſſo melhoramento. Ao Conde das Galveas mando eſcrever, remettendolhe a copia das Ordens, que ſe paſſaõ a todos os miniſtros deſſa Provincia para que procure ſaber ſe algum falta à obſervancia dellas; & me de conta do que lhe conſtar, & lhe ordeno, que ſendolhe pedida ajuda, & favor por algum dos miniſtros para a execuçaõ deſtas ordens, lha dê pormptamente; & ao meſmo Conde encarrego que tome muito por ſua conta ſaber ſe hà algum atraveſſador neſſa Provincia, & que conſtandolhe,

dolhe, o mande prender, & fazer auto de traveſſia pelo miniſtro que lhe parecer, porque o Conde ha de ter eſta ſuperintendencia nas terras de ſua juriſdicçam; & porque ao meſmo paſſo, em que ſe devem prohibir, & evitar os atraveſſadores, ſe haõ de favorecer aquellas peſſoas, que com cartas de viſinhança paſſadas pelo Senado da Camera deſta Cidade forem a comprar pam para o ſeu provimento; vos ordeno, que lhe deis toda a ajuda, & favor, para que o conduzaõ com brevidade; & no caſo que haja algumas peſſoas neſſa Villa, que queiraõ comprar trigo aos Caſtelhanos, lhes mandareis paſſar carta, para que o poſſam comprar, & trazer com guias a eſta Corte; & porque ſou informado, que os officiaes das Cameras impedem muitas vezes a conducçam do pam para eſta Corte ſem juſta cauſa, ficareis advertido, que deſſa Villa ſò ſe nam deixarà ſahir aquelle, que for neceſſario para ſuſtento de ſeus moradores, & fareis, que todo o mais ſe conduza logo. E eſta diligencia vos hey por muito recomendada; & eſpero, que nella obreis de maneira, que tenha eu muito, que agradecervos, porque do contrario me darey por muito mal ſervido. Eſcrita em Lisboa a quatorze de Junho de mil, & ſeis centos, & noventa, & cinco. R E Y.

Carta ſobre a meſma materia.

JUiz de fòra da Villa de Ourique. Eu ElRey vos envio muito ſaudar. A mà intelligencia, que muitos miniſtros tem dado às minhas ordens, & ainda a ignorancia em que ſe acham alguns na diſpoſiçam da ley do Reyno ſobre os atraveſſadores do pam, me fez entender, que era neceſſario mandar ver as duvidas, que ſe tinhaõ offerecido por Miniſtros da Meſa do Deſembargo do Paço, & outros de mayor ſuppoſiçam; conformandome com o ſeu parecer, fuy ſervido reſolver, ſe vos fizeſſe huma nova declaraçam da fòrma em que havieis de tirar as devaſſas, de que vos encarreguey, para que ſe evitaſſe a confuſam, & embaraço, com que ſe achava eſte Reyno, ſervindolhe, pela mà intelligencia dos Miniſtros, o remedio de damno, & aſſim vos regulareis pelas declaraçoens, que com eſta minha carta ſe vos remettem aſſinadas pelo meu Secretario de Eſtado. Eſcrita em Lisboa a 11. de Agoſto de 1695. R E Y.

Declaraçoens, que ElRey noſſo Senhor manda fazer a todos os Julgadores das Cameras, a que foy ſervido mandar tirar devaſſas dos atraveſſadores de todo o genero de pam.

1 Que

1 QUe as devaças ſe nam haõ de tirar,ſenaõ das traveſſias feitas no anno paſſado de 694.

2 Que o Decreto de 679. de que ſe mandaraõ copias com as Cartas de ſua Mageſtade, ſe nam ha de praticar quanto ás penas nelle accreſcentadas, ſe nam nos delictos cõmettidos depois de ſua publicaçam, deſde o dia em que agora ſe publicou em cada Comarca, ou terra.

3 Que as cartas de ſeguro,que eſtiverem paſſadas aos atraveſſadores antes da referida publicaçaõ do dito Decreto, ſe haõ de guardar, & ter ſeu effeito.

4 Que depois da publicaçaõ do Decreto, que agora ſe mandou fazer,ſe nam haõ de conceder cartas de ſeguro aos atraveſſadores do paõ, ainda que foſſem culpados neſte delicto antes da publicaçam do dito Decreto.

5 Que nenhum Miniſtro hà de tirar devaças das traveſſias feitas fóra de ſua juriſdiçam, & das terras, em que Sua Mageſtade expreſſamente lhas mandar tirar.

6 Que todas as peſſoas, que tiverem dado, ou derem dinheiro para trigo a lavradores antes de o recolherem, ſam atraveſſadores; o que ſe nam entenderà quãdo derem o tal dinheiro, para lho pagarem em pam na quantidade, que lhe for neceſſaria para ſuſtento de ſua familia, & abiguarias na fòrma do §. 3.*do tit.* 76.*do livro* 5.*da Ord. do Reyno*; porque cada hum póde comprar paõ para ſua caſa, & familia em qualquer tempo.

7 Que havendo algumas peſſoas, que empreſtem trigo a lavradores para lho pagarem em o novo em a meſma eſpecie de trigo com a mayoria a reſpeito do preço, porque correr no mez de Mayo futuro, ſe ha de guardar o que diſpoem a *Ord.no livro* 4. *tit.* 20.

8 Que todos os Miniſtros devem entender, que he licito a qualquer peſſoa hir comprar pam a Caſtella, & vendello em toda a parte, quem quizer na fòrma da meſma ley, & que o regiſto, que ella manda fazer na primeira terra, a que o paõ de Caſtella chegar, nam he penal, mas sòmente neceſſario para ſe lhe conceder a liberdade da venda em toda a parte, & que aſſim quem nam regiſtar o dito paõ, nam faz delicto, & ſò ſe lhe poderà negar a licença para a venda livre na fòrma, que a ley declara.

9 Que em nenhum caſo ſe impida pelos Miniſtros das juſtiças às peſſoas, que tiverem rendas nas terras de ſua juriſdiçam, que tragaõ para eſta Cidade de Liſboa o pam, ficando o terço na terra, ſe for neceſſario, porque poderà haver muitas, que ſejam taõ pequenas, ou tenham tanto pam, que lhe ſòbre muito, ſe lhe ficar o terço de todo; em eſte particular ſe deve emtender a ley ſegũdo a nececidade, ante os Miniſtros

tros devem dar toda a ajuda, & favor, para que eſtas rendas ſe cõduzam à Corte, & que eſtes terços ſe haõ de entender nas terras, que ficarem fóra das dez legoas, & das duas do Tejo, que diz a *Ord. livro* 5.*tit.*76.

10 Que a nenhuma peſſoa, que comprar pam para trazer para Lisboa, tirando guia, & dando fiança a trazello no tempo, que ſe lhe aſſignar, ſe lhe impida o trazer paõ, antes ſe lhe dê toda a ajuda, & favor, & que neſta materia ſe nam admitta requerimento algũ dos officiaes da Camera, antes, que cada Miniſtro nas terras, em que tirar devaças, quando as tirarem, ſabendo que os officiaes das Cameras impedem por qualquer modo, ou caminho a conduçam do paõ para eſta Corte, procederàm logo contra elles, & dem conta a Sua Mageſtade, para tomar a reſoluçaõ, que o caſo pedir.

11 Que as peſſoas, que comprarem qualquer genero de pam para provimento das caſas particulares deſta Corte, tirando guia, & mandando certidam do terreiro deſta Cidade, porque conſte, era para a caſa, & familia da tal peſſoa, que o mandou comprar, ſe nam impida fazerſe a compra, nem ſe proceda contra o comprador.

12 Que nenhum Miniſtro ſe intrometa a examinar o paõ, que paſſa pelas terras da ſua juriſdiçam, nem obrigue a quem o conduz, a que lhe moſtre os deſpachos em ſe tome denunciaçam alguma ſobre o dito paõ, & ſe deixe vir livremente para eſta Corte, dandoſelhe toda a ajuda, & favor.

13 Que os Miniſtros em tudo guardem as diſpoſiçoens das leys, que eſtaõ bem claras.

14 Que eſtas declaraçoens ſe faraõ notorias nos lugares publicos, para que venham à noticia de todos, & ſaibaõ os povos, que póde qualquer peſſoa trazer trigo de Caſtella, & introduzillo livremente no Reyno, & conduzillo para eſta Cidade, ou para onde melhor lhe parecer, vendendo-o dentro do meſmo Reyno, & ſe evite a mà intelligencia, que ſe tem dado às Ordens de Sua Mageſtade ſobre eſte particular. Liſboa 11. de Agoſto de 1695.

Mendo de Foyos Pereyra.

Copia da carta do Secretario de Eſtado para o Juiz de Olivença ſobre a meſma materia.

O Conde das Galveas me eſcreveo remettẽdome a carta de V.M. ſobre as duvidas, que a V.M. ſe offereciam na execuçam da ordem, que ſe lhe namdou para devaſſar dos atraveſſadores do pam, & fazendo preſente a S. Mageſtade eſta materia, a mandou ver neſta Secretaria de Eſtado pelos Deſembargadores do Paço, preſente o ſeu Procurador da Coroa, & a todos pareceo, que ſe V. M. tivera viſto a *Ord. livro* 5.

vro 5. *tit.* 76. acharia nella reſolutas as meſmas duvidas da ſua carta, & ficaria conhecendo o que eram atraveſſadores, & traveſſias, & que os almocreves podem comprar pam para carregarem as ſuas beſtas, & o levarem a qualquer parte deſte Reyno ſem fiança, nem licença, & que de Caſtella ſe pòde trazer todo o pam, & venderſe livremente; & aſſim he Sua Mageſtade ſervido, que V. M. guarde a dita Ordenaçam com advertencia, que o manifeſto, que a ditr Ord. no §. 7. manda fazer na primeira Villa do trigo, que vem de Caſtella, he ſò para ſe lhe deixar levar, & vender adonde quizer, mas nam para ſer delicto punivel, ſe deixar de fazer o dito manifeſto; & aſſim mais ordena Sua Mageſtade a V. M. que todas as peſſoas, que por ordem do Conde das Galveas foram comprar trigo a Caſtella, ou o compraraõ neſte Reyno a Caſtelhanos, ou Portuguezes para o trazerem a eſta Corte, que ſe nam reputem por atraveſſadores, porque muito mais he a ordem do Conde, a quem Sua Mageſtade encarregou deſta ſuperintendencia, que a licença do Juiz, que manda a Ordenaçam, a qual em tudo ſe deve obſervar; porque pela meſma ley eſtà diſpoſto com toda a clareza o que he permittido, & o que he delicto.

42 Pro complemento hujus capitis inquirere oportet circa probationem, quæ requiritur in delictis exceptuatis, ut Familiares nõ gaudeant privilegio fori? Et ſemiplenam ſaltem eſte neceſſariam affirmant cum *Pareja de inſtrumentorum editione tom.* 1. *tit* 2. *reſolut.* 6. *à n.* 47. *Cortiada deciſione* 30. *n.* 174. *&* *deciſ.* 21. *à num.* 62. *uſque ad* 86. ad quod facit *Gama deciſione* 179. *&* 281. 43

At nos contrariam tenemus ſententiam; primò, quia qualitas tribuens juriſdictionem, non præſumptivè, & per indicia, ſed concludenter probari debet: *ex l.* 2. §. *ſi dubitetur ff. de judicijs. Paris de Puteo de ſindicatu, verbo judex cap.* 2. *numer.* 13. *Cortiada deciſ.* 21. *n.* 66. ubi alios citat. Secundo, quia Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis habent regulam pro ſe, ut à judice ſuo non extrahãtur in criminibus: patet ex privilegijs relatis *cap.* 3. *n.* 61. *& ex Ord. lib.* 3. *tit.* 12. ergo qui intendit caſum eſſe exceptum illum probare cogendus eſt: *ex l. finali ff. quod metus cauſa.* Tertio, quia ſimilia privilegia ſunt favorabilia, ut diximus *cap.* 2. & privilegia favorabilia quolibet quæſito colore non ſunt extirpanda: *Zoezius ad Decretales ad titulum de privilegijs*, maximè, cùm in dubio tanto maius eſt tanto minùs præſumitur: ut docuimus *de Recuſationibus lib.* 3. *cap.* 15. & ita tenent omnes, quos citat in ſimili *Cortiada deciſ.* 21. *n.* 62. 44 45 46 47

CAP. 14.

CAPUT XIV.

Utrum Familiares, officialesque Sanctæ Inquiſitionis gaudeant privilegio fori in crimine reſiſtentiæ, & an magiſtratui reſiſti poſſit, ſi injuſtè operetur, & an occidi, aut efringi carceres, & an vis vi repelli cum nece ſuperiorum, Rex ille ſit, aut Imperator, & an à litoribus poſſint impunè occidi, qui reſiſtunt?

SUMMARIUM.

1 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis in crimine reſiſtentiæ qualificatæ fori privilegio non utuntur.*
2 *Quæ iſta ſit.*
3 *Milites & ſimiliter.*
4 *Niſi reſiſtentia fuerit à jure permiſſa.*
5 *Proponitur an, & quando magiſtratui reſiſti liceat.*
6 *De jure naturali cuicumque defenſio competit.*
7 *Contra qualemcũque perſonam.*
8 *Iure etiam divino vim vi repellere licet.*
9 *Magiſtratui ultrà terminos ſuæ juriſdictionis procedenti obedire nemo cogitur.*
10 *Similes non Dei miniſtri, ſed diaboli ſunt.*
11 *Iudici volenti aliquem torquere contra jus armis, & amicis cõvocatis reſiſti poteſt.*
12 *Et quod magis eſt, impunè occidi, ſi alitèr evadere nõ poſſit.*
13 *Officialibus excedentibus Judicis mandatum reſiſti poteſt.*
14 *Reſiſti poteſt officialibus, ne quis capiatur, & injuſtè carceribus mandetur.*
15 *Et in prædicto caſu eximi à carceribus valet, convocatis amicis.*
16 *Injuſtè carceratus poteſt fugere, ſi non aufugit, puniri poteſt.*
17 *Poteſt hoc fieri ſine ſcrupulo peccati mortalis.*
18 *Carcer inter injurias numeratur, & ſervituti æquiparatur.*
19 *Qui ſuccurrit oppreſſo per vim, Deo gratificatur.*
20 *Peccat, qui non eripit, ſi poteſt commodè.*
21 *Iudex inferens vim prædoni, & latroni comparatur.*
22 *Iudici ſæculari injuſtè volenti reum ab Eccleſia extrahi, reſiſti poteſt.*
23 *Et Eccleſiaſtico.*
24 *Poteſt occidi Pontifex, & Imperator, ut propriæ ſaluti conſulatur.*
25 *Et pater.*
26 *Clericus in actu Miſſæ inſultatus poteſt inſultantẽ occidere, ſi alitèr ſe defendere non poſſit, & Miſſam continuare.*
27 *Proponitur contraria ſentẽtia.*
28 *Reſiſtere Magiſtratibus graviſſimum crimen eſt.*
29 *Iudici etiam violentiam faciẽti non poteſt reſiſti.*
30 *Magiſtratibus debetur reverentia.*

31 Loco Dei ſunt partes Principis, & illum repræſentant.
32 Pro mandatis Judicum jura præſumunt.
33 Ex reſiſtentia Judex poteſt non ſubditos coercere.
34 Ex reſiſtentia, ſecũdum aliquos, poteſt Judex ſæcularis Clericum punire.
35 Qui Magiſtratuũ poteſtati reſiſtit, Dei poteſtati opponitur.
36 Reſolvitur quæſtio propoſita ſub diſtinctione.
37 Media ſententia inter duo abſurda tutiſſima.
38 Abſurdum eſt perturbare Rempublicam prætextu violentiæ.
39 Abſurdum eſt defenſionem naturalem denegare.
40 Regulæ jurium more ovium non ſunt ſequendæ.
41 Non ex multitudine eſt judicandum.
42 Ea ſententia ſequenda eſt, ex qua minùs reſultat abſurdũ.
43 In obedientia ſuperiorum ſalus Reipublicæ conſiſtit.
44 Judices juſti præſumuntur.
45 Juſſa Judicum cum timore, & tremore excipienda ſunt.
46 Referuntur plura abſurda, quæ ſequuntur ex prima ſententia.
47 Efrangentes carceres, & fugientes etiam innocentes ſunt puniendi.
48 Reſiſtere magiſtratibus eſt cõtra Chriſti, Apoſtolorum, & Sanctorum Patrum præcepta.
49 De fugiente à carceribus, vel reſiſtente poſt ſententiam.
50 Potiùs ſubire mortem debemus, quã in neceſſariam, juſtamque defenſionẽ Papam, aut Principem occidere.
51 Cedere debemus juſtitiæ, ſi Princeps criminoſos nos punit, fortunæ, ſi ignoſcentes.
52 Privatus ſalutem Principis ſuæ anteponere tenetur, & mortẽ ex charitate perferre.
53 Bonus Princeps optandus, malus tolerandus eſt.
54 Filius ob ſuam, neceſſariamque defenſionem patrem occidere non poteſt.
55 Clericus inſultatus in actu Miſſa, ſi inſultantem occidat, Miſſam continuare non poteſt.
56 Magiſtratui procedenti, omiſſo ordine judiciali, reſiſti poteſt.
57 Nulla habita ratione damni reparabilis, aut irreparabilis.
58 Servi non poſſunt reſiſtere dominis.
59 Benè tamen in periculo gravi aufugere poterunt, & durãte periculo redire non tenentur.
60 Magiſtratus, & officiales reſiſtentes occidere poſſunt, quãdo aliter non poſſunt evadere.
61 Vel quando ad id habent mandatum.
62 Etiam quãdo reſiſtentia de jure toleratur, eſt faciẽda cum magna circunſpectione.
63 Magiſtratus, officialeſque juſtitiæ, homines verberare poſſunt, arcendo turbam.
64 In caſu reſiſtẽtiæ quomodò cõtra Eccleſiaſticos procededũ eſt.

Unus

UNus ex caſibus ſecluſis in
1 privilegijs Familiarium, of-
ficialiumque Sanctæ Inqui-
ſitionis eſt caſus reſiſtentiæ, ſeu in-
obedientiæ qualificatæ factæ Ju-
dici, aut officialibus juſtitiæ:
ut patet *capit.*3. *numer.* 61.de quo
crimine agitur in *Ordinat. libr.* 5.
tit. 49. *&* 50. *ibi Barboſa* multos
citat, quibus adde *Benedictum*
Pereyra inſua Academia, ſeu Re-
publica literaria libr 3. *diſput.* 4.
quæſt. 4. *num.*19. *Barboſa in votis*
libr. 1. *voto* 66. *ubi numer.* 7. *ait,*
quod reſiſtentia qualificata, ſeu
2 deſacatum qualificatum tunc di-
citur, quando ad manûs operatio-
nem deventum ſit cum Judice,
aut officialibus juſtitiæ in exer-
citio juſtitiæ: ex *lege milites* §.
inruentes ff. de re militari, Paris
de Puteo de Syndicatu, verbo re-
ſiſtentia cap. 2. *Farinac. quæſt.* 31.
numer. 45. *Cavalcanus de brachio*
*Regio p.*2. *n.*55. *Caballus reſol.cri-*
minalium caſu 111. *à numero* 11.
Giurba conſ. 29.*n.*26. *&* 28. *Bar-*
*boſa infrà n.*2. *Leitaõ de jure Luſita*
*no tract.*3.*q.*3.*n.*56.quod eſt valdè
memoriæ commendandum, quia
per ſolam reſiſtentiam, & deſaca-
tum qualificatum noſtri Familia-
res, officialeſque forum crimina-
lẽ perdunt; ſicut ſcholaſtici:ut do-
cet *Pereyra d.numer.* 119.& eſt a-
pud Hiſpanos, *l.* 27. *tit. lib.* 1. *re-*
copilationis, ibi Narbona, & fuſiùs
in l. 20.*tit.*1.*lib.*4.*gloſa* 18. *per to-*
3 *tam*, & milites, ut conſtat ex re-
gimine Gubernatorum armorum,
& auditoris Generalis §. 31. qui
omnes limitant, quando reſiſtentia 4
fuerit à jure permiſſa, prout eſt,
quando tales Judices, & officia-
les juſtitiæ ex abrupto procedunt
contra jus de facto, quibus tunc
impunè reſiſti poteſt. *Barboſa*
ad principium Ordin. lib. 5.*tit.*49.
*num.*2. *Farinacius in praxi crimi-*
*nali lib.*1. *tit.*4.*quæſt.* 32. *num.*45.
& 97. *Baſilico in ſuis deciſioni-*
bus criminalibus deciſ. 10. *per to-*
tam. Pegas ad principium Ord. lib.
2.*tit.* 47.*à n.*25.

Hic autem agitari poteſt illa 5
non vulgaris quæſtio, an ſcilicet
poſſit reſiſti Judici, vel magiſtra-
tui, lege id permittente, in eo ſci-
licet caſu, ſi detenſio in carceribus
ſit injuſta, ſi violenta appre-
henſio, ſi eadem ſit executio
officialium, ſi iniquum, & con-
tra jus Judicis mandatum, an in
iſtis caſibus eximi carceratum,
impediri apprehenſionem, vulne-
rari ſatelites, effringi carceres, vim
vi reppelli liceat: de qua *Almeyda*
allegatione 11. *Baſilico ſuprà dicta*
*q.*10. *per totam.*

Et ſanè id quidem fieri poſſe 6
commune, & vulgariſſimum
effectum eſt; cum oriatur ex na-
turali lege ſui ipſius defenſi-
onis, unde Romanæ eloquen-
tiæ pater pro Milone, inquit,
hoc, & ratio doctis, & neceſ-
ſitas barbaris, & mos gentibus,
& feris natura ipſa præſcripſit, ut
omnem ſemper vim quamcumque
ope poſſent à corpore, à capite,

à vita ſua propulſarent. Et in l.itaque ff.ad l.Aquil. habetur : itaque ſi ſervum tuum latronem inſidiantem mihi , occidere , ſecurus ero, nam adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere , & *l. qui cum maior §.ſi libertus , & l.* 1.§.*cum arietes ff.ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur : & l.* 3. *ff. de juſtitia , & jure* , idem habetur , quæ lex cùm ſit univerſalis , tuetur pauperem contra divitem , ſervum contra dominum , filium contra patrem , particularem contra Magiſtratum , ſubditum contra Principem. *Leſſ. de juſtitia , & jure libr.* 2. *capit.* 9. *dubitatione* 8. *Berlich. concluſione* 12. *parte* 4. *numer.* 29. & 30. & qui hos refert , & ſequitur *Voet. de duello cap.*20.*fol.mihi* 142.defenſio enim ſui ipſius ab omni jure permittitur.

7 Nam & jure divino habetur, quòd vis vi repellatur : *Proverb. cap.*24.*verſ.* 11.*& Pſalm.* 82.*verſic.* 4. & de jure gentium id ipſum firmatur Livij teſtimonio *lib.* 42. *cap.*41. & aliorum , probat *David Cuſaten. in diſſertat. de protect.n.* 41.& quod Magiſtratui ſuæ juriſdictionis terminos excedenti, nullo modo obediendum ſit , jubet *tx.in l.finali ff. de officio Præfecti Urbis* , & ſic quodcumque agunt eo eſt irritum, *l.* 170. *ff. de regulis juris, & cap.ſi non à competenti judice* , ſed vim, atque injuriam inferunt, *l.*3. §.1.*ff.quod metus cauſa* , *& l.* 15. §.39. *ff.de injurijs* , & tenentur de vi publica *l.*7.*ff.ad legem Juliam de vi publica* , & habentur loco privatorum , *l.nec Magiſtratus* 32.*ff. de injurijs, l. qui fundum §.ſi tutor.ff.pro tempore* , apud pri- 8
vatos verò nulla eſt juriſdictio, *l.* 3. *Cod.de juriſdictione omnium judicum* , & quòd non ut Dei, ſed ut diaboli miniſtri operentur , dixerunt *Farin.in praxi criminali tom.* 4.*p.* 1. *quæſt.* 32.*n.*90. *Menoch. de præſumpt. præſumpt.* 62. *numer.* 16. *& alijs.*

9 Unde Judici , ſi pertinacitèr , & contra jus velit aliquem torquere, quòd non modo ei reſiſti poſſit ex diſpoſitione expreſſa *tx.in l.omnes Cod.de Decurionibus*: quoniam uti pertinaciæ Judicis ſui reſiſtat , liberam eidem contradicendi permittimus facultatem , ſed armis , & ſocijs convocatis , reum eximendum , dixerunt *Decius de officio delegati num.*3.*Barbat. conſ.* 47.*num.* 10.*vol.*1. *Gammat.* 10
*conſ.*23. *num.* 22. & alij , & quod Judex poſſit impunè occidi ab indebitè torto , voluit *Guaſin. ad defenſ.tom.* 2.*fol.*28.*& alij.*

11 Et quod executoribus, vel officialibus exequentibus ultrà mandatum reſiſti poſſit , & executio per vim impediri , concedunt plures textuum diſpoſitiones : ut in *lege prohibitum Cod.de jure fiſci* ubi : *Sancimus licere univerſis, quorum intereſt objicere manus ijs, qui ad capienda bona alicujus venerint , qui ſuccubuerit legibus* , ut etiam ſi *officiales auſi fuerint tenore*

dictæ

dictæ legis deſiſtere, *ipſis privatis reſiſtentibus* , *facienda injuria arceantur* , *& ibi Bartho.* & alij , qui eum ſequuntur, & ex *l.*1.*Cod.quãdo liceat unicuique* , *& l. quemad. modum ff. ad leg. Aquilam* , *& l. devolutum. Cod.de metatis. l.*12.*& l. adjectos Cod. de Epiſcopis* , *& l. contra noſtram* 5. *Cod. de execut. & exact.lib.* 12. ibi : Et *licebit provinciali*, *ſi probetur obnoxius executor contra vetitam exactionem ſibi vendicans temeritatem legitimè repellere* ; quem *tx.* exornant *Bald. Barth. Marſil. Puteus* , *& alij per Farinac. pract. criminali tom.* 1. *q.* 32. *n.*29. 69. *&* 88. quamvis executor ſit Principis , idem *Farinac. n.*29.*&* 30.*Narbona in l.*20.*tit.*1. *lib.*4.*n.*81.*&* 48.*fol.*523.

12 Et quod reſiſti poſſit officialibus nè quis capiatur , & Judici volenti injuſtè carcerare , & eximi à vinculis , & carceribus : voluerunt ex *tx. in l. ſed eximendi* §. *Prætor ait Cod. de exact.Gotophred.Lucas de Penha* , *Puteus de ſyndicatu* §. *an ſi Judex num.*3.*Marſil.in l.Cornel.* 78. *ff. ad legem Corneliam de ſicar* ; & alios referens *Salgado de protect. Regia parte* 1. *cap.* 1. *prælud.*3.*n.*85. *Farinac. d. q.*32.*n.*30. *Giurba conſ.* 29. *n.* 20. *Seraphinus in tract.de privilegio juramenti pri-*

13 *vilegio* 132.*n.*43. & ad id adducitur mirabilis *text. in cap. dilecto de ſententia excommunicationis lib.* 6. quod & fieri poſſe, & collectis hominibus , & parato exercitu , & omni armorũ genere , docuit *Bartbol.in d.l.probibitum n.* 3. *&* 4.*& l.*3.§. *eum*, *qui de vi*, *& vi armata. Ertmanus reſp.*29.*n.*510.

Et quòd carceratus injuſtè non modò poſſit impunè aufugere , 14
ſed ſi non aufugiat , quod ſit capite puniendus : voluit *Reminald. conſ.*135.*n.*4. *volumine* 2. *Guaſin. defenſ.* 5. *circa capturam cap.* 4.*n.* 24. *& alij* , & quod ruptis etiam carceribus dixit *Maſcard. de probat. concluſ.* 265. *num.* 16. Immò & ad hoc convocari poterunt amici , affines , & extranei ; ut auxilio præſto ſint , qui id impunè præſtabunt: voluit *Cavalcan. de brachio Regio parte* 2.*num.* 21.& multa ad rem adducens *Boer. de duellis cap.* 20. *per totum*, ubi quod etiam hoc poſſit fieri abſque ſcrupulo peccati mortalis , & citat *Obrecht. de neceſſ.defenſ.cap.*6.*num.*33.de quo plura *Muta ad cap. Regni tom.* 2. *& Regis Federici cap.* 7. *tom.*2. *numer.* 23. *&* 24. cum carcer inter injurias annumeretur: *ex Bald.in l.* 15
*per diverſa Cod.mandati Roland. conſ.*18. *num.*5.*lib.* 3. *& conſ.* 20. *num.*10. *lib.*1. immò & ſervituti , & tormento comparatur, *l. ſi apud* §. *quæſtionis* , *l. ſi hominem ff.depoſiti* , & quod producat præjudicium irreparabile. *Baſd. in l. ſi clericus column.*2. *Cod. de Epiſcop. audientia* , *& alij per Farin. q.* 27. *per totam.*

Unde quod , qui per vim op- 16
preſſo per vim ſuccurrit , rem corã Deo , & mundo juſtam facere dixit:*Angel.in d.*§.*Prætor ait n.* 1. *ff.*

ne quis eum, qui in jus ; proinde ex ſacris literis deducitur, quòd ſuccurramus oppreſſis : ut ex *Pſal.* 82. *verſ.*4. & quod liberemus eos, qui ad mortem trahuntur : *ex Proverb.* 24.2.*& ex alijs Scripturæ locis*, quæ eleganter congerit *Erneſt. loco citato n.*489.*per plures*,&
17 non ſolum eripiens non peccat, & non punitur, ſed etiam peccat, qui non eripit:*cap.non referenda* 23.*q.*
18 3.*cap.ſcire verſ.*23.*q.*8.*&* 92. proinde Judex non ſolum privatæ perſonæ, ſed homini vim inferenti, prædoni, & latroni comparatur à *Luca de Penha in l.* 1. *Cod. de commeat.lib.* 12.*Odofred. in d.l.ſed eximendi d.* §. *Prætor ait. Boſſ.in tit.*
19 *decap. n.* 4. *&* 5. & quod poſſit armis reſiſti Judici ſæculari volenti extrahere laicum ab Eccleſia, & etiam Eccleſiaſtico, ſi fuerit extractio facta, non ſervatâ forma
20 Gregorianæ Conſtitutionis; dixit *Marius Italia lib.*1.*cap.*6.*num.*50. §. 2. *de immunit. & longo ordine Eccleſiaſt. ex cap. non inferenda* 23.*q.*3.*& cap.error diſt.*83.*& cap. negligere* 2. *q.*7.

Cuilibet eſt hominum licitum ſua jura tueri.
Quodque reſiſto tibi, non poteſt inde queri.
21

Et demum, quòd non modò reſiſtere, & ſe defendere, ſed licitum ſit opprimere illum,qui velit offendere, Judex ille ſit, Magiſtratus, Imperator, Pontifex, quos impunè occidi poſſe, quando alitèr vitæ periculum ſalvari non poſſit : docuerunt argumento, *l. ſed & ſi quemcumque, & l. quēadmodum* §. *Magiſtratus ff.ad leg. Aquiliam. Farinac. in praxi criminali p.*4.*tit.*14.*q.*125.*n.*34.*Harpetrus de publicis judicijs tom.* 4. *fol.* 22
1260.*n.* 230. & alij ab his laudati longo numero, qui etiam defendit in patre, ut poſſit à filio ob ſuæ vitæ defenſionem occidi, & quod ſi Clericus in actu Miſſæ celebrationis fuerit inſultatus, poſſit inſultantem occidere, & deinde Miſſam proſequi : dixerunt *Clar.* 23
lib. 5. *ſententiarum* §. *homicidium num.* 76. *& alij adducti à Carpzov. prax. criminali parte* 1.*q.*32. *fol.*150.*num.*7.cum interfectus ab invaſo à ſe ipſo occiſus dicatur: ex *Panormitan.in cap.Calerici n.* 2. *de vita,& honeſt. Clericor. &alij apud eundem Carpzov.n.*8.*loco citato.*

Verùm contrariam alij docent 24
ſententiam, & audent contra tantum DD. agmen adverſam aciem ſuſtinere, quod laudi Decio datū legimus, cui ſolus ſemper contra omnes pugnam arripere animus fuit, ſuſtinent. Itaque, quòd reſiſtere Magiſtratibus magna atroci- 25
tas ſit : ex *l.Prætor edixit* 7.§.*atrocem ff.de injurijs*,& quòd debeatur omninoda obedientia, etiam ſi gravamen, & vim inferat Magiſtratus,& ita limitant legem ut vim *ff.de juſtit. & jure, ubi gloſſa* 1. *in principio, & verſ. ſi quid à poteſtate, & ibi Bologneto num.* 54. *&* 26
60. *in fine verſ. ex quibus*, ubi docet regulam generalem, quod Judici

dici reſiſti non poſſit, etiam facienti violentiam. *Bart. ibidem n.* 3. *Alberic. n.*6. *Angel. n.* 2. *Paul. Caſtrenſ. n.*6. *Fulgoſ. n.*1. *Jaſon. n.*19. *Cin. in l.* 1. *cap. unde vi tit.* 10. *& ibi Alberic. n.* 16. *Salicet. n.*13. *Soccin. regula* 442. *Duenb. regula* 192. *limit.* 4. *Placa de delict. cap.* 28. *n.* 19. *verſ. tamen ſi non deſunt. Maſcard. de probat. lib.*3. *conſ.* 1126. *n.* 57. *Carrer in pract. crimin. tract. de homicid. & aſſaſſin.* §. *circa ſecundum n.*7. *& à n.*14. *Farin. q.*32. *n.*
27 86. Ratio eſt, quia Magiſtratibus debetur reverentia, cùm loco Dei ſint. *Apoſtol. ad Roman.* 13. *cap. non ſolum* 37. *& cap. qui malos* 29. *q.*5. *cauſ.* 23. *n.* 90. *Menoch.*
28 *de præſumpt.* Principem etenim repræſentant, & ſunt pars ejus corporis, *l. quisquis, Cod. ad leg. Jul. Mageſt.* & nos latè *de Recuſationibus lib.*3. *cap.* 15. *noſter Senator Almeyda alleg.* 11. *per totam. Cortiada deciſ.*236. *per totam.*

29 Et quod ſemper præſumendũ ſit pro Magiſtratu, & juſtitiâ ejus mandatorum; *gloſſa in l.* 2. *verbo quod non arbitramur. Cod. de offic. civil. jud. l. fin. Cod. ad l. Jul. repetundarum, cap.*16. *in fine de ſententia, & re judicata. Alciat. de præſumpt. regul.*3. *præſumpt.*9. *in principio. Harpret.* §.11. *n.*63. *&* §.13.
30 *num.*165. *de injurijs*, & quòd ex reſiſtentia judex poteſt non ſubditos coercere: *Bart. in l.*4. *ad l. Jul. Gratian. regul.* 406. & quòd Cleri-
31 cus in reſiſtentia punitur à Judice ſæculari. *Clar. lib.*7. §. *fin. q.* 36. *n.* 27. ad quod facit *tx. in cap. perpẽdimus de ſententia excommunicationis*, & teſtatur de hac practica *Guill. de Bened. in cap. Raynuntius, verbo, & uxorem n.* 16. unde illud *Apoſtol. ad Romanos*: *qui poteſtati reſiſtit Dei ordinationibus, qui autem reſiſtunt ipſi ſibi damnationem reſiſtunt. Cortiada deciſ.* 236. *per totam.*

Tertia inter has acceſſit ſentẽtia, & diſtinctio, quæ eſt *Baldi in l. ut vim n.* 21. *ff. de juſtitia, & jure* docens, quòd ſi vis illata à Magiſtratu, vel Judice contineat damnum irreparabile, licitè reſiſti poſſit: *arg. l.*1. *Cod. quando unicuique licet, & l. licet Cod. ad l. Cornel. de ſicarijs, & in l.* 33. *Cod. de Decurionib.* aut verò contineat dãnum reparabile, & tunc recurri poterit ad remedia à jure in his caſibus diſpoſita: ut in *leg.* 3. §.1. *ff. quod metus cauſa, & l.*5. §.4. *Cod. de pœnis judicum*, *qui malè judicant*, vel ſi non conſtet, & dubitari poſſit de notoria injuſtitia, & *Bald.* ſequuntur *Maranta diſput.* 1. *n.*35. *Clar.* §. *fin. q.*29. *n.*2. *Seyſell. in d. l. ut vim n.*21. *ff. de juſtitia, & jure, & alij per Farin. d. quæſt.* 32. *num.*93. 32

Quæ ſententia mihi ſummoperè arridet, & moveor ad eam ſequendam, quia media ſententia eſt, quæ tutiſſima eſt, quando duæ æqualia continent abſurda: *argum.* §. *ultim. Inſt. quibus ex cauſis manumittere non licet.* §. *cum ex eo alieno Inſt. de rerum diviſione. Georg.*

org. Federic. in Decad. Theſ. per ſaturam theſ. 6. apud Baſilienſes.

33 Prima enim continet irreverẽtiam Magiſtratûs, & licentiam perturbaudi Rempublicam ſub prætextu vis, & violentiæ à Magiſtratibus, & Judicibus illatæ, & ſic aperiretur janua licentioſiùs agendi contra ſuperiores, quod non eſt permittendum, & eſt abſurdiſſimum, *l.* 38.*ff. de rei vendicat. Frideric. Mendan. de mandat. Judic. lib.* 2. *cap.* 13.*n.*33.*&* 34.

34 Secunda verò repugnat legi naturalis defenſionis, qua quis, & jure Divino, & humano ad propriam ſalutis tutelam etiam inimici cæde admittitur: unde in *l.* 45. *penult. ff. ad legem Aquiliam* nullam calumniam ob homicidium ad ſui defenſionem factum mereri dicitur, & clariùs exprimitur in *l.* 3. *Cod. ad legem Corneliam de ſicariys* ibi: *quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur.*

35 Et ſic media inter has diſſentientes opiniones melior eſt; neque enim vulgares juris regulæ ſemper ſequendæ ſunt more avium, quæ una trans aliam tranſvolat. *Faber in juriſprudentia Papinianea tit.* 6. *princip. quæſt. illatione* 2.

36 neque melior opinio cenſenda eſt ex multitudine Authorum, qui illam ſequantur, non enim multitudo errantium facit errori patrocinium, nec facit jus *l.* 1. §. *ſed neque Cod. de veteri jure enucleando* ibi: *Non ex multitudine, ſed quod æquius, melius vè eſt judicatote. L. ob carmen* 21. §. *fin. de teſtibus, l. ſed licet* 12. *ff. de officio Præſidis, & ibi Bart.* ea enim ſequenda eſt, ex qua minus ſequitur adſurdi, *l. ſalvius ff. de legatis præſtandis, & l. quamvis de in jus vocando.*

Sencundo me movet firmum illud fundamentum tranquilitatis, ac quietis vitæ civilis, quod ſtabilitur, & innititur in illo ordine ſuperiorum, & inferiorum, mandantium, & parentium, in quo veluti in gemino aſſe totius Reipublicæ ſalutem conſiſtere docuit *Ariſtotel. in Politic. cap.* 1. aſſerens idem in hominibus eſſe imperium, ac in viventibus harmoniam, in qua benè regulata, & ſervata partium diviſio concentum operetur; proinde inquit *Tacitus*: *Principibus ſummum jus Dij dedere, ſubditis obſequij gloria relicta eſt*: Qua quidem imperandi, & parendi ordinatione, & ſubjectione coaleſcit, & continetur ille ſpiritus, quo millia populorum agmina trahuntur, ac reguntur, aliás non futura, niſi onus, & præda; quod eſſe Divinæ providentiæ in Conſervatione Civilis Societatis Univerſi admirabile arcanum, & prodigium ex pluribus Scripturæ locis probat, & docet *Vaſquius illuſtr.* 1. *cap.* 1.*n.*23. *& capit.* 21. *numero eodem*, & alios ad id referens *Jacobus Vinter. differt. politica de Republica tom.* 6. *in diſp. Baſilienſ. num.* 7. *litera* 5555. *à num.* 3. *&* 8. 37

Proinde

Proindè ſemper pro juſtitia mandatorum Judicis jura præſumunt, *l. in fine ff. de officio Præſidis, lege* 2. §. *publicanus ff. de vi bonorum raptor. lege nimis Cod. de acquirend. poſſeſſ. capit. in præſentia de renunciatione.* Præſumitur enim juxta jus pronunciare, *l. miles* §. *Decem ff. de re judicata*, & pro Magiſtratu. *lege* 2. *in verbo quod non arbitramur Cod. de offic. civil. judicum*, *& lege fin. Cod. ad legem Juliam repetundarum*, proinde Ægiptij credebant cum his judicantibus Angelos aſſidere, & proinde poſt eos non nullas vacuas ſedes relinquebant, quod ab Hæbreis acceptum refert *Joan. Bodin in De-*
38 *monomantia*, & ſic eorun Judicia, & decreta cum timore, & tremore excipienda eſſe docent Sancti Patres, quod ſi quis ſe gravatum ſentiat, ad ſuperiorem recurrat, ſi non detur ad Deum, non enim licet inferiori contra factum ſuperioris venire. *lege penult.* §. *penult. ff. de aqua pulv. arcend. argum. l. Herennius* §. 1. *ff. de evict.*

Tertio, quia ſequeretur, quòd quilibet eſſet Judex in cauſa propria, quod nemini permittendum jubet *tx. in leg.* 1. *Cod. nè quis jus ſibi ipſi cicat*, *& lege nulli* 10. *Cod. de judic. l. extat* 13. *ff. de eo quod metus cauſa. lege penult. ff. ad legem Jul. de vi privata*, non enim ſingulis eſt permittendum, quod eſt proprium Magiſtratûs, ne remedium ſit gravius malo. *lege non eſt ſingulis* 176. *ff. de regulis juris*, & ſequerentur ſcandala, & tumultus, & civitates roplerentur confuſionibus, cædibus, ac delictis; num frangerentur carceres, impunè vulnerarentur ſatelites, reſiſteretur, & manus inferrentur Judicibus, & Magiſtratibus, & vi, & armata manu quiſque ſe defenderet, quod eſſet malum quorumvis malorum graviſſimum, mali exempli, & ſcandali, & quod facilè ad alios ſerperet; nec eſtet Reſpublica ſub uno capite, ſed tot eſſent, quot Principes, quòd eſſet evertere inſtitutum vitæ civilis de *Lugo de juſtitia tom.* 1. *diſp.* 10. *ſect.* 2. *n.* 65. *fol.* 267.

Quarto expreſſa diſpoſitione juris effringenties carceres, & ab ijs aufugientes etiam ſi innocentes ex crimine fuerint ſunt puniendi. *lege* 13. *ff. de cuſtodia, & exhibitione reorum* ibi: *in eos, qui cùm recepti eſſent in carcerem conſpiraverint, ut eruptis vinculis, & effracto carcere evadant ampliùs, quam cauſa, ex qua recepti ſunt repoſcit conſtituendum eſt, quamvis innocentes inveniantur ex eo crimine, propter quod impacti ſunt, in carceri tamen pumendi ſunt.* Undè, quod fugiens à carceribus etiam ſi ſe ad ſuperiorem contulerit dignus ſit punitione defendit *Caballus reſolut. crim. caſu* 42. *per totum*, idque probat

bat: *ex text. in lege non omnes in principio cum gloſſa in verbo ſortis*, *& in* §. *qui in deſertione ff. de re militari*, *& lege non omnes in principio cum gloſſa*, *& in* §. qui in deſertione, aſſerens, quòd in juſtitia capturæ operatur minorem punitionem, & ita in cauſa fugæ à carceribus ipſum decidiſſe, ejuſdemque ſententiæ eſt *Fachineus libr. 9. capit. 72. & Boer. deciſ. 215. num. 22.* quos *ſequitur Mattheu. de crimin. titulo de Carcere*, *& carcerat. num. 4. fol. 284. & in lege milites* §. *irreverentèr ff. de re militari*; miles, qui dum caſtigare velit Centurio ei vitam tenuerit, militiam mutat ſi fregerit ex propoſito, vel manum intulerit, capite punitur, nulla habitâ ratione diſtinctionis, juſtè, ne, an injuſtè id proceſſerit. Unde apud Ariſtotelem ſi Magiſtratus aliquem verberavit, non eſt verberibus afficiendus, cujus verba ex Græco tranſcripſit *Grot. de jure belli lib. 1. cap. 4. n. 2.*

Demùm hæc reſiſtentia adverſaretur præceptis Chriſti, Apoſtolorum, & omnium Sanctorũ Patrum, & nihil prius in Euangelio, aut ab ejus præconijs, ac Magiſtris Apoſtolis nobis Chriſtianis vehementiùs in culcatur, quàm obedientia Magiſtratuum ſuperiorum, Principum; proinde Dominus Chriſtus dari juſſit Cæſari, quæ erant Cæſaris, & tiranis perſequentibus juſſit cedere, & diſcuſſo calcorum pulvere ad alium locum pertranſire, & Paulus: *qui obſiſtit poteſtati Dei Ordinationi obſiſtit*; ea ratione: *Dei enim miniſter eſt, qui poteſtate fungitur*; & Divus Petrus Epiſtola 11. & 12. *Regem honorate, ſervi, ſubditi eſtote cum omni timore Dominis non ſolùm bonis, & æquis, ſed etiam duris*; & addit: *Quæ enim gloria eſt ſi peccantes, & colaphis cæſi ſubſiſtitis, ſed ſi benè agentes, & tamen malè habiti ſubſiſtitis, hoc cedit vobis gratiæ apud Deum*; & iterum Paulus: *Servi, obedite dominis carnalibus cum timore, & termore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto, non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate ſervientes ſicut Domino, & non hominibus.* Apud verò Sanctos Patres triumphat in hoc argumento eloquentia, & zelus Chriſtianæ obedientiæ, & humilitatis. Unde Ambroſius *libr. 5. oration. in Auxeat. Dolere potero, potero flere, potero gemere adverſus arma, milites, Gotos quoque lacrimæ mea arma ſunt*, & Divus Auguſtinus de Civitate Dei *libr.* 22. de eodem argumento ſcribit: *Neque tunc Civitas Chriſti, quamvis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magna agmina populorum adver ſus iniquos perſequutore pro temporali* 39

porali ſalute pugnavit, ſed potiùs ut obtineret æternam, non repugnavit; ligabantur, includebantur, & multiplicabantur, non erat eis pro ſalute pugnare, ſed ſalutem pro ſalute contemnere. Quod idem pluribus Sanctorum

39 Patrum adductis authoritatibus exornat *Grotius de jure belli lib.* 1. *capit.* 4. *per totum*, addens, quod vim vi repellere licet, fuerit axioma Ethnicorum, non autèm Euangelij, vel Chriſtianorum adverſus Magiſtratum, & in caſui, quo Magiſtratus aliquid etiam contra Dei legem præcipiat, quod non ſit parendum, ſed nec armis reſiſtendum, ſed vel ab ejus dominio diſcedendum, vel quo alio dulciori modo reparandum ſuſtinet in *Colleg. polit. exercitio* 15. *n.* 1. *quæſt.* 1. *Chriſtianus Marchicus.* Unde *Scribanus Inſtit. Politica Chriſtiana cap.* 7. *fol.* 130. ita ſcribit: *Verum quid ſi impium nactus Principem fueris? Vis non timere poteſtatem? Bonum fac, & laudem habebis ex illo, Dei enim miniſter eſt tibi in bonum, & ſi impia imperaverit, nemo dixerit ſequendam impietatem.* Verum: *quis vetet armata manu impia imperia pellere?* Non docemur arma à Martyribus, nec evocavit cæleſtes legiones Chriſtus noſter, cùm poſſet in Herodem Pilatum Judæos: pati Chriſtianum eſt numquam nè arma? Pro Principe arma contra illum nulla; & mox quid ſi vim amoveat? Admovit. Nero Domitianus, Diocletianus, Decius, Julianus, reliquique Neronis de impietate ſucceſſores, nec Chriſtianorum quiſquam ferrum ferro repulit, & monet Apoſtolus: *nulli malum pro malo reddente, maximè Principi, & quid vis vindictam?* Audi Dominum mihi vindictam, & poſt diſcuſſum pleniſſimè argumentum, ſubdit: Quod de Principe dixi, de omni ſuperiore dictum velim.

40 De fugiente verò à carceribus, vel ſe defendere poſt ſententiam condemnationis, & ante, videas *Lugo tomo* 1. *diſputatione* 40. *ſect.* 4. *per totam fol.* 673.

41 Ad illud verò, quod poſſim occidere Principem, Papam, Imperatorem volentes me occidere, melior mihi videtur contraria ſententia, quòd immò in iſtis caſibus mors ſubeunda ſit ex præceptis *Salvatoris noſtri, & Apoſtolorum*, & favore publicæ quietis, quæ licèt videatur habere aliquid iniquitatis, tamen his reſpectibus propriæ defenſioni anteferenda eſt: *lege ad ea* 200. *ff. de regulis juris.* Unde *in lege non omne*, habemus, quòd non omne, quod licet, honeſtum eſt: Quis enim in eum manus injiciat, qui in omnes vitæ, neciſque jus habet? Quem loco ſui Deus propoſuit? Qui ſuprà legem eſt? Unde Seneca: *Rex eſt, ſi nocentem*

tem punit cæde juſtitiæ, ſi in-
42 *nocentem cæde fortunæ*. Quem locum ad idem adducit *Matheu de crimin. id ipſum defendendo titulo* 16. *Sicar. capit.* 3. *mumer.* 6. Ratio eſt, quia privatus
43 ſalutem Principis ſuæ anteponere tenetur, & mortem ex charitate perferre; argumento *leg.* 1. §. *juxta hoc* 28. *ff. de Senat. Conſult. Syllan.* etiam ſi vim inferat, & occidat: ex *Soto lib.* 5. *de juſtitia, & jure art.* 8. *quæſt.* 1. quem allegat *Obrecht. defenſ. cap.* 6. *num.* 1. Unde exempla etiam homicidij involuntarij in Reges Mageſtatis pœnis vindicati adducit *D. Thom.* 2. *ſentent. diſtinct.* 46. *quæſt.* 2. *articul.* 2. *& opuſculo* 20. *de regimine Principum capit.* 6. & qui hos citat, & ſequitur alios adducens de ſecuritate. *Becthius n.* 144. *tom.* 2. *p.* 1.

44 Unde *Tacitus* docet, *Bonos Principes voto optandos, qualeſcumque tolerandos*. De patre verò
45 mihi arridet opinio prohibens filio ob ſui defenſionem patris cædem, quidquid in contrarium defendat *Hapet. loco ſuprà citato*, prout eam docent *Bodin. de Republica lib.* 1. *cap.* 4. *& alij per eumdem Harpet. citati.* De Clerico verò Miſ-
46 ſam celebrante idem dicendum eſt, cum quo, modò poſſe homicidium, & peccatum mortale, poterit Miſſam proſequi? Homicidium enim, quod fit lege non jubente, ſed excuſante, & permittente eſſe peccatum mortale, particulari, de hoc, quæſtione probavimus ex Groſio, & Harpreto.

Ad diſpoſitionem verò textuum in contraria ſententia loquentium reſponderi poterit, quòd reſiſtentia licita ſit, quando Judex, aut Magiſtratus, omiſſa ordine judiciali vim inferat, in hoc enim caſu, cum operetur ut privatus, reſiſtentia erit licita: ex *tx. in l.* 5. *&* 7. *Cod. de jure fiſci, l. fin.* §. *neque Cod. de diſcuſſor. & l.* 33. *Cod. de Decurionibus lib.* 10. *& leg.* 5. *Cod. qui milit. poſſunt, & l.* 5. *Cod. de metat. & l.* 5. *Cod. de executoribus, & exactionibus libr.* 12. *Novel.* 8. *cap.* 10. nulla habita ratione damni reparabilis, vel irreparabilis. *Peregrin. de jure Fiſci, Alciat. & alij per Farinac. quæſt.* 32. *numer.* 23. de quo plura apud *Becthium de ſecuritate in diſputat. Baſilienſi num.* 171. ſecùs verò in alio caſu. 47 48

Quod ſi quæratur, an ſervi licitè poſſint dominis reſiſtere? 49 Dicendum eſt ex antecedentibus nullo modo eſſe permiſſam. Ratio eſt, quia ſi non poteſt reſiſti Magiſtratui, neque dominis, qui ſub tutela Magiſtratuum ſunt, ita idem *Grotius lib.* 3. *cap.* 7. *de jure in captivos num.* 7. benè verum, quod in caſu metûs, occiſionis, 50 vel mutilationis, aut gravis damni poterunt aufugere, nec redire, durante periculo; ita *Molina, Rebell. Sanches lib.* 1. *conſil. capit.* 1. *dubitatione* 9. & alij laudati à *Delugo diſput.* 3. *ſect.* 2. *de juſtitia,* &

*& jure tom.*1.*num.*21.

51 Quæram etiam, ſi reſiſtatur officialibus juſtè exequentibus, an iſti poſſint impunè reſiſtentes occidere? Et negativè reſpondendum eſt, & pæna extraordinariâ puniendos, niſi de hoc haberent ſpeciale mandatum, vel ſi delictum ſit atrox, vel ſi reſiſtens nullo alio modo, quàm occidendo officiales poſſit evadere, quam ſen-

52 tentiam defendit *Harpet.de public. judicijs* §. *item lex* 5. *num.* 232. & cum eo alij. Hactenus Hieronymus Baſilicus in *deciſ. crimin.* Curiæ Regni Siciliæ *deciſ.*10. quã totam hic tranſcripſimus, quia mullum Doctorem adhuc invenimus, qui de materia hac quotidiana tam benè, ac clarè ſcripſiſſet,

53 licèt *Almeyda allegat.* 11. *per tot.* de ea egiſſet; qui *n.* 15. advertit magna cum circunſpectione reſiſtendum eſſe Judici, officialibuſque juſtitiæ, etiam in caſibus, quibus de jure reſiſtentia toleratur, & *n.* 17. docet, ac refert plurès caſus, in quibus Judici, vel officiali licet homines verberare, videlicèt, arcendo turbam, quos omnes congeſſit *gloſſa in capit. ſi quis ſuadente* 17.*q.*4.*& in l. quemadmodum* §. *& Magiſtratus ff. ad legem Aquiliam. Platea in l. nemo carcerem.*

54 Quæram poſtremò, an Judex ſæcularis poſſit punire Clericos, & Monachos ſibi reſiſtentes? In hac quæſtione duæ ſunt ſententiæ, alia affirmativa, pro qua infinitos citat *Pegas ad Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 23. *cap.* 4. *num.*111. *&* 112. alia negativa, pro qua etiam citat infinitos *n.* 114. *&* 115. ubi docet, quòd tantum poteſt Judex eos capere, & captos remittere ad ſuum Judicem. Vide, quæ diximus de *Recuſationibus lib.* 3. *capit.* 15.*per totum*, & circa materiam in terminis *Cortiada deciſ.* 236. *per totam.*

CAPUT XV.

Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis delinquentes in officijs publicis, an gaudeant privilegio fori?

SUMMARIUM.

1 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis in delictis cõmiſſis in publicis officijs privilegio fori non gaudent.*

2 *Hoc in toto Orbe Chriſtiano practicatur.*

3 *Qui officia publica ſubeunt ad ſcientiam, ad illorum exercitiũ neceſſarium tenentur.*

4 *Alias ſunt in culpa.*

5 *Medicus per imperitiam occidens puniendus eſt.*

Et ſi Familiares, & Inquiſitorum domeſtici eodem privilegio gaudent ex rationibus adductis per *Narb. in l.* 20. *gloſ.* 1. *à n.* 10. *tit.* 1. *lib.* 4. *tom.* 3. *recopil.* quare non debet filius gaudere patris foro, qui cùm patre eadem perſona reputatur cùm ſit caro patris, *cap. contradicimus* 21. §. *hac authoritate* 35. *q.*3.*l. ult. cod. de impuber. & aliis ſubſtit.*§.*ſiquis alij* 5. *verſ. & vero inſtit. de inutilib. ſtipulat. Cavalcan. deciſ.* 55. *n.* 17.*p.* 2. *Vivius deciſ.*322.*n.*2.*lib.*2. unde, vivente patre, filius fruitur prærogativis, & præminentiis patris, & Rex dicitur filius Regis, *cap. fin.* ibi: *Cæpit Hermeneigildus Rex juvenis, & cæt. & ibi gloſ. verb. Rex* 24. *q.* 1. *cap.* 1. ibi, *& filius ejus Rex Auguſtus de pace conſt. l.* 1.*&* 9. *tit.*7. *l.* 2. *tit.* 15. *p.* 2. *Tiraquel. de pragmat.q.*33.*à n.* 1. *Anna in repetit. conſtit.terminum vitæ n.* 27. *Corſetus de poteſtate*, *& excel. Reg. q.* 25. *Oldrad. conſ.* 94. nam & filius Comitis, vivente patre Comes etiam dicitur, *l.emancipatum ff. de Senatorib. Tiraquel. & Anna* loco ſupra citato.

Et ſi famuli Scholarium, Doctorum, Clericorum, Epiſcoporum, Cardinalium, Militum privilegio Dominorum fruuntur: *ex Narbon. gloſ.* 1. *à n.* 14. cum multis ſequentibus, quare, & admitti non debeant filij familiarium, qui maiori vinculo, & neceſſitate conjunguntur; eadem enim ratio eandem operari debet diſpoſitionem, *l. illud ff. ad l. Aquiliam, l. ſi poſtulaverit* §. 2. *ff ad leg. Juliam de adulter. l. quidam numular. ff. de edendo.*

Et demum ita aliàs deciſum, & obſervatum in eadem facti quæſtione, quæ obſervantia vim legis obtinet, *l. de quibus* 32. §. *inveterata, l. ſed ea* 35. *cum ſequenti ff. de legib. l.* 1. *& l. reges* 3. *cod. quæ ſit nova conſuetudo*, imò tranſit in privilegium, *Baldus conſ.* 289. *lib.* 4. *Oldrad. conſ.* 172. *n.* 1. *Grat. diſcept. forenſ. cap.* 801. *n.* 11. *&* 12. *& cap.* 892. *n.* 17. *tom.* 3. *Giurb. in conſuetud. in proœm. n.* 12. *Bellet. diſquiſ. Cleric. p.* 1. *tit. de favor. cler. perſon.* §. 3. *n.* 10. *Guido Papa ſingul.* 803. imò, & plus valet quàm privilegium *Surd.* 465. *n.* 11. *in princ. volum.* 4. *DD. in capit. cum contingat de foro compet.* ea enim eſt optima legum interpres, *l. minimè ſi de interpretatione ff. de legibus, Menoch. conſ.* 32. *n.* 34. *& conſ.* 390. *n.* 21. *& conſ.* 577. *n.* 2. *&* 3. *volum.* 3. *Maſcard. de probation. concl.* 1415. *n.* 10. *Brunor à ſole in loco communi, verbo conſuetudo.* Optima enim eſt illa ratio ad ſimiliter decidendum *in l. filiusfamilias* 14. *ff. ad l. Cornel. de falſis* ibi: *ſic enim inveni Senatum cenſuiſſe, l.* 1. §. *hoc autem* ibi: *Et ait Senatus ſic eſſe ſæpè judicatum ff. de Senat. Conſult. Syllaniano Afflict. deciſ.* 169. *in fine, Gam. deciſ.* 33. *n.* 2. *& deciſ.* 228. *n.* 2. *Vivius deciſ.* 41. & in terminis propoſitæ quæſtionis *Paramus in defenſione jurisdictionis Sancti Officii cap.* 14. *n.* 20. 21. *&* 23. *Narbon. in l.* 20. *gloſ.* 1. *in tranſcurſu num.* 61. & plures alij citati *cap.* 7.

Non obſtant ex adverſo adducta. Reſpondebatur enim, quòd regula, quòd contra filium familias datur actio tàm ex contractibus quàm ex delictis, & quòd ibi conveniri, & accuſari debent, ubi vel deliquerunt, vel contraxerunt, non procedit quando adeſt peculiare privilegium, quod cognitio delictorum, vel contractuum filij pertineat ad certam, deſignatamque alicujus Tribunalis juriſdictionem prout de Senatoribus, qui ſolùm conveniri poſſunt coram Imperatore, vel ejus Delegatis, licèt alibì deliquerint, vel contraxerint, *l. quoties* 3. *cod. ubi Senatores, vel Clariſſimi*; prout de certo genere Mercatorum, aut nationis, quòd tantùm poſſunt conveniri coram ſuo deſignato judice, *l. per iniquum* 7. *cod. de juriſdictione omnium judicum, & de Decurione, vel cohortali loquitur, lege* 1. *cod. de Curialibus Urbis Romæ lib.* 11. *Novel.* 151. & de milite 9

conve-

conveniendo apud ſuum ſuperiorem eſt, *l. 6. cod. de juriſdict. omn. judicum, & l. 1. cod. de exhib. reis, & l. de militibus 8. cod. de cuſtodia reor. & l. qui cum uno 4. §. ſi reus ff. de re militari, & de liberis in ſacris Scrin. militantib. l. in ſacris 12. in princ. cod. de proxim. ſacror. Scrinior. lib. 12. & de filio Fabricenſ. ſacræ fabricæ, l. eos qui 6. cod. de Fabricenſ. lib. 11.*

10 Ad ſecundum verò objectum, quòd ſit in poteſtate filij familias mutare, aut renunciare fori privilegio ex domicilio paterno ad ſe pervenienti, quo caſu non ſequi patris domicilium, reſpondetur, quòd hoc procedit quando expreſſè renunciat, & expreſſè mutat domicilium, quod ſi id non fecerit in patris domicilium perſeveraſſe intelligitur, & ſic in patris foro conveniendus eſt. Juri autem ſuo in dubio nemo renunciare præſumitur vulgatis juribus.

Ad tertium verò, quòd privilegium perſonale patris ad filios non extenditur, reſpondetur diſtinguendo inter privilegia, quæ tendunt in tertij præjudicium, & inter illa, quæ nullum continent. Primo caſu liberi non fruuntur, quia cæteri gravarentur, *Menoch. conſ. 297. n. 6. volum. 3. Decian. conſ. 2. n. 14. 15. & 16. volum. 4.* Secundo verò caſu quando ſcilicet privilegia tertij jus non lædunt, latiſſimè, & contra Principem concedentem interpretanda ſunt, *l. ſi quando Cod. de bonis vacantibus lib. 10. cap. ex p. 1. de verborum ſignificatione Innocentius in capit. cum dilecti de donat. Oldradus conſ. 50. in fine verſ. non obſtat. Abbas conſ. 70. in fin. lib. 2. Federic. de Senis conſ. 61. n. 2. verſ. non obſtat, Ancharranus conſ. 161. in princip. Imola conſ. 121. num. 2. Alexandre conſ. 110. n. 10. verſ. quia privilegium lib. 6. & conſ. 215. n. 4. & ſequenti lib. 7. Surd. conſ. 140. n. 73. volum. 1.* cum autèm juriſdictio Inquiſitionis fuerit conceſſa ad favorem Catholicæ Religionis, & Tribunalis, in quo cauſæ Dei dijudicantur adverſus impias Hæreticorum blaſfemias, & perſonas Domini devotas, ea utique amplianda eſt, *l. in his de condit. & demonſtr. cap. 2. de regul. jur. Menoch. de arbitrariis caſu 199. n. 46. Thomacet. regul. 154.* & ſic filij in foro ubi patres conveniuntur, conveniri debent: ut *in d. l. ſacris 12. in princip. cod. de prox. ſacror. Scriniorum lib. 12. & l. eos qui cod. de Fabricenſ. lib. 11.* Magis quando delicta non ſunt de exceptis in concordia: *ex Narbon. gloſ. 17. n. 5.* Undè meritò Hiſpani Reges in Conſervatione hujus Tribunalis Catholicæ Religionis per totum Hiſpanum Orbem repoſitum putant tutamen, & firmamentum; & verè in eo præſident tot illuſtres, Heroicique viri, & Inquiſitores, ut verè Tribunal cauſarum Deique videatur inter quos hîc Matriti à ſecretis Tribunali in ſervit D. Joſeph

ſeph Ribeira, qui ſplendore natalium, notitia linguarum, profunditate prudentiæ, excellentia ingenij virtutum demum omnium cumulo, & Hiſpanijs, & Sanctiſſimo Tribunali ſplendorem auget.

11 Hæc quæſtio fuit diſcuſſa anno 1628. die 8. Julij inter Michaelem Calubro, ejuſque filium, & fuit dictum, remittatur, ex quo erat commenſalis, & ſtylus, quo utitur M.R.C. in his caſibus eſt, ut non ſufficiat ſola probatio facta in Sancto Officio, quod talis ſit commenſalis, ſed fiunt literæ in partibus officialibus Regis, quòd ſe informent, ſi verè tempore delicti ille talis erat commenſalis advenientibus literis; quæ ſummuntur cum proceſſu fit remiſſio.

12 Verùm anno 1629. die 28. Junij Cirino Caſtelli cuſtodi carcerum Civitatis Neti fuit perquiſita domus de ordine M.R.C. & ipſe conjectus in carcerem, & cum peteret remiſſionem ad forum uti familiaris fuit denegata ex determinatione, & juncta, ut dicitur omnium Præſidum, Blaſei, Denti, & Corfetto, & illuſtris Conſultoris, & M. R. C. criminalis, & civilis, advocatorum Fiſcalium. M. R. C. & Patrimonii.

13 Primo, quia perquiſitio domûs poterat fieri ab officialibus Regis, quia hòc poteſt ad delictum fieri. Secundo, quia hæc diligencia erat ad inſtantiam patris exquirentis necem Baronis Margi, & reus iſte ereat cuſtos Carcerum, & impediebat Carceratos, ne deponerent. Tertio, quia erat teſtis vocatus in cauſa illius necis, & ſic poterit utitalis cogi a Regijs officialibus.

Verùm anno 1628. die 8. Julij cum Michael Calabro eſſet inquiſitus de nece Vincentij Beneventani Baronis nemoris animo præmeditato, & ictibus Scopi, & cum eo Thomas de Arena Magiſter Notarius Tribunalis Sancti Officij in Civitate Leontini, & Didacus ejus filius uti auxiliatores ante in ipſo, & poſt delictum, fuit dubitatum, an hîc auxiliator homicidæ cum ictibus Sclopili gaudere foro, *ex cap.* 4. concordiæ, & fuit determinatum affirmativè, & ſic eſſe remittendum, prout fuit executum, & cum eò filius, eo quòd eſſet patris commenſalis.

Ex noviſſimâ verò concordiâ ſub die 29 Auguſti 1635. ſtatuitur quòd pro apportatione brevis Sclopli rotati quo ad perſonas de foro Sancti Officij, ſerventur pragmaticæ Regni, & quòd iſte caſus ſit ad inſtar caſuum mixti fori, & datur præventio declarandi, quòd qui prævenit in captura rei dicitur prævenire; excipitur tamen quando de ordine Illuſtrium Inquiſitorum in ſcriptis eſſet aliquis de foro miſſus ad peragenda negotia fidei. Et proinde Sabaſtianus Civello, cui dum in ſequerentur Miniſtri Regij cecidit brevis 14

Sclplus

Scloplus rotatus fuit remiſſum, eo quòd per ſcriptum Secretarij Sancti Officij de Ordine omnium trium Illuſtrium Inquiſitorum apparuit, quòd ordinem habuerit peragendi negotium Tribunalis.

Quæſtio autem pluriès agitata fuit in Regno, an Familiares Officialium Sancti Officij gaudeant etiam privilegio fori. Sunt enim familiares, & domeſtici ex familia Inquiſitorum, vel Officialium, ſunt, & familiares, ac domeſtici eorum, quos proprio nomine familiares appellamus, hoc eſt, eos, qui ab Inquiſitoribus deſtinantur ad capiendos hæreticos, ſceleſtoſque homines de fide ſuſpectos, & ad exequenda mandata, quæ ab Inquiſitoribus imponuntur, & de his ſub nomine familiarium loquuntur quaſi omnes concordiæ Regni Siciliæ, *Narb. lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 2. *glaſ.* 1. *à principio uſque ad n.*10. Et iſti ex propria perſona ratione muneris in juncti privilegium fori Sancti Officij, ne alibì, quam coram Inquiſitoribus conveniri poſſint, conſequuntur.

15 Et quoad primos nullum dubium eſt, quòd familiares, & domeſtici officialium gaudent ex perſonâ dominorum, quibus inſerviunt; ita *Narb. loco citato n.* 12. quo ad iſtos enim omnis familia gaudet foro, & privilegio uxores, patres, filii, & fratres domeſtici, nec non etiam, & continui, commenſales, & non nulli alij. E ſecundis verò familiaribus nemo gaudet, ita expreſſim loquitur concordia Valliſoleti die 4. Junij 1580. ibi in 4. capitulo: *Generalmente, indiſtintamente los dichos Inquiſidores conoſcan de todas las dichas cauſas, y caſos, por graves, y atrozes, que ſean, aſſi de los officiales ſalariados, y ordinarios, que tienen, y huvieren titulo del Inquiſidor general, y de todos ſus criados, y familias, como de ſus Tenientes, y los de mas officiales del Santo Officio, con que en lo tocante à las familias de los dichos Tenientes de officiales, goſen ſolamente del dicho fuero, y privilegio, ſus mugeres, padres, hijos, y hermanos, ſiendo verdaderos, domeſticos, y continuos commenſales, y no outros algunos.*

Item, & in capit. 5. ejuſdem concordiæ habetur: *Que todos los dichos caſos, y cauſas civiles, y mixtas gozen uniforme, y indiſtintamente del fuero, y privilegio del Santo Officio, y juriſdicion de los Inquiſidores, todos los dichos officiales, y ſus familias, y los dichos ſus Tenientes, y los familiares, y las familias de los dichos Tenientes en la forma ſuſodicha*; Eſt iterum in cap. 9. ibi: *Pero la execucion, y conocimiento de ello perteneſca ſolamente in ſolidum à los dichos Inquiſidores contra los dichos officiales, y ſus familias de los dichos Tenientes en la maneira, que dicho es.* Eſt iterum in capit. 10. in principio. *Item que los dichos Inquiſidores puedam proceder por cenſuras en los dichos caſos, y cauſas civiles, y criminales, y*

mixtas tocantes à la juriſdicion de los dichos officiales, y ſus Tenientes, y familias, ſegun dicho es, y de los dichos familiares del Santo Officio. Et in eodem capite in fine ibi: *Generalmente hà de pertencer el conocimento de todas las dichas cauſas civiles, y criminales, mixtas contra los dichos officiales, ſegun dicho es.* Et ſic videtur, quòd concordia loquitur diſcretivè, & nullibi legitur, quòd famuli familiarium gaudent foro, & privilegio, & ſic expreſſione unius ſpeciei altera videtur excluſa. Vulgato axiomate de regulis juris.

16 Ex quibus orta fuit controverſia, an ex quo non fuit facta menſio de vidua gaudeat ipſa privilegio viri præmortui.

Et affirmativam ſententiam defendit *Paramus de officio Sancti Officii cap.* 1.

17 Contrarium determinavit M. R. C. *ex Bal. lib.* 4. *tit. de mero, & mixto imperio quæſt.* 2. *n.* 11. ubi mentionem facit. Jo. Baptiſtæ de Ballis ejus fratris tunc Judicis M. R. C. defendentis partes fiſci Regi juriſdictionis. Inter hæc acceſſit concordia data Matriti die 20. Martij 1597. cap. 14. qua diſpoſitum fuit ibi: *Las mugeres viudas de officiales del Santo Officio, en quanto nò mudaren de eſtado, gozen del fuero de la Inquiſicion, que gozaran, ſi fueran ſus maridos vivos, y las mugures viudas de los Tenientes de officiales, y familiares nó gozen, & Bal. d. q.* 2. benè dicit reſpectu viduarum Tenentium officialium, & viduarum familiarium, ſed non benè reſpectu viduarum officialium, quæ debent gaudere juxta formam concordiæ, & ſic ex prædictis concordijs colligimus uxores tenentium officialium gaudere tamquam de viri familia, & expreſſè legitur *in d. cap. concordiæ* ibi: *Que a lo tocante à las familias de los dichos Tenientes de officiales gozen ſolamente del dicho fuero, y privilegio ſus mugeres, &c. Ita Cutel. controverſia* 9. *inter Inquiſit. & Magiſtratus Ordinar. num.* 101. *&* 106. *& ſequentibus.*

Fuit etiam quandoque controverſum, an uxores familiarium gauderent privilegio fori conſtante matrimonio. Et affirmativè reſpondet *Paramus dict. cap.* 3. *per tot. à DD. Narbona d. gloſ.* 1. *n.* 41. cum pluribus ſequentibus ea ratione, quia uxores gaudere debent foro, & privilegijs mariti, *l. fœminæ, & l. nuptiæ ff. de Senatoribus, l. cum te* 10. *cod. de privileg. Scholar. lib.* 12. *l.* 1. *& l. mulieres de dignit. lib.* 12. *Aſin. de execut.* §. 1. *cap.* 52. *n.* 16. 17. *&* 18. *Craſ. de effect.* 1. *n.* 156. qui teſtatur de praxi in Regno. *Dian. de immunit. Eccleſ. cap.* 45. *tract.* 1. *n.* 2. *& confirmatur ex dicto cap.* 14. in ſecunda concordia ibi: *Las viudas de los Tenientes de officiales, y familiares nó gozen;* quaſi per neceſſarium antecedens ſupponatur, quòd conſtante matrimonio 18

monio gaudeant ad inſtar uxorem Tenentium officialium, quæ foro mariti fruuntur, *Barb. de jure Eccleſiaſtico univ. lib.* 1. *de privileg. cler. cap.* 39. *n.* 25. *& ſeq.* §. 4. *Amaya in l. fin. de incolis lib.* 10.

19 Licèt contrarium defendat *Cutel. d. controv.* 9. *à n.* 104. *uſq. ad num.* 109. *qui contrariis reſpondet.*

20 Verùm anno 1636. menſe Aprilis non levis controverſia fuit inter M. R. C. & illuſtriſſimos Inquiſitores, cui cauſam dedit ſervus Franciſci Xirotta Magiſtri rationalis, & familiaris Sancti Officij detentus in carceribus ejuſdem Tribunalis pro vulnere illato Piſcatori in rixa, an ſcilicet ſervus gauderet foro domini ſui in delictis perſonalibus? Et pro affirmativa ſententia adducebatur Paramus, qui pro obtinenda ſecunda concordia anno 1597. dum in Hiſpanijs moraretur, infra ſcriptis utitur argumentis *cap.* 14. *n.* 41.

21 Primo *ex cap. Eccleſiarum ſervus* 12. *q.* 2. *gloſ. & Foler.* dicentibus ſervos foro Dominorum potiri, quos ſequitur, *Narbon. d. gloſ.* 1. *n.* 30. *& poſt. Menoch. & Carol. de Gras. Diana reſol.* 47. *tract.* 1. *Marta de juriſdict. caſu* 30. *à n.* 2. *& alij per Dançam cap.* 1. *n.* 19. *& ſeq.*

Secundo, quòd appellatione mobilium venit ſervus, mobilia autem familiaris ratione dominij forum ſortiuntur: *ex l. quod attinet de regulis juris, Bald. & Mantic. Add. Tiraquel. de retract. cap.* 6. *n.* 4. *Corras. in l. frater à fratre ex n.* 40. *de cond. indebiti, & Caſtilh.* nullum eorum allegans *deciſ.* 128. *n.* 1.

Tertio, quia cùm ſervus non poſſit ſtare in judicio ſine Domino, & Dominus non debeat occaſione ſervi avelli à ſuo foro, ſequi videtur ſervum in foro domini conveniendum, *Bartol. & Salicet. in Authent. ſi qua in provincia cod. ubi de crimine agi oportet, Blanc. in pract. n.* 59. *Gregor. Lop. l.* 10. *p.* 7. *tit.* 5. *reſpondet Intrigliolus ſingul.* 50. *lib.* 1.

Quibus tamen reſpondebatur à Fiſco M. R. C. Inquiſitores tamquàm Delegatos ad certum genus perſonarum non habere juriſdictionem ad alias perſonas, niſi ad contentas in conceſſionibus Regijs, ad quas tantùm juriſdictio extendatur, ita *text. in l. à Divo Pio* §. *ſententiam de re judicata, & ex Bobadilha, & aliis dixit Cutel. controv.* 14. *n.* 165. Unde cum ſervi non ſint comprehenſi in ijs: ergo ſervi non gaudent fori privilegio. Minor autem patet, nam in concordijs numquam de ſervis fit menſio, & loquendo de familiaribus, & tenentibus exprimunt uxores, filios, patres, atque alios excludunt, forum enim propriè ultra perſonam ipſius familiaris non egreditur, ita ut nec in uxorem tranſeat: *ex Cutel. d. controv. n.* 102. *&* 104. *& ex concordatis anni* 1580. *in cap.* 4. 5. 9. *&* 10. clarè 22

legitur

legitur, quod ſervi familiarium, & eorum familia non gaudet foro, & privilegio, cùm loquendo diſcretivè de familia Tenentium primo diſponit, & deinde de familiaribus, de quibus dicit, quod ex his ultimis nullus de eorum familia gaudet.

23 Secundo, quia de jure in delictis, ſicuti alii in judicio ſuſtinent perſonam liberam, *l. ſi criminis cod. ad l. Jul. de vi publica. Petrono deciſ.* 267. *n.* 4. *Farinac. q.* 24. *per tot.* in delictis enim perſonalibus nemo tenetur ex facto alterius, nec Dominus pro ſervo poterit conveniri: ut *tot. tit. & l.* 5. ubi DD. *cod. nè filius pro patre.*

Tertio, quia forum conceſſum ratione alicujus exercitij, ſemper cenſetur perſonale, nec ultrà eum extenditur *Franc. deciſ.* 363. *Milan. deciſ. 9. p.* 1. *Cutel. de controv. n.* 106. *Franc. deciſ.* 175. Datum enim eſt ad comprehendendos hæreticos, & opem præſtandam in eorum comprehenſione: *ex Paramo in primo reſponſo, cap.* 1. *de origin. Inquiſitionis, & alii per Cutel. in ejus patrocinio pro Rege juriſdict. n.* 146.

24 Verùm quia ita ex concordia anni 1597. elicitur, nam cùm hæc dubitatio inſurrexiſſet, ad quam ſcripſit *Paramo integ. cap.* 14. primi reſponſ. nihilominus ex ipſa concordia videtur ſublata dubitatio, dum *in cap.* 15. fuit dictum quod nulli alij, præter famulos Inquiſitorum, ac officialium gaudeant foro, quæ diſpoſitio contra Inquiſitores, & officiales data, fortiùs, & familiares comprehendit, quorum familia nullo foro gaudet, & ita in contradictorio judicio fuit deciſum contra ſervum Don Vincentii Ruſſo V. J. D. Conſultoris Sancti Officij anno 1630. menſe Februario, & in ſervo militis Hyeroſolymitani fuit in M. R. C. deciſum, & in ſervo Clerici per eandem M. R. C. & per eandem contra ſervum D. Joannis Villacani Familiaris Sancti Officij Civitate Saccæ, non obſtante Monitorio Commiſſarij in partibus. Et iterum contra ſervum Philippi Bellacera Familiaris Sancti Officij, & à Tribunali Sancti Officij fuit Commiſſario in partibus reſcriptum in hæc verba: *Que conſtandole realmente que el delicto ſea perſonal, el Santo Officio nô le defenderà*, ut in lib. inhibit. M. R. C. videre eſt fol. 272. & idem ſervatum anno 1606. & iterùm in alio ſervo D. Alexandri Milone anno 1603. Et iterùm annò 1628. & 1629. & in Curia Straticotiali contra ſervum Joannis Salvi Balſamo, Equitis Hyeroſolymitani menſe Februario 1625. & de obſervantia in Regno Neapolis, ut ſervi Clericorum non gaudeant privilegio Dominorum poſt *Apont.* teſtatur *Dança de pugn. DD. titul. de Cler. cap.* 1. *numer.* 22. *& ſequent.*

Neque obſtat Oppoſitio de ſervis Clericorum, nam in criminalibus non attenditur intereſſe ſecun-

ſecundarium Domini, ſeu in conſequentiam: ut ipſe Paramus agnoſcit, & expreſſè docet ex multis, *Maſtrilh. deciſ.* 267. *num.* 6. Unde nullo jure Clericus opponet fori declinatoriam in intereſſe ſecundario, prout quando Clericus citatur, *quatenùs* ex DD. conſenſu, & eodem, *Maſtrilhus deciſ.* 79. Et in hoc reſpectu Clerici in criminalibus in Regno non eſt difficultas. Magis, quòd Clericus nullo modo æquiparari poteſt familiari, nam juriſdictio Inquiſitorum eſt ſæcularis à Rege conceſſa, & eſt ſubjecta revocationi: ut probat *Cutel. de patr. cap.* 4. *n.* 127. cum multis ſequent. & ante eum *Baſil. Ponc. tractat. de matrimon. lib.* 5. *cap.* 12. §. *unic. fol.* 337. qui eſt etiam preſſus per ipſummet *Cutel. in ejus gloſ. ad cap.* 23. *ult. concord. Amat. reſol. tom.* 2. *cap.* 25. *n.* 4. *à n.* 138. Et apparet per litteras Ferdinandi anno 1501. ubi expreſſè dicitur de juriſdictione: *Todo es nueſtro.* Et ex diſpoſitionibus Caroli Quinti, & Philippi ſecundi, & litteris teſtantibus ſuam eſſe juriſdictionem, de quibus latè idem *Cutellus*, ubi ſuprà. Magis, quòd ex præcitato *text.* nihil alliud colligitur, quàm quòd Concilium Toletanum petijt à Rege, ut ſervos Clerico ab Angarijs relevaret: quod priùs fuerat diſpoſitum, *ex l.* 2. *cod. de Epiſcop.* Quod autem pro delictis foro Eccleſiaſtico ſubgerit nullus legitur.

Neque obſtat quod ſervi in bonis noſtris ſint, & inter mobilia numerentur, hoc enim procedit quo ad civilia, non autem quo ad criminalia; & ſi ſervus ſit culpæ reus Dominus pœnam non patiatur; *l. ſi is cum quo*, & *l. naturaliter* 13. & *l. ſi id quod* 64. *ff. de condit. in debit.* ea enim, quæ naturalia ſunt reus retinet, ut velle, ac nolle; delinquere benefacere, & ſimilla, *leg.* 3. *ubi gloſ. verbo potuit cod. de hæredibus inſtit. l. Atilius Regulus*, ubi Scrib. de donationibus, *Cutel. de donationib. remunerat.* Naturalia enim jure civili mutari non poſſunt. 26

Nam homo ratione eminentis dignitatis ſuprà animalia inter mobilia non venit, *ex lege juſtiſſimè*, *ff. de ædilitio edict. Bald. in leg.* 1. *de ſtatu hominum*, *Afflict. deciſ.* 106. *num.* 11. ac proinde non comprehenditur in diſpoſitione mobilium, niſi ad evitandum abſurdum. 27

Ad tertium ſatis reſpondet *Maſtrilh. dicta deciſ.* 267. ubi tradit deciſum ſervum poſſe in judicio ſtare, de quo amplius non dubitatur, quia DD. in tertio argumento de foro domicilij loquuntur, non autem de foro principalis, cujus natura eſt, nè ad perſonas alias præter quàm in privilegio contentas extendatur. 28

Licèt ſervi Inquiſitorum, & officialium cum ſallario probatâ commenſalitate remittun- 29

tur, *ex Narbona in d. gloſ.* 1. *per tot.*& ita pluriès,& perſertim menſe Aprilis 1636. M. R. C. remiſit ſervum D. Antonij de Roxas officialis cum ſallario inquiſitum de furto probato priùs ex fide, & teſtibus, & Dominum eſſe officialem cum ſallario, & ſervum commenſalem, de quo latè agimus *capit.*8.

CAPUT XVIII.

Familiares, officialeſque Sancti Officij, coram quo judice in civilibus conveniri debeant, & quomodò in civilibus privilegio fori gaudeant, vel non?

SUMMARIUM.

1 *Judex domicilij Rei competens judex eſt.*
2 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis coram ſuis Conſervatoribus conveniri debent.*
3 *In varijs Regnis hoc militare demonſtratur.*
4 *Similitèr, & uxores eorum.*
5 *Nec non filij.*
6 *Refertur decretum Regium ſuper hanc materiam.*
7 *Intelligitur decretum.*
8 *Privilegium in re individuâ cæteris correis communicatur.*
9 *Privilegium fori Clerici in re individuâ laico communicatur.*
10 *Corri familiarium, officialiumque in re individuâ eodem foro fruuntur.*
11 *Privilegium miſerabilium perſonarum correis communicatur.*
12 *Contutores in adminiſtratione individuâ coram Eccleſiaſtico judice conveniri poſſunt, ſi aliquis eorum ſit Clericus.*
13 *In cauſa ſpolij familiares, officialeſque privilegio fori gaudent.*
14 *Clerici, & Monachi in cauſa ſpolij coram judice ſæculari reſpondere tenentur.*
15 *Jura, & DD. de hoc referuntur.*
16 *Viduæ, & orphani habent privilegium trahendi adverſarios ſuos ad Curiam.*
17 *Non procedit in cauſis ſpolij.*
18 *Familiares, officialeſque in civilibus paſſivè foro utuntur.*
19 *In criminalibus activé, & paſſivè.*
20 *Et in cauſis mixtis.*
21 *Reſpondetur ad oppoſita.*
22 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis aliquando fori privilegio gaudent provocantes ad judicium.*
23 *Reus decitur, qui in voluntarius ſubit judicium.*
24 *Diffamantes ad ſuum judicium trahunt.*
25 *Ad ceſſionem bonorum ad ſuum judicium creditores trahunt.*
26 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis opponentes ſe executioni tamquam tertij poſſe-*

poſſeſſores poſſunt declinare ad ſuum judicem.

27 *Tales poſſunt coram ſuo judice petere ſecuritatem damni futuri.*

28 *Hujuſmodi ſpoliati poſſunt intentare interdictum* Unde vi *coram ſuis judicibus.*

29 *Judex procedens contra jus ſpolium committit.*

30 *Ut quis dicatur actor, vel reus, quæ conſideranda ſint.*

31 *Novi operis interdicto agere valent coram ſuis judicibus.*

32 *Pari modo utentes remedio legis* ſi contendat.

33 *Et ſimiliter interdicto recuperandæ, ſeu renitendæ.*

34 *In hoc caſu cauſa eſt mixta.*

35 *Vis turbativa cauſam civilem, & criminalem continet.*

36 *Turbare aliquem à ſua poſſeſſione, vel eum ab ea deijcere crimen eſt.*

37 *Poſſeſſor in loco rei ſitæ conveniri poteſt.*

38 *Hæc regula limitatur in familiaribus, officialibuſque.*

39 *Sive ſummariè, ſive ordinariè conveniatur.*

40 *Proponitur contra reſolutionem difficultas.*

41 *Solvitur.*

42 *Ratione contractùs in loco illius conveniri quis poteſt.*

43 *Non militat in familiaribus, officialibuſque.*

44 *Senatores, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis coram ſuis judicibus conveniri tenentur.*

45 *Refertur notabilis cauſus in materia.*

46 *Senatores viduas, cæteraſque perſonas miſerabiles ad ſuum forum trahunt.*

47 *Familiares, officialeſque tamen ad ſuum forum non trahunt.*

48 *Utiliores ſunt iſti, quàm illi Reipublicæ.*

49 *Reſpondetur ad Ord.*

50 *Dictiones* qualecũque, & qualitercũque *univerſales ſunt, & omnia comprehendunt.*

51 *Tamen privilegia in favorem Religionis conceſſa comprehendere non valent.*

52 *Credibile non eſt Principem Chrriſtianum privilegijs conceſſis Religioni alia anteponere voluiſſe.*

53 *Quod non eſt credibile non eſt præſumendum.*

54 *Tempore conditæ Ordinationis familiares officialeſque non erant.*

55 *Lex futura non præviſa comprehendere dici non poteſt.*

56 *Non obſtare, quòd aliquandò pro Senatoribus fuiſſe judicatum, oſtenditur.*

57 *Senatores in caſu partes ſuas agunt.*

58 *Non quod judicatum eſt, ſed quod judicandum erat eſt quærendum.*

59 *Scholaſtici, familiares, officialeſque à ſuo foro amovere non poſſunt.*

60 *Hujuſmodi, magis privilegiati intenſivè ſunt, quam illi.*

 61 *Sic*

61 *Sic traditur judicatum.*

62 *Milites, familiares, officialeſque à ſuo foro avellere non poſſunt.*

63 *Milites magis privilegiati ſunt quàm viduæ, ac cæteræ miſerabiles perſonæ.*

64 *Privilegia Scholaſticorum potentiora ſunt militum privilegijs.*

65 *Vincens vincentem te multo magis vincit te.*

66 *Monetarij habent privilegium fori activum, & paſſivum.*

67 *Familiares, officialeſque coram ſuo judice convenire coguntur.*

68 *Eodemmodo viduas, & orphanos.*

69 *Ubi actor, & reus ſunt æquè priuilegiati actor forum rei ſequi tenetur.*

70 *Viduæ, orphani, & fœminæ cælibes honeſtè viventes, adverſarios ſuos activè, & paſſivè ad ſuum forum trahunt.*

71 *Non tamen familiares, officialeſque.*

72 *Neque ſcholaſticos, & militis.*

73 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis non coguntur jurare in animam coram alio judice.*

74 *Deferre juramentum eſt actus juriſdictionis.*

75 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, qui foro ſuo renunciarunt, poſſunt conveniri coram non ſuo judice ſecundum aliquos.*

76 *Et juxta hanc ſententiam non ſolùm quandò expreſſè, ſed quando tacitè.*

77 *Qui dicunt hoc procedere tam in civilibus, quàm in criminalibus.*

78 *Familiares, officialeſque citati pro evictione declinare non poſſunt.*

79 *Procedit hæc reſolutio etiam in privilegiato, qui foro ſuo renunciare non poteſt.*

80 *Clerici in hoc caſu forum declinare non poſſunt.*

81 *Nec Senatores, viduæ, & orphani, cæterique quicumque privilegiati.*

82 *Privilegia clauſa in corpore juris ab ipſo jure recipiunt ampliationes, & limitationes.*

83 *Familiares, officialeſque ſuccedentes in bonis litigioſis in eodem judicio litem continuare tenentur.*

84 *Militat enim in ſcholaſticos.*

85 *Proponitur, an forum declinare poſſint, quando conveniuntur ut hæredes.*

86 *Solvitur diſtinctione.*

87 *Sub eadem quo ad Senatores reſolvitur.*

88 *Quo ad ſcholaſticos.*

89 *Et quo ad Clericos.*

90 *Quo ad lites anteà cæptas privilegio fori non utuntur.*

91 *Vincuntur in hoc à viduis, cæteriſque perſonis miſerabilibus.*

92 *Judicium ubi cæptum eſt ibi finiri debet.*

93 *Forum etiam declinare non poſ-*

ſunt

ſunt quandò conveniuntur ex inſtrumento, in quo partes originales foro renunciarunt.

84 *Idem procedit in minore.*

95 *Mulier, quæ, vivo marito, cum eo foro renunciavit, eo mortuo, declinare poteſt.*

96 *In inventariјs, & partitionis materiâ familiares, officialeſque non poſſunt declinare.*

97 *Similiter nec Senatores, nec Scholaſtici, & quicunque aliј.*

98 *Pari modo nec monetariј.*

99 *De vidua dubitatur, & pro parte negativa reſolvitur.*

100 *Familiares, officialeſque Regis debitoris privilegio fori non gaudent.*

101 *Similiter nec Senatores, nec monetariј.*

102 *Nec etiam Clerici.*

103 *Familiares, officialeſque in reddenda ratione fori, privilegio uti non valent.*

104 *Nullum eſt privilegium, per quod adminiſtrator liberetur à reddenda ratione in loco adminiſtrationis.*

105 *In reconventione privilegio fori nemo protegitur.*

106 *Reconventio eſt diſcutienda coram judice actionis.*

107 *Senatores in judicio, in quo agunt reconveniri poſſunt.*

108 *De monetariјs idem affirmatur.*

109 *Similiter de Clericis aſſeverandum.*

110 *Proponitur, & reſolvitur, an ad effugiendam reconventionem poſſit agens á lite recedere.*

111 *In cauſis pertinentibus ad judicium Indiæ, & Minæ familiares, officialeſque declinare non poſſunt.*

112 *Procedit quando agitur circa jura Regalia.*

113 *Non verò ſi agatur cum privilegiatis ejuſdem judiciј.*

114 *Reſolvendum idem eſt circa privilegiatos judicii Baſilicæ Regiæ.*

115 *In judicio Reſiduorum, & Cappellarum declinare non poſſunt familiares, officialeſque.*

116 *Nec in executione, in qua neque monetarii.*

117 *Regula eſt quòd privilegiatus in executione non poſſit forum declinare.*

118 *Quæ regula viduam, & orphanum comprehendit.*

119 *Oppoſitum refertur.*

120 *In liquidatione declinatio locum habet cum declaratione, de qua ibi.*

121 *In cauſis cuſtodiæ, depoſiti, & Jallariј in terminis, de quibus ibi privilegium fori non prodeſt.*

122 *Nemo in cauſa multarum, ſeu ædilitia gaudet privilegio.*

123 *Tranſcribitur lex circa materiam.*

124 *Clerici in cauſis, de quibus ſuprà coram ſæculari judice reſpondere tenentur.*

125 *Clerici animalia, ſi damna inferant*

ferant poſſunt retineri donec parti læſæ ſatisfiat, & ſolvat multam.
126 Et in tali caſu poteſt judex laicus contra Clericum ſententiam executioni mandare.
127 Familiares reus etiam conventus ab altero reſpondere non cogitur, niſi coram ſuo Conſervatore.
128 Senator agens contra Senatorem, eum convenire debet coram judice ſui privilegij.
128 De monetario agente contra monetarium pariter eſt aſſerendum.
129 Et de ſcholaſtico contra ſcholaſticum.
130 Nec de omnibus æquè privilegiatis.
131 In pari privilegio reus cauſam potiorem habet.
132 Fiſcus agens contra fiſcum, fiſcus reus præfertur in foro.
133 Quando duo habent duos Conſervatores, adeundus rei Conſervator.
134 Miſerabiles perſonæ ab ſcholaſtico à ſuo foro avelli non poſſunt.
135 Ubi cuncurrunt duo æquè privilegiati conquaſſantur privilegia.
136 Familiares familiarium, ac uiduæ privilegio fori non gaudent.
137 Plura referuntur Regna, in quibus familiares nec paſſivè in civilibus privilegio fori potiuntur.
138 Familiares actores forum rei ſequi tenentur.
139 Officiales verò activè, & paſſivè.
140 Contraria ſententia traditur.
141 In qua quæſtione remittendum eſt ad varias Regnorum conſuetudines.
142 Apud nos officiales in civilibus activé privilegio fori non gaudent.
143 Fideijuſſor familiaris, officialeſque privilegio fori non fruitur.
144 Nec Clerici fideijuſſor privilegio Clerici gaudet.
145 Niſi fideijuſſor fidei jubeat apud Eccleſiaſticum judicem.
146 Fideijubens pro officialibus apud Inquiſitores apud eos conveniendus eſt.
147 Cauſa ſpolij ad intereſſe, & pœnam intentatam, eſt mixta
148 Et in ea activè, & paſſivè familiares privilegio fori utuntur.
149 Cauſa damni cum injuria, & violentia dati eſt criminalis.
150 Et in ea familiares, officialeſque activè, & paſſivè privilegio fori potiuntur.
151 Cauſa, in qua agitur de pœna conventionali ob fractam pacem eſt criminalis.
152 Et in ea foro activo, & paſſivo ſimiliter perfruuntur.
153 Cauſa contra banni, & fraudem duanæ, pedagij, & gabellarum eſt criminalis.
154 Sed in ea nec activè, nec paſſivè

vè familiares, officialeſque privilegio fori gaudent.

155 *Cauſa, in qua agitur ad pœnam ex contractu illicito applicanda parti, eſt civilis.*

156 *Et tunc gaudent privilegis fori paſſivo.*

157 *Criminalis eſt, ſi agatur ad vindictam, & ad pœnam fiſco aplicandam.*

158 *Tunc nec activé, nec paſſivè gaudent.*

159 *Cauſa ruptæ ſalvæ Guardiæ eſt criminalis, & in ea non gaudent privilegijs.*

160 *In tali caſu Rex poteſt procedere contra Clericos.*

161 *Prout procedere poteſt, ſi committant crimen læſæ Majeſtatis.*

162 *Cauſa, in qua agitur de habilitatione, ſeu inhabilitatione officij, eſt civilis.*

163 *Et in ea gaudent privilegio fori paſſivo cum diſtinctione, de qua ſuprà.*

164 *Familiares, officialeſque Sancti Officij cogi poſſunt ad ferendũ teſtimonium, ſivè cauſa ſit civilis, ſivè criminalis.*

165 *Quid faciendum, quando privilegia ſunt oppoſita.*

166 *In concurſu privilegij attendenda eſt qualitas privilegij.*

167 *Speciale derogat generale.*

168 *Maius minus vincit.*

169 *Cauſa in concurſu privilegij eſt attendenda.*

170 *DD. tractantes de concurſu privilegiorum referuntur.*

CONcluſio, & regula genera- 1
lis eſt in materia, quòd reus
conveniri debet coram judice Ordinario domicilij ipſius rei, & quòd ille judex eſt competens, & legitimus in omnibus cauſis eorum, qui domicilia habent in territorio ſubdito ipſius juriſdictioni,
tam in civilibus, quam criminali- 2
bus, ex *l. hæres abſens* 19. *§. ſiquis tutelam*, *&* *§. proinde*, *l. illud ſciendum*, *l. ſi fideicommiſſum* 50. *§. ſed ſcriptum*, *ff. de judicijs*, *cap. licèt ratione ultimo de foro competenti*, *Gomes* 3. *var. cap.* 1. *n.* 87. *ibi Aylon* cum multis, latiſſimè *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 1. *Barb. in d. l. hæres abſens de judicijs.*

Ad hac certiſſima juris regula excipiuntur familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis; qui in noſtro regno privilegio fori in civilibus gaudent, quando ſunt Rei, & niſi coram ſuo judice, illis ſaltem invitis conveniri poſſunt: ut patet ex privilegio relato *cap.* 3. *n.* 61. *& cap.* 16. *n.* 14. & eodem foro gau-
dent in Principatu Cataloniæ in 3
regnis Aragonum, Valentiæ, Sardaniæ, & Maioricarum, teſtibus *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 125. *Diana reſolut. moral. p.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 55. *& in ſumma verbo Inquiſitorum juriſdictio. n.* 26. *Carleval de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 6. *n.* 513. *Roxas de privilegio Inquiſitorum n.* 422. *Narbona in l.* 20. *gloſ.* 1. *n.* 74. *& gloſ.* 6. *n.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. Solorſanus de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 59. *& in politicis*

*liticis lib.4.cap.24.Carena de offic. Sanctæ Inquiſitionis p.1. tit. 14.§. 5.ſub.n.17.Paramo de origin. Sanctæ Inquiſitionis lib.3.q.6.n.27.ubi idem dicit practicari in Regno Siciliæ, Suelves lib. 1. conſ. 19.n.8. Mattheu de regimine Valentiæ tom. 2.cap.7.§.1.ſect. 3.n. 35.Balmaſſeda de collectis q.52.*ferè *per totum. Thomè Vaz ad §. 11. Reformationis juſtitiæ, Peg. ad Ord. lib.2.tit. 2.in principio n.26.& Forenſ.cap. 11. n. 229.& ad Ord.lib.1.tit.35. §. 8. litera F. n. 355.*

4 Exceptio hæc regulæ ſuprà poſitæ erit regula in hoc capite exponenda, nempé, quòd familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis in civilibus privilegio fori gaudent, quæ regula ampliatur primò, ut non tantùm ipſi, ſed etiam eorum uxores privilegio fori in civilibus paſſivè fruantur, ut latè probavimus *cap. 5. per tot. & cap.* 17.

5 Ampliatur ſecundo, ut non tantùm ipſi, ſed eorum filij dicto privilegio muniantur, ut etiam latè diximus *cap. 7. per totum, & cap.* 17. *contrarium tradit Pegas d. n.* 355. de quo infrà.

6 Suprà poſita ampliatio attento jure communi, vel nullam, vel ſaltem tenuem patitur defficultatem, ſed attento noſtro jure non poſſe ſuſtineri videtur ex Regio Decreto, cujus tenor ſequens eſt.

Decreto ſobre os filhos dos familiares.

NA cauſa, em que Domingos Dias Villa Real familiar do Santo Officio pertende, que ſeu filho ſeja admitido ao juizo do Fiſco, por ſer filho de familiar: fui ſervido reſolver; ouvidos os Miniſtros do Conſelho geral do Santo Officio, que os filhos dos familiares naõ goſaõ dos privilegios de ſeus pais para ſuas cauſas haverem de correr no juiſo do Fiſco, & que naõ devia de ſer remetido a elle o dito Domingos Dias, antes ſua cauſa devia de correr no juiſo Ordinario onde pertence. O Regedor da Caſa da Supplicaçaõ aſſim o tenha entendido, & o farà executar neſta conformidade. Lisboa 17. de Março de 1654. REY.

Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 35. §. 8. litera F. n. 355.

Decretum hoc, ſtante privilegio Patrum eſt valdè reſtrictivum juris communis, ſecundum cujus diſpoſitionem filij familiarium officialiumque Sanctæ Inquiſitionis patrum privilegio fruuntur, ut latè probavimus *dict. cap. 7. & 17.* quare practicari non ſolet, niſi in caſibus, in quibus filij familiarium officialiumque Sanctæ Inquiſitionis conveniuntur ratione rei, in qua eorum patres uſum fructum non habent, & ita ſæpiſſimé judicavimus, & ſententias noſtras obſervavimus placitu ſupremi Conſilij Sanctæ Inquiſitionis confirmatas, & optima cum ratione, quia cùm patres in tali caſu habeant intereſſe in cauſa, né ſuum uſum 7

uſum fructum amittant Correi cum filijs in cauſa individua quo ad judicium ſaltem ſunt; & ideò patrum privilegia fori filijs communicatur ex regula ſatis nota, quòd privilegium in re individua cæteris correis, ac conſortibus litis communicatur: ut latè diximus
8 in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tract.*1.*de Inventario lib.*3.*cap.*13.*& tractat.*2. *de Diviſionibus lib.*6.*cap.* 1. *& in tractat. de Recuſationibus lib.*3.*cap.*3.*&* 5. *& lib.* 5. *cap.* 4.*docetque latè Valeron de tranſactionibus tit.* 2.*q.*7.*n.*
9 11. ideoque privilegium fori Clerici in cauſa individuâ laico communicatur *Valeron. n.* 13. *Carpio de executoribus teſtamentorum lib.* 1.*cap.*2.*n.*3. *Gutter. practicar. lib.* 1.*q.*6.*n.*9.*Caſtilho tom.*6. *controv. cap.* 165. *n.* 47. *Covas practicar. cap.* 34. *n.* 2. *ibi Faria* cum multis. Vide quæ diximus *de Munere Judicis Orphanorum tract.*3.*lib.*2. *cap.*1. *à n.* 61.

10 Ampliatur tertio, ex ratione, de qua proximè, ut non tantùm ipſi familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori in civilibus paſſivè fruantur, ſed & correi, & conſortes ejuſdem litis circa rem individuam gaudeant, tum quia ſtudioſi forus conſortibus ejuſdem litis in cauſis individuis, & connexis proſit. *Scobar de Pontificia, & Regia juriſdictione capit.* 54. *per totum*, *Mendo de jure Academico. Butilierius de ſucceſſionibus ab inteſtato capit.* 1. *theorema* 36. *per totum*: tum quia privilegium 11
miſerabilium perſonarum, quod poſſint alios ad Curiam trahere: *ex lege unica cod. quando Imperator inter viduam, & pupillum. Ordinatio lib.* 3. *titul.* 5. *§.* 3. *&* 5. communicatur cõſortibus ejuſdem litis in re individua, & in connexis *Poſth. de ſubbaſt. tom.* 1. *deciſ.* 34. *à n.* 7. *Valeron de tranſact. tit.* 2. *q.* 7. *n.* 17. tum quia, ſi 12
inter plures tutores laicus unus ſit Clericus, Clerici privilegium fori, laicis contutoribus ita communicatur, ut coram judice Eccleſiaſtico omnes conveniri debeant. *Gratianus capit.* 641. *per totum. Salgado de ſupplicatione ad Santiſſimum* 2. *p. cap.*14. *à num.* 5. de quo latè agimus in noſtro opere *Munere Judicis Orphanorum tom.* 4. *tractat.* 4.*de tutelæ rationibus diſtrahendis lib.* 1. *cap.* 2.

Ampliatur quarto, ut familia- 13
res, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori in civilibus potiuntur, etiam quando ſunt conventi ratione ſpolij ab eis commiſſi, quæ quidem ampliatio vera non videtur; primo, quia officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis quo ad forum in civilibus non ſunt æquè privilegiati,
quàm ſunt Clerici, & Monachi; ſed 14
Clerici, & Monachi privilegio fori in cauſa ſpolij paſſivè non fruuntur, imò rei conventi tenentur comparere, & reſpõdere coram judice ſæ-

 culari

culari in cauſa ſpolij ab ipſis commiſſi, dummodò intra annum, & di-
15 em conveniantur ex expreſſa *Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 2. *ibi Barb.* & latiſſimè *Pegas à num.* 1. *uſque ad* 78. *Barboſ. in leg. Titia ff. ſoluto n.*28. *& in l. hæres abſens* §. *proinde ff. de judic. n.*22. *Cabed.* 1. *p. deciſ.* 76. *n.* 4. *&* 2. *p. deciſ.* 71. *n.* 3. *&* 82. *Portugal de donat. Reg. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 121. *Souſa deciſ.* 46. *per tot. Oliva de foro Eccleſ. p.* 1. *q.* 8. *n.* 55. *&* 58. *Themud. deciſ.* 2. *n.* 17. *& deciſ.* 24. *& deciſ.* 94. *&* 316. *Barboſ. de poteſtate Epiſcop. alleg.* 78. *n.* 14. *Cunha in decretum diſtinct.* 96. *cap.* 1. *n.* 6. *Cald. forenſ. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 19. *& conſ.* 11. *n.* 20. *Coſta annot.* 8. *n.* 48. *& annot.* 32. *Pereira deciſ.* 22. *n.* 5. *&* 7. *Leitaõ in praxi finium regund. cap.* 11. *n.* 76. *& cap.* 12. *Mendes in praxi lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 14. *Peg. forenſ. cap.* 11. *n.* 174. *Valaſc. conſ.* 93. *n.* 3. *&* 5. *Pereira de manu Reg.* 2. *parte cap.* 24. *n.* 2. *Fragoſ. de Regimine Reipublic. tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 4. *à n.* 363. cum infinitis *Cortiada deciſ.* 241. *per totam*, & ſi ſpoliatus, & ſpolians ſint Clerici: ergo multo minùs debent gaudere privilegio fori etiam paſſivo familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis minùs privilegiati.

16 Secundo, quia viduæ, ac orphani habent privilegium trahendi ad Curiam litis ſuas, ſive ſint actores, ſive Rei, ut ſuprà diximus: Atqui Vidua, ac Orphani conventi in cauſa ſpolij non poſſunt declinare ad Curi-
am cauſam ſpolij: ut probatur, *ex* 17
Ord. lib. 3. *tit.* 12. §. 1. *ibi Barboſ.* ergo ſimilitèr familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis non poterunt declinare ad ſuos Conſervatores in cauſa ſpolij.

Nihilomnus legitima eſt noſ- 18
tra ampliatio, quia vel cauſa ſpolij eſt civilis, vel criminalis, vel mixta. Si civilis nihil obſtat familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, ut privilegio ſuo fori paſſivi in civilibus perfruantur, cùm in civilibus nullus caſus inveniatur exceptus, præter infrà referendos: ut patet ex privi-
legijs relatis *cap.* 3. *& ex* §. 11. re- 19
formationis juſtitiæ, ſi criminalis, ut potè procedens ex quaſi delicto quid eis impedit privilegio fori frui, cum in criminalibus, ſive ſint rei, ſive actores privilegio fori muniantur, latè diximus *cap.* 12. cum ſequentibus. Si mixta, nihil etiam conſiderari poteſt, quod impediat uſum privilegij, *Pareja de inſtrumentorum editione tom.* 1. *tit.* 2. *reſolut.* 6. *n.* 46. *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 173. *& deciſ.* 35. *n.* 66. *Solorſano de jure Indiar. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 33. ubi refert diploma Regis reſolventis, officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis gaudere privilegio fori in cauſa ſpolij, *Salgado de Regia poteſt. lib.* 1. *cap.* 2. §. 5. *n.* 5. & ita multotiès judicavimus, & invenimus judicatum, ad favorem fratris mei Colendiſſimi Andreæ

Guer-

Guerreyro Camacho familiaris Sanctæ Inquiſitionis Eborenſis, & Oppidi de Ourique Ducis mayoris, qui jam meliori fruitur ævo.

20 Fundamenta contra noſtram ampliationem ponderata nihil oſtant; non primum, quia procedit ex vi concordiæ, de qua *Pegas cum alijs in d.* §. 2. *in principio.* Non ſecundum, quia quoad viduas, & orphanos caſus ſpolij inveniuntur, excepti *in dicto* §. 1. qui non inveniuntur quo ad familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, qui magis privilegiati intenſivè ſunt, quàm orphani, viduæque, ut ſtatim apparebit.

21 Ampliatur quinto, ut ſufficiat ad hoc, ut familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori paſſivo in civilibus gaudeant, quòd veniant ad judicium coacti, quamvis priùs alio ad judicium provocent, quia rigoroſus reus dicitur is, qui ad judicium involuntarius venit, *ex l. interdum, ff. de re judicata, l. in tribus cum lege ſequenti de judicijs*, licèt primùm ad judicium veniat ſine citatione: dummodo ex cauſa ſibi data, & non accepta judicium ſubeat, nam tunc dicitur cauſativè vocatus, & ideò ut rigoroſus reus, non ut actor voluntarius judicium aſcendit, quod ſufficit, ut privilegio ſuo uti valeat, *Salgado in labyrint. creditor. part.* 6. *cap.* 6. *à n.* 18. *Cortiada deciſ.* 259. *num.* 42. ibi multos citat.

Ex quo infero primo familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis diffamatos poſſunt trahere ad ſuos Conſervatores diffamantes, quia ſuppoſita diffamatione non veniuntur ad judicium ut voluntarij actores, ſed ut rigoroſi Rei cauſativè ad judicium vocati: ut probatur *in l. diffamari* 5. *cod. de ingenuis, & manumiſſis, & ibi notant DD. Ordin. lib.* 3. *tit.* 11. §. 4. *ubi Barb. n.* 5. *plures dat, quibus adde, quos referunt, & ſequuntur, Covas pract. cap.* 18. *per totum, & ejus additionator Faria, Barboſ. in l. ſiquis poſteaquam ff. de judicijs à n.* 68. *Valaſc. conſult.* 184. *n.* 6. latè *Cortiada deciſ.* 238. *per totam.* 22

Infero ſecundo, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis volentes cedere bonis creditoribus ſuis, poſſe eos vocare ad concurſum formandum coram ſuis Conſervatoribus, quia cum remedio ceſſionis ante concurſum uti non valeant, ut latè diximus in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. coacti cenſentur Creditores ad judicium vocare, & ab ipſis cauſativè vocati præſumuntur; qua de cauſa Creditores actores reputantur, *Salgado ſuprà n.* 14. *Giurba deciſ.* 44. *n.* 1. *Ciarlinus controv. cap.* 4. *per totum.* 23

Infero tertio, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis opponentes ſe executioni ſententiæ inter

inter alios lata, tamquam poſſeſſores, aut domini probata prius poſſeſſione aut dominio ſaltem apparenter poſſe declinare ad ſuos Cõſervatores, & ad illos teneri judicem executionis acta remittere, quia quantumvis in hoc caſu familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis non cogantur ex vi citationis ad judicium venire, coguntur tamen illud ſubire cauſativè ex vi executionis, quæ in re, cujus poſſeſſionem habent fieri intenditur, quod ſufficit, ut non cenſeantur ad judicium venire tamquàm voluntarij actores, ſed ut neceſſarij Rei, *Salgado in labyrint. p.* 6. *cap.* 5. *n.* 18. *& p.*4. *cap.* 8. *à n.*32. *& à n.*80. *Nogueirol. alleg.* 16. *n.* 32.

24 Infero quarto, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis poſſe recurrere ad ſuos Conſervatores, ut faciant notificare partes, à quibus lædi timent, vel in perſonis aut in bonis juxta terminos *Ord. lib.* 3. *tit.* 78. §. 5. *&* 6. quia ſuppoſito juſto timore, non veniunt ad judicium voluntarij, ſed coacti cauſativè ex timore, ideoque potiùs tamquam Rei, quam tamquam actores veniunt.

25 Infero quinto, poſſe familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſpoliatos à judice, comparendo coram illo ejus juriſdictionem declinare ad ſuos Conſervatores, citando partem, ad cujus favorem judex ſpolium commiſit, ut coram prædictis appareat ad defendendum ſpolium à judice commiſſum; quia judex procedens contra jus, ſpolium comittit: *ex cap. conquerente* 7. *de reſtitut. ſpoliator*, ibi cum multis *Barboſ. Salgad. de protect. p.* 4. *cap.* 8. *n.* 39.

Quo ſuppoſito ſpolio, familiares officialeſque non veniunt voluntariè ad judicium, ſed neceſſarij ad defendendum ſpolium, licèt non citati veniant; quia ut quis dicatur actor, vel reus, non inſpicitur quis ad judicium vocatus ſit, ſed petitionis cauſa originaria eſt inſpicienda, & non accidentalis, nec citatio, *Ciarlinus ſup. cap.* 34. *per totum*, *Salgado* 1. *p. cap.* 2. §. 2. *n.* 13. *Craveta conſ.* 182. *n.* 2 *Guſman veritate* 7. *n.* 29. *Fontanella deciſ.* 327. *cum duabus ſeq.* 26

Infero ſexto, familiares officialeſque Sanctæ Inquiſitionis poſſe coram ſuis Conſervatoribus interdicto novi operis agere contra facientes novum opus in ſuum præjudicium, nam licet primum ad judicium provocent, conſiderato, & ſpectato effectu rei potiùs ſunt, ut judicatum refert *San Filicius deciſ.* 379. *docetque* Deluca *in praxi judiciaria capit.* 1. *n.* 6. *& obſ.* 657. *per totam*, *Marines* 2. *variar. cap.* 6. *n.* 4. *Afflictiſ. deciſ.* 268. *Pratus obſ.* 98. *eleganter Cortiada deciſ.* 259. *per totam.* 27

Infero ſeptimo, familiares officialeſque Sanctæ Inquiſitionis utentes remedio legis *ſi contendat ff. de fideijuſſoribus* poſſe eo uti coram ſuis Conſervatoribus, quia 28

Rei

Rei cenſentur, *Deluca ſuprà dicto cap.* 1. *n.* 5. *Fontanella in terminis deciſ.* 329. *à n.* 15. *Cortiada ſup.*

29 Infero octavo, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſpoliatos, vel turbatos in ſua poſſeſſione, poſſe adverſus ſpoliantes, ſeu turbantes intentare interdicta poſſeſſoria recuperandæ, & retinendæ coram ſuis Conſervatoribus, quia licèt primum judicium ſubeant, veniunt coacti ex ſpolio, ſeu turbatione ad recuperandam ſuam poſſeſſionem, vel ad eam retinendam; & ita ad judicium non veniunt voluntarij, ſed coacti; quarè potiùs rigoroſi rei nuncupari debent, quàm actores vocari, & ut rei ſuo privilegio fori uti pro hiberi non poſſunt ex dictis à prima illatione uſque ad præſentem; quibus accedit, quod hæc cauſa mixta eſt, & in cauſis mixtis familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſuo privilegio fori utuntur, ut jam diximus.

30 Vim ſpoliativam, aut turbativam continere in ſe cauſam mixtam, nempè, civilem, & criminalem, patet *ex leg. ſiquis tantam cod. unde vi*, *Ord. lib.* 4. *tit.* 57. *per totum*; quia turbare aliquem in ſua poſſeſſione, vel ipſum ab ea ſpoliare delictum eſt, pro quo datur actio injuriarum, quæ criminalis eſt, ut tradunt *Menoch. de retinenda poſſeſſione remedio* 3. *n.* 594. *& de arbitrariis caſu* 320. *Farinac. in praxi p.* 3. *q.* 100. *à n.* 38. *Canc.* 2. *var. cap.* 7. *n.* 3. *& p.* 3. *cap.* 4. *n.* 254. *Fontanella de pactis nuptiar. clauſula* 4. *gloſ.* 22. *n.* 48. *& deciſ.* 81. *n.* 12. & pro qua competit etiam actio civilis ad commodum, & intereſſe partis, & ideò, licèt non ſufficeret quatenus civilis eſt, quatinus criminalis eſt, rectè intentatur coram Conſervatoribus familiarium, officialiumque, ſiquidem indubium eſt privilegio fori gaudere activè, & paſſivè in criminalis, ut diximus *à capit.* 12. *cum ſequentibus.*

Ampliatur ſexto, ut adeò vera ſit noſtra concluſio à principio poſita, quòd licèt regula ſit, quòd poſſeſſor alicujus rei ſitæ ibi conveniri poſſit, ut probatur *ex l. ſed & ſi ſuſceperit* 52. *§. ult. ff. de judicijs*, *l. actor ult. cod. in rem actio*, *ibi Auguſt. Barb. latè Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 3. *à n.* 143. *uſque ad* 159. *Barb. in l. hæres abſens* 29. *§. proinde articul. de foro rei ſitæ à n.* 1. *uſq. ad* 24. *Ord. lib.* 3. *tit.* 11. *§.* 5. *&* 6. *ibi Barb. n.* 1. *& Auguſt. Barb. in d. §. proinde n.* 15. Tamen ab hac regula excipiuntur familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, qui ratione rei ſitæ in loco rei ſitæ conveniri non poſſunt, ſive conveniantur intra annum actione ſpolij, vel reivindicatione juxta terminos *Ordinationis lib.* 3. *tit.* 11. *§.* 5. ſive poſt annum juxta terminos *Ordinationis ibidem §.* 6. quia familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis in civilibus privilegio fori paſſivo gaudent, etiam ſi conveniantur inter-

31

32

interdictis poſſeſſorijs *Fontanella deciſ.* 329.*à n.*15.*uſque ad* 20.

33 Hæc ampliatio dubia redditur ex diſpoſitione *tx. in cap.*1.*de privilegiis lib.*6.*juncta gloſ.ibi*, & ex communioni traditione DD. qui per illum *tx.*& gloſſam aſſerunt in foro rei ſitæ reum conveniendum eſſe coram Ordinario, quamvis ſit exemptus, niſi in privilegio exemptionis aliter ſit expreſſum, ut docet *Carleval ſuprà n.* 144. *Barboſ.in d.articulo de foro rei ſitæ n.* 3. unde cum noſtri familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis hoc expreſſum non habeant in privilegijs, videtur dicendum poſſe conveniri in loco rei ſitæ.

Verùm hac ratione dubitandi minimè refragante, ampliatio ſuſtinenda eſt,quia reſolutio, de qua ſuprà intelligitur ſecundum *Covas practicar.cap.* 11.*n.*5.*Barb. in d. cap.* 1.*n.* 3. quando privilegium exemptionis certo loco circunſcriptum eſt, quo caſu,ſi exemptus extra illum locum delinquat, vel contrahat, poterit in loco delicti, vel contractus conveniri, non ita ſi tale privilegium ratione perſonæ conceſſum ſit abſque illius loci præfinitione,quia tunc ubicumque deliquerit, vel contraxerit eodem privilegio potietur, ut neque in loco delicti, vel contractus valeat conveniri, vel ſecundum alios procedit ubi exemptio ita ampla, & abſoluta non eſt,ut in omnibus, & per omnia conceſſa dicatur, & quæ conjecturam admittat, quæ reſtrictionem aliquam concludat.

Ampliatur ſeptimo, ut quamvis regula ſit, quòd ratione contractus ſortitur quis forum,ut poſſit conveniri apud judicem loci contractus,ſive agatur actione perſonali, ſive reali:*ex l. hæres abſens* 19. §. *proinde ff. de judiciis* §. *hæc conſiderantes* §.*ſi igitur in Authentica ut omnes obediant judicibus collat.*5.*tit.*24. *tx. in cap. ult. de foro compet. ibi latè Barboſ. & Fermonſin. fuſiſſimè Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.*2. *p.*4.*à n.*160.*uſq. ad* 287. *Ord. lib.* 3. *tit.* 11.§.3.*ibi Barb.* Tamen ab hac regula excipiuntur officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis, quia ex privilegio ſuo ſunt omnino exempti ab omni judicum juriſdictione, & virtute privilegij conveniri non poſſunt ex quacumque obligatione, niſi coram ſuis Conſervatoribus, quibus data eſt juriſdictio privativa, quæ omnium aliorum judicum excludit. 34 35

36 Ampliatur octavo,ut adeò vera ſit noſtra ſupra poſita reſolutio, ut etiam Senatores, officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis ad ſuum forum trahere non poſſunt,ſed eos convenire debent coram ſuis Conſervatoribus, ad cujus rei confirmationem materno ediomate caſum huic materiæ pertinentem referre libet, qui talis fuit.

37 Por mandado do Doutor Antonio

tonio Lobo do Torneo Corregedor do Civel da Corte à inſtancia do Deſembargador Joaõ Monteyro de Faria foy citado Eſtevaõ Dias Official de liteyras, & familiar do Santo Officio, para reſponder naquelle juiſo a hum libello, porque o dito Deſembargador o queria obrigar à ſatisfaçaõ de huma liteyra, que lhe entregara; & com effeito apreſentou o libelo, em audiencia, & à revelia lhe foy recebido. Acudio o dito Eſtevaõ Dias a juiſo, por ſeu procurador veyo com excepçaõ declinaioria fori, que por familiar tinha ſeu Juiz competente o Juiz do Fiſco, a cujo juiſo devia de ſer remettida, offerecendo com a excepçaõ a copia authentica da Carta de familiar. O Corregedor da Corte deſpois de ouvir as partes defirio por ſeu deſpacho, que naõ recebia a excepçaõ, & mandou, que ſem embargo della contrariaſſe a parte o libello, & condenou o ſeu advogado em dous mil reis. Aggravou o familiar para a Relaçaõ, & nam foy provido, antes foy ſegunda vez condenado em outros dous mil reis. Neſtes termos recorreo o familiar por ſua petiçam ao Conſelho Geral, onde ſendo viſta, pareceo ſe devia pedir a ſua Alteſa mandaſſe reſolver eſta duvida na forma, que o Senhor Rey Dom Henrique ordena no Alvarà da Conceſſaõ dos privilegios do Santo Officio, & conformandoſe ſua Alteza com o eſtillo, nomeou para eſte negocio os Doutores Rodrigo Rodrigues de Lemos, & Joaõ Carneiro de Moraes, ambos do ſeu Conſelho, & ſeus Deſembargadores do Porto; & do Conſelho geral nomeou Diogo de Souſa, & Alexandre da Sylva ambos do meſmo Conſelho geral, onde todos quatro, havendo cada hum em particular viſtos os autos ſe ajuntaraõ na meſa do deſpacho do Conſelho em 27. de Setembro de 1670. & havendoſe propoſto o caſo na forma referida ſobre a materia, ſe aſſentou pelos mais votos, que ſendo eſte o primeiro caſo, em que ſe tratou da incompetencia entre os Deſembargadores, & Familiares, a reſpeito do privilegio do foro de huns, & outros, devia o Corregedor da Corte de proceder com mais conſideraçaõ do que o fez, ſem dar lugar a que as partes em termo conveniente ſe valeſſem dos documentos, que podiaõ fazer o bem de ſua juſtiça. pelo que eram de parecer, & aſſentaraõ, que por ora ſe nam tomaſſe no caſo a ultima reſoluçaõ, & ſe mandaſſe ao Corregedor da Corte, que recebeſſe a excepçaõ do Reo, & o admitiſſe à prova para que valendoſe das reſoens, que podem fazer o bem de ſeu privilegio, ſe poſſa com mais clareza, & ſatisfaçaõ julgar a dita excepçaõ; E no caſo que ſe julgaſſe contra o ſeu privilegio, entaõ ſe tornaria a conferir neſte coſelho ſobre a ultima reſolu-

çam

çam, acreſcentado, que por eſte modo ficava tambem por hora ſuſpença a ſentença ſobre o aggravo do Reo, & a condenaçam, que aſſim a Relaçaõ, como o Corregedor impuzeram ao procurador do Reo, pela excepçam, & aggravo. De todo o ſuberdito ſe fez eſte aſſento, que aſſignaraõ. E eu Diogo Velho o fiz eſcrever. Diogo de Souſa. Alexandre da Sylva. Rodrigo Rodrigues de Lemos. Joam Carneiro de Moraes.

Em audiencia de 4. de Julho de 1672. ſe requereo ao Corregedor da Corte por parte do Reo, que na forma deſte aſſento mandaſſe hir os actos concluſos para deferir ao recebimento da excepçaõ, & fazendo-lhos concluſos, poz o deſpacho ſeguinte.

Naõ ha que deferir ao requerimento da audiencia a fol. por eſtar deferido à excepçaõ, de que nelle ſe trata no deſpacho a fol. confirmado pelo Acordam da Relaçaõ, que ſò conheco por meu Superior; deve o ſupplicante recorrer aos termos dos actos, ſe lhe parecer. Lisboa 9. de Julho de 1672. Torneo.

Naõ ſe decidio eſte caſo, porque as partes ſe concertaram, ou por outro reſpeito; eſtaõ os actos no Cartorio de Manoel Ribeiro de Faria Eſcrivaõ ante os Corregedores da Corte.

38 Tamen hæc cauſa videbatur decidenda pro familiare contra Senatorem, nam licèt Senatores habeant privilegium activum fori etiam contra viduas, cæteraſque perſonas miſerabiles contra ſcholaſticos, & quaſcumque alias privilegiatas perſonas: ut probatur, *ex l. Ord.lib.2.tit.*59.§.13.*ubi Pegas gloſ.* 15. *per totam, Pereira deciſ.*2.*n.* 17. *Arouca alleg.*21.*per totam. Oliva de foro Eccleſ.*3.*p. q.* 24.*n.*31.*Cabed.deciſ.*86.24.*&* 25. *p.*1. Tamen contra famaliares privilegium tale practicari non debet, nam privilegium familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis mayus privilegio Senatorum cenſeri debet; ſiquidem nobilitas, perfectio, & neceſſitas privilegij ab operatione, & fine ipſius privilegij ſumi debet, & dubitare privilegium familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis utilius, & magis neceſſarium eſſe Reipublicæ privilegio Senatorum ſacrilegium reputamus, ſive ad operationem attendamus, ſive ad finem reſpiciamus, ſiquidem operatio familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis varſatur adverſus impias hæreticorum blaſfemias, & perſonas demoni devotas: ut diximus *cap. antecedenti n.* 12. finis verò officij eorum eſt conſervationem puram, noſtræ Catholicæ Religionis. Operatio autem Senatorum eſt unicuique ſuum reddere: finis Rempublicam in pace conſervare. Quis igitur dubitavit præferendam eſſe religionem quibuſcumque alijs Reipu-

Reipublicæ commodis, & eum ipſe Gentil Panianus faſſus fuit ſummam eſſe rationem, quæ pro Religione facit, ut diximus *cap.* 2. & alijs in locis.

40 Nec nobis obſtant verba *tx. in d.* §. 13. ibi: *ou outras quaſquer peſſoas*, nam quamvis hæ dictiones: *qualecumque, & qualitercumque*, quibus utitur Ordinatio, univerſales ſint, omniaque comprehendant, quæ excogitari poſſunt, etiam expreſſis maiora: ut tradit *Barb. de dictionib. dictione* 299. *&*
41 300. tamen non comprehendit privilegia data in favorem Religionis, cùm incredibile ſit Principem Chriſtianum privilegijs in favorem Religionis conceſſis alia anteponere voluiſſe, & quod credibile, ac voroſimile non eſt, præſumi non poteſt: *ex lege fin. ff. quod metus cauſa*, & ex multis, quos refert, & ſequitur *Barboſa axiom.* 223. *à n.* 5. nos diximus *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *à n.* 52. *cum ſequentib.* maximè cum tempore cõditæ Ordinationis, quæ compilata fuit tempore Regis Joannis Secundi, Princeps non potuiſſet cogitare de familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, qui tempore Regis Joannis tertij cum miniſterio Sanctæ Inquiſitionis in noſtro Regno feliciter orti fuerunt, & circa futura non eſt determinata veritas, *l. venter ff. de acquirendis hæredit*, cum alijs, de quibus *Barb. axiom.* 104.

Rurſus nobis non officit, quód 42
hæc quæſtio deciſa fuit pro privilegio Senatorum contra familiarium, officialiumque privilegia, ad favorem Præclariſſimi Domini *Mendo de Foyos Pereyra* conſanguinei filiorum meorum ex lineâ materna à Conſilijs noſtri Sereniſſimi Regis, ac ejus Statûs Secretarij contra Sebeſtianum de Abreu apud notarium Emmanuelem Ribeiro de Faria, teſte *Peg. in d.* §. 13. *num.* 15. quia 43
primum reſpondemus, quod quæſtio fuit deciſa ab ipſis met Senatoribus, qui, ut ſuas partes agant, pro ſe, & non contra ſe judicare debent. Secundò reſpondemus, quòd non quærimus, quid judicatum ſit, ſed quid judicandum eſt, ad quod conducunt pulchra, quæ tradidimus in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *& in* 3. *parte Rubricæ.*

Ampliatur nono, ut adeò vera 44
ſit noſtra concluſio, ut etiam Scholaſtici non poſſint avertere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis à ſuo foro, ut eos conveniant coram ſuis Conſervatoribus, ſiquidem extra dubium hodie eſt in noſtro Regno maius eſſe privilegium intenſivè, quam ſcholaſticorum, ex Regio Decreto à nobis fideliter tranſlato *cap.* 3. *n.* in cujus Decreti executionem ſequens ſententia in ſenatu lata fuit: Acordei &c.

Aggravado he o agravante 45
pelo

pelo Conſervador da Univerſidade de Coimbra em lhe naõ receber, & julgar por provada ſua excepçaõ. Provendo em ſeu aggravo, viſtos os actos, & como ſe moſtra ſer o aggravante familiar do Santo Officio da Inquiſiçam, & como tal privilegiado della, & ter ſeu Juiz privativo, perante o qual, ſendo Reo, deve ſer demandado, por ſe naõ moſtrar, que o privilegio, de que o aggravado ſe quer valer derogue o tal privilegio; mando, que o Conſervador receba, & julgue por provada a dita excepçaõ, & remeta os actos ao juiſo do Fiſco para onde ſe declina. Lisboa 6. de Abril de 1668. Cardoſo. Abreu. Veio o Reo com embargos à Chancellaria, naõ lhe foraõ recebidos. Eſtaõ os actos no juiſo do Fiſco da Corte: & ita vidimus judicatum ad favorem conſanguinei, ac affinis fratris Phellippe Rodrigues Camacho familiaris Sanctæ Inquiſitionis, ac Oppidorum de Cazevel, Entradas, & Padroens Ducis maioris contra quendam Scholaſticum Univerſitatis Eborenſis, & ita conſtantèr, & uniformitèr obſervatur in Academia, tam Eborenſi, quàm Conimbricenſi, de quo teſtes oculares ſumus.

46 Ampliatur decimo, ut adeò vera ſit, quod milites non poſſint cogere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ad reſpondendum coram ſuis auditoribus, etiam in caſibus, in quibus privilegio militari perfruuntur, nam licèt milites potentiùs privilegium habeant in caſibus privilegiatis, quam viduæ, ac orphani, cæteræque perſonæ miſerabiles: ut patet, *ex* §. 29. *regiminis Gubernatorum armorum*, tamen privilegium familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis potentius eſt privilegio militum, nam privilegia ſcholaſticorum prævalent militaribus privilegijs: ut laté probat *Benedictus Pereira in ſua Academiâ, ſive Reipublica literaria lib.* 1. *diſp.* 4. *q.* 2. *n.* 138. *& lib.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *n.* 316. *Mendo de jure academico.* Sed ſic eſt, quod privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ 47 Inquiſitionis prævalent privilegijs Scholaſticorum, ut ſuprà probatum manet: ergo à fortiori prævalere debent privilegijs militaribus ex regula, quod vincens vincentem te, multo magis vincit te deducta, *ex lege de acceſſionibus, ff. de diverſis, & temporalibus preſcriptionibus, leg. æquiſſimum, ff. ad Turtulian. Tuſcus tomo* 8. *litera U. concluſ.* 208. *Simon Vas. Barboſ. in principijs, & locis comunibus litera U. n.* 57. *ubi infinitos citat.*

48 Ampliatur undecimo, noſtra ſuprà poſita concluſio, ut adeò vera ſit, quòd licèt Monetarij habeant privilegium fori activum, & paſſivum trahendi ad ſuum Conſervatorem quoſcunque, qui cum eis litigant, vel cum quibus litigare intendunt, *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 62. per totum,

tum, tamen cogere non valent officiales, familiareſque Sanctæ Inquiſitionis paſſivè reſpondere coram ſuo Conſervatore, ſed eos convenire tenentur coram ſuis Conſervatoribus; de quo nullum poteſt eſſe dubium poſt Decretum noſtri Sereniſſimi Regis; quod dedimus *cap.* 3. *n.* & ita docet *Peg. ad Ord.lib.*2.*tit.*62. *in principio n.*
49 8. *qui n.* 9. decretum per formalia refert, *&* *n.* 10. judicatum tradit. Nec etiam anteà adeſſe debebat, nam ſicut Monetarij non poterant cogere viduas, orphanos, cæteraſque perſonas miſerabiles coram ſuo Conſervatore reſpondere *ex Ord.d.tit.*62.§.1.*&lib.* 3. *tit.* 12. §.1.nec etiam ſcholaſticos:ut probatur, *ex Ord.d.tit.*12.*d.* §. 1. & docet *Peg. d. tit.* 62. §. 1. *gloſ.* 3. ubi ſic judicatum ſe vidiſſe teſtatur. Similiter non poterant cogere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, qui fortiora habebant privilegia, ſed in hoc caſu forum rei ſequi debebant: *ex Ord. lib.* 3. *tit.* 5.§.3. ubi diſponitur, quod ubi actores, & rei ſunt æquè privilegiati, actor forum rei ſequi tenetur ibi *Barb. n.* 28. ubi infinitos citat.

50 Ampliatur duodecimo, ut adeò vera ſit noſtra reſolutio, quòd licet orphani, ac viduæ honeſtæ,nec non ſolutæ,honeſta,quæ numquam nupſit, poſſint cogere perſonas, cum quibus litigare intendunt, ut coram Prætore Curiæ civili reſpondeant: ut probatur, *ex Ord.lib.* 3. *tit.* 5. §.3. *cum ſequentibus ubi Barboſ. infinitos citat*, *&* *ex lege unic. cod. quando Imperator inter pupillos*, *&* *viduas*, *ubi Auguſt. Barb.* infinitos enumerat, quibus adde pleno calamo tractantem *Carlev. de judicijs tit.*1. *diſp.* 2.*q.*1.*ſect.*1.*q.*7. *per totam* ubi in numeros coacervat; 51
tamen non poſſunt cogere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, ut coram Prætore Curiæ civili, vel judice loci inviti paſſivè reſpondeant; ſed eos convenire debent coram ſuis Conſervatoribus ex regula, quòd privilegiatus contra æquè, vel magis privilegiatum non utitur privilegio ſuo, ſed forum rei ſequi tenetur, deducta, *ex tx. in dicto* §. 3. *&* *ex dicto tit.*12.ſicut ſcholaſticos, milites, alioſque ſimiles privilegiatos tenentur convenire in ſuo foro.

Ampliatur decimotertio, ut 52
adeò vera ſit noſtra reſolutio, ut non poſſint familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis inviti cogi ſubire juramentum in animam, quia licèt controverſum ſit, an in hac juriſdictione in animam poſſit declinari juriſdictio, teſte *Mendes in praxi* 1.*p. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. ubi ait ſe vidiſſe diverſimodè practicari, modo pro parte negativa, *ex lege tutor* §.*ult. ff. de jure jurando.* Pro affirmativa modo, *ex Barthol. in leg.* 1. *ff. de confeſſis*, cujus Bartholi opinionem veriorem eſſe autumamus

ſiquidem deferre juramentum citato in animam, vel eum condemnare in contumaciam actus juriſdictionis eſt, & familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis omnino exempti ſunt paſſivè in civilibus à juriſdictione Ordinaria, vel delegata cujuſcumque judicis, qui non fuerint ſui Conſervatores: ut patet ex privilegijs relatis *cap.* 3

53 Limitatur primo, noſtra reſolutio, ſi familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis expreſſè foro ſuo proprio renunciaverint, ſecutâ opinione eorum, qui aſſerunt eos poſſe foro ſuo renunciare, quos retulimus *cap.* 4. & quorum ſententia videtur confirmari, ex Regio Decreto, de quo *dicto cap.* 3. *num.* ad illa verba ibi: *Naõ querendo elles ſer demandados, ſenam no Juiſo do ſeu foro*, quæ verba liberam facultatem important, cui non aſſentimus.

54 Limitatur ſecundò, ſecuta eadem opinione in caſu renunciationis tacitæ, videlicèt, quando familiares, & officiales Sanctæ Inquiſitionis conſentiunt judicio judicis ſæcularis, prorogando ejus juriſdictionem dicta concordia anni 1568. Cardinalis *Spinoſa cap.* 26. *de qua Dixarat. ad capit. Reg.Sard.fol.* 679. *Mattheu de regimine Reg. Valent. tom.* 2. *cap.*7. §.3.*ſect.* 1. *n.* 36. *Seſſe deciſ.* 438. *n.* 42.*lib.*4. latè *Rege vico ad pragmat.Reg.Surd. lib.*1.*tit.*7.*cap.*18. *à n.* 1. *jure* latè *Narbona*, *l.* 20. *gloſ.* 21. *à n.* 19. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.Barb. in l.* 1. *art.*4.*à n.* 51. *ff. de judic. Carlev. de judic. lib.* 1. *diſp.* 2.*n.* 1100. *&* 1197. *Salgad. in labyrint.p.*1.*cap.*7.*à n.*5.*Cortiada deciſ.* 30.*n.* 131.

Idque ne dum in civilibus, ſed etiam in criminalibus, ſi familiares, & officiales Sancti officij per actum expreſſum, ſeu renunciaverint ſeu tacitum foro proprio, conveniri poſſunt coram judice ſæculari, & nullactenus Inquiſitores illos defendere valent: ut habetur *in d. cap.* 26. *de jure videndi ſunt Barb.in l.*1.*art.*4.*ff. de judicijs Gail. de pace publica lib.* 1.*cap.* 12. *à n.* 10. *Narbon. l.* 20. *gloſ.* 21. *n.*25.*tit.*1.*lib.* 4. *recopilat. Carlev. de judicijs lib.* 1. *diſp.* 2.*à n.* 1216. *Xamar de Officio judicis part.* 1. *quæſt.* 12. 55

Limitatur tertiò, quando familiaris, officialiſque Sanctæ Inquiſitionis ad inſtantiam emptoris pro evictione citantur, quia ejus judicium ſubire tenentur, nec poſſunt illius forum declinare, *Guſman de eviction.q.*10.*n.* 62. *remiſſivè Baron de citat. q.* 25.*n.*11. & probatur ex generalitate *l. venditor ff. de judicijs ubi Barb. à n.* 132. *Pereira de empt. & vendit. cap.* 31. *à n.* 82. Alitèr *Barboſ. in cap. fin.n.*15.*de empt. & vend.cum relatis per Hermoſilham ad Gregor. Lopes tom.* 1. *n.* 15. *&* 16. *& fol.* 175. *Cancer.p.*2. *var. cap.* 16. *n.* 40. *plures Giurba deciſ.* 8. *numer.* 48. *Cortiada deciſ.*30.*n.*148. 56

&

& probatur expreſſè, *ex Ord. lib.* 3.*tit.*46.§.*ult. ubi Barboſ. num.* 2. affirmat in tantùm hoc procedere, ut militet etiam ſi privilegium tale ſit,cui ipſe renunciare non poteſt *Cald. d. cap.* 31. *n.* 82.

57 Cæterum, & ſi hæc limitatio veriſſima ſit, non tamen caret difficultate, attento jure communi propter varias opiniones, quas DD. ſcripſerunt in quæſtione illa: Utrùm Clericus pro evictione citatus ad inſtantiam emptoris per judicem ſæcularem, ut eum defendat, condemneturque in caſu adverſi calculi, ſit remittendus ad judicem Eccleſiaſticum, an verò teneatur ſubire judicium coram judice ſæculari? Nam alij tenentur pro juriſdictione Eccleſiaſtica, quos referunt *Barboſ. & Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 11. Alij pro ſæculari, quorum ſententia verior eſt, etiam attento jure cummuni cum ampliationibus, & limitationibus, de quibus *Pegas d.* §. 11. *gloſ.* 13. *à n.* 1. *uſque ad* 11.ubi infinitos citat *Barb.ad Ord. lib.*3.*tit.*45.§.*ult.n.* 2.

58 Infero ex dictis,Senatores, viduas, orphanos, cæteraſque perſonas miſerabiles, & alios quoſcumque privilegiatos non poſſe in prædicto caſu declinare à juriſdictione, quia talis caſus eſt exceptus in *Ordinatione libr.*3.*tit.* 45. §. *ult.* & privilegia omnia ſive ſint clauſa in corpore juris, ſive non, recipiunt interpretationem, ampliationem, & limitationem ex eodem jure, ſiquidem leges, & Ordinationes noſtræ eaſdem ampliationes, & interpretationes recipiunt, quas leges civiles patiuntur, *Valaſc.conſ.*38.*n.*1.*& de partitionib.cap.*13.*n.*8. *Pereira.de Reviſionibus cap.*10.*n.*5.

Limitatur quarto, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſuccedunt in bonis litigioſis, quia tunc non gaudent privilegio fori, ſed litem continuare tenentur coram judice, in cujus judicio lis vertitur, *Cortiada deciſ.*30. *n.* 158. Quod non ſolùm procedit in familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, ſed & in ſcholaſtico, *Cortiada dicto n.* 158. *Scobar de Pontificia, & Regia juriſdict. cap.*51.*à n.*5.*Benedictus Pereyra in ſua Academia lib.* 3. *diſp.* 4.*q.*3. & in Clerico ut plenè docet *Cortiada deciſ.* 275. *ubi per totam de alienatione rei letigioſæ.* 59

Limitatur quinto, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis tamquàm hæredes, vel ex teſtamento conveniuntur, quia tunc privilegio fori non gaudent, ſed tenetur reſpondere in defuncti domicilio, quia idem procedit in Clerico, legato, ut videre eſt apud *Petrum Barb. dict.l.hæres abſens* 19.*in principio de judicijs à num.*99. *uſque ad n.*103.in Fiſco, & fundamentis ſententiæ oppoſitæ ſatisfaci *n.* 125. *uſque ad* 126. *& à n.* 140. *reſpondet ad l. ſi conſtante* §. *fin. & n.* 156. *interpretatur* 60

tur d. l. cum quidam §. *ſi debitores de uſuris*, & pro eadem ſententia videtur facere ejuſdem legis §. *Fiſcus verſ. cum autem in loco privati ubi gloſ. in legato idem Barb. n.* 96. in Clerico *à n.* 104. *uſque ad* 113. vide quos affert *Bobadilha lib.2.polit.cap.* 18. pro hac ſententia afferri, ac explicari ſolet *lex Caſtellæ* 57.*tit.*6.*partit.*6.an rectè? Inferiùs dicemus, & apud nos videtur probari, *ex Ord.lib.*3.*tit.*11. §. 2. de qua re latiſſimè *Cortiada deciſ.*270.

61 Verùm in hac re eſt diſtinguendum inter caſum, quo familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis citantur ad continuandam litem, ſeu cauſam cæptam cum defuncto, & inter caſum,quo ad novam actionem citantur; in primo caſu dicendum eſt non poſſe judicium declinare, ſive actio ſit perſonalis, ſive realis, ſive mixta; exemplo Clericorum, qui in tali caſu forum ſæculare evitare non poſſunt; ut docent omnes, quos refert, & ſequitur *Pegas ad Ordin. lib.*2.*tit.*1.§.8. *à n.*1. *uſque ad* 27.
62 *ibidem Barb.* & exemplo Senatorum, qui ſimilitèr in tali caſu fori privilegio non gaudent, ut deciſum tradit *Peg. d. gloſ.* 10. *n.* 10.
63 & exemplo ſcholaſticorum, qui paritèr in tali caſu privilegio fori non utuntur, ut docet pleno calamo *Benedictus Pereira ſuprà lib.* 3.
64 *diſp.*4.*quæſt.*3. *à n.* 419. In ſecundo contrarium eſt aſſerendum, prout de Clerico, Senatore, & Scholaſtico tradunt Doctores ſuprà citati *Cortiada d. deciſ.* 270.

Limitatur ſexto,ut non procedat quo ad lites cæptas antequàm eſſent familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis; prout de criminibus diximus *cap.* 12. nam licèt viduæ, orphani, cæteræque perſonæ miſerabiles habeant privilegium fori, etiam quo ad lites anteà inchoatas, *ex Ord. lib.*3. *tit.* 5.§. 3. *ibi Barb. n.* 23. *Mendes in praxi lib.* 1.*cap.*3.*n.*4.*Valaſc. conſ.* 136. *per tot. Barb. in d.l. hæres abſens in principio à n.* 136. *& alter Barb. in l. unic. cod. quando Imperator cum infinitis n.* 11. & Senatores, & Scholaſtici eodem potiantur privilegio, *Cabed.* 1. *part. deciſ.* 25. *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 11. *gloſ.* 13. *n.* 1. *&* §. 13. *gloſ.* 15. *n.* 3. Tamen hoc eſt expreſſum in privilegijs eorum,quod non invenitur in privilegijs familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis. Unde ſuccedit regula, quòd ubi cæptum eſt judicium ibi finiri debet, deducta, *ex l. ubi cæptum ff. de judicijs*;*à qua non inveniuntur excepti*, *Barb. axiom.* 132. *per totum*,circa Clericos vide *Cortiada deciſ.* 274. 65

Limitatur ſeptimo, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis conveniuntur ex obligatione, in cujus inſtrumento partes orginales privilegio fori renunciarunt; prout minor, in tali caſu non fruitur privilegio, teſte *Phæb.* 1. *p. areſt.* 54. *Barb. ad* 66

Ord.

67 *Ord. lib.* 3. *tit.* 11. §. 3. *n.* 26. vel quando ipſi familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis antequam tales eſſent ſe obligarunt coram certo judice reſpondere; quod ſecùs eſt in muliere, quæ mortuo marito poteſt declinare judicem, coram quo eo vivente ſe obligavit reſpondere, *Barb. ſuprà n.* 27. *Cabed.* 1. *p. deciſ.* 173. *&* *areſto* 31. de effecto poſteà Clerico idem eſt dicendum *Cortiada d. deciſ.* 274.

68 Limitatur octavo, in Inventarij aut partitionis materia, in qua non habet locum fori allegatio, ut nos diximus in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1. *de Inventario lib.* 1. *cap.* 3. quod procedit etiam in Senatoribus, monetarijs, ſcholaſticis, & alijs quibuſcumque privilegiatis, ut ibidem diximus, docetque *Peg. ad Rubricam Ord. lib.* 1. *tit.* 86. *n.* 6. *&* §. 4. *n.* 20. *&* 26. *& ad Ord. lib.* 2. *tit.* 62. *n.* 6. ubi ſic judicatum tradit contra monetarios.

69 De vidua dubitatur, an in judicio diviſorio poſſit forum declinare; & pro parte affirmativa tradit judicatum *Cabed.* 1. *part. deciſ.* 173. *& areſto* 31. cum quo tranſeunt *Barb. ad Ordin. lib.* 3. *tit.* 5. §. 3. *n.* 27. *Mend. in praxi* 2. *p. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 7. quando judicium diviſorium non invenitur cæptum; at nos contrarium exiſtimamus; nam ſi privilegium Senatorium hoc operari non poteſt, quomodo viduarum hoc efficere valeat, cùm ſit debilius; & à Senatorio evincatur, *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 13. *ibi Pegas, & Barboſ. & diximus de Munere Judicis Orphanorum tractat.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 13.

70 Limitatur nono, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſunt debitores Regis; quia tunc coram judicibus, quibus mandata eſt juriſdictio conveniri debent, ac reſpondere tenentur, ut probatur, *ex* §. 11. *reformationis juſtitiæ*, junctis his, quæ ibi dedit *Thomè Vas* tranſcriptus *cap.* 3. quia numquàm Reges adverſus ſe privilegia concedere cenſentur, nec privilegia quamvis ampliſſima hanc caſum comprehendunt; ideoque Senatores debitores Regis privilegio Senatorio non gaudent, nec Monetarij, *Peg. ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 62. *in principio n.* 7. *&* 52. §. 9.

71 Neque viduæ, orphani, cæteræque perſonæ miſerabiles *Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 5. *ibi Barb. n.* 1. *Thomè Vas alleg.* 65. *n.* 32. *Cancer.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 26. *Barboſ. in l. unica cod. quando Imperator n.* 25. & quod magis eſt, neque Clerici, aut Monachi debitores Regis privilegio fruuntur fori: ut patet, *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 19. & ex his, quæ ibi, infinitis relatis docet *Peg. gloſ.* 21. *à n.* 1. *uſque ad* 34. de qua materia ſunt videndi *Bolero de decoctione debitorum tit.* 1. *q.* 9. *n.* 10. *& tit.* 2. *q.* 5. *& tit.* 5. *q.* 27. *n.* 24. *Thomè Vas alleg.* 28. *&* 33. latiſſimè *Cortiada deciſ.* 252. *per totam. &* 256. *per totam, &* 257. *per totam.*

Limita-

72 Limitatur decimo, in familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, tutoribus, curatoribus, vel alio quoqumque titulo bonorum adminiſtratoribus, quia in petenda, ſeu reddenda ratione adminiſtrationis non habet locum privilegium, quanvis ampliſſimum, & quacumque verborum figura conceptum, ſed ratio eſt petenda, & reddenda omnimodo in loco adminiſtrationis, non obſtante quocumque privilegio, ut pleno calamo docent *Salgado in labyrint. creditorum*, 1. *p. cap.* 7. *n.* 64. *&* 93. *Boler. de decoctione debitorum fiſcalium tit.* 2. *q.* 1.*n.*12. *Ord. lib.* 3. *tit.* 11. §. 3. *ibi Barb.* & contra Monetarios ita judicatum tradit *Peg. ad principium Ord. lib.* 2. *tit.* 62. *gloſ.* 2. *n.* 11. & agit de materia *Forenſ. cap.* 3. *n.* 720. & circa Clericos adminiſtratores diximus *cap.* 15. & latiùs de materia egimus in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tom.* 4. *& tract.* 4. *lib.* 1. *cap.* 1. *& de Senatoribus tradit Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 13. *&* §. 10.

73 Limitatur undecimo, in reconventione, nam ſi familiares, officialeſque Sanctæ inquiſitionis adverſus aliquem in judicio agant, ibidem reconveniri poſſunt, & minimè forum declinare valent, quia reconventio in eodem judicio agitari debet, in quo actio movetur: *ex gloſ.* 2. *verſ. ſed ſi in cap. at ſi Clerici de judicijs, & ex Clementina diſpendioſam verſ. reus quo que de reſcript. in* 6. ideoque licèt 74
Senatores non poſſint renunciare privilegio, *ex Phœb.* 2. *p. areſt.* 146. *Peg. ad Ord. lib.*2.*tit.* 59. §. 10. *n.* 5. tamen ſi coram alio judi- 75
ce agant ibi reconveniri poſſunt *Peg. d. n.* 5. *Oliva de foro Eccleſ.* 3. *p. q.* 28. *à n.* 50. & ſimiliter licèt 76
monetarij non poſſint foro renunciare nec activè, nec paſſivè, tamen ſi coram alio judice agant, ibidem conveniri poſſunt, teſte *Peg. ad principium Ord. lib.* 2. *tit.* 62. Eo- 77
demmodo licèt Clerici fori privilegio renunciare non valeant, ut latè diximus *cap.* 4. agentes tamen coram judice ſæculari ibidem valent reconveniri, *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. *ubi Barb. & latiùs Peg. gloſ.* 3. *à n.* 1. *uſque ad* 14. & eſt regula generalis, quæ comprehendit omnes privilegiatos, ut videre eſt apud *Peg. in d.* §. 1. *n.* 1. *& ad Ord. lib.* 1. *tit.* 50. §. 15. *& Forenſ. cap.* 11. *n.* 142. *Oliva de foro Eccleſ. p.* 1. *q.* 7. *n.* 25. *Cabed. deciſ.* 21. *n.* 6. *&* 32. *n.* 6. *Caldas forenſ. q.* 15. *n.* 16. *& q.* 51. *Mendes in praxi p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *& p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *Pereyra deciſ.* 43. *n.* 11. *&* 58. *n.* 27. *Thomè Vas alleg.* 16. *Barb. in l. qui prior ff. de judicijs n.* 79. *Cunha ſuper Decretum p.* 1. *cap.* 1. *n.* 6. *Barb. in cap.* 1. *de mutuis petitionibus n.* 5. *referens infinitos Themud.* 2. *p. deciſ.* 205. *&* 208. *Cancer.* 2. *var. cap.* 3. *n.* 54. *Larrea deciſ.* 4. *&* 6. *n.* 16. *& quamplurimi alij infiniti, de qua re copioſiſſimè Cortiada deciſ.* 262. *à n.* 1. *uſque*

uſque ad 96. *ubi infinitos citat.*

78 Dubitari poteſt, an familiaris, officialiſque Sanctæ Inquiſitionis ad evitandam reconventionem poſſit à lite deſiſtere? Sed hoc dubium facilè ſolvitur facta diſtinctione inter caſum, quo juſtitia ſit perpetuata, vel non In primo caſu,in vitâ parte, judicio ſuæ reconventionis renunciare non poteſt, in ſecundo verò rectè valet, prout de Clerico aſſerit *Pegas ad Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 3. *n.* 9. *Barboſ. ibi n.* 4. *Themud.* 2. *p. deciſ.* 205. *n.* 4. *Pereir. de manu Reg. cap.* 23. *n.* 9.

79 Limitatur decimoſecundo, ut non procedat, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis conveniuntur in cauſis pertinentibus ad judicium Indiæ, & Minæ, quia in tali caſu nullus privilegiatus gaudet privilegio, nec partes alibi conveniri poſſunt: ut probatur, *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 51. §. 3. *ibi Peg. gloſ.* 5. *numer.* 1. *&* 2. *Salzedo ad leges recopilationis pag.* 203. *&* 204. *Barb.*

80 *dicto* §. 3. *n.* 1. 2. *&* 3. Sed hæc limitatio nobis non placet, ſicut *Ord. in dicto* §. 3. non loquitur de privilegiatis, & ita per ejus diſpoſitionem abrogata non debent cenſeri privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, ſicut non cenſentur abrogata privilegia Senatorum, qui etiam in prædictis cauſis ratione ſui privilegij poſſunt eas deducere ad ſuum judicem, ut continuentur coram illo, *ex Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 10. *n.* 5. *Oliva de foro Eccleſiæ* 3. *p. q.* 28. *n.*

50. eo vel maximè, quia etiam 81
Auditor baſilicæ Regis eſt judex privativus de omnibus cauſis contentis *in Ord. lib.* 1. *tit.* 52. & tamen Auditor baſilicæ Regis cogere non poteſt privilegiatos coram ſe reſpondere in cauſis non tangentibus jura Regalia, *ex Ord. lib.* 1. *tit.* 52. §. 3. nec etiam officiales baſilicæ Regis, qui ex diſ-

poſitione ejuſdem *Ord.* §. 10. fo- 82
ri privilegio tam activè,quàm paſſivè gaudent in civilibus, & criminalibus, eo fruuntur contra Senatores, & monetarios, ut ipſa met *Ord.* ſe ipſam limitat in fine dicti §. 10. *ibi Peg. num.* 6. & conſequentèr contra familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, qui conveniri non poſſunt; niſi coram ſuo Conſervatore, ſive conveniantur à Senatoribus, ſive à monetarijs, ut ſuprà expendimus.

Limitatur decimotertio, in 83
cauſis pertinentibus ad judicem Reſiduorum, & Capellarum, de quibus agit *Ordinatio lib.* 1. *tit.* 50. in quibus nec etiam Senatores privilegio fori gaudent; teſte *Pegas ad Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §. 10. *n.* 5. *&* §. 13. *n.* 16.

Limitatur decimoquarto, ut 84
non procedat in executione ſententiæ, in qua familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis forum declinare non poſſunt, ſicut

ſicut nec monetarij : ut judicatum refert *Pegas ad principium*
85 *Ord.lib.2.tit.62.n.5.* nam regulare eſt, quòd privilegiatus in executivis non poſſit forum declinare, *Cabedo. deciſ.* 210. *p.* 1. *Mendes in praxi* 2. *p. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. *& cap.* 21. *n.* 82. & probatur, *ex l.cum quædam puella, ff.de juriſ-*
86 *dict.omnium jud.* quæ regula etiam comprehendit viduam : *ex Mend. dict. cap.* 3.*dict.n.*7.*qui cap.*21. *n.* 82.inquit, quòd vidua, ſeu orphanus habebit in executione judicem, quem ipſa vidua, ſeu orphanus elegerit, & ſi executio fuerit cæpta cum marito, ſeu patre.

87 In liquidatione verò ſententiæ benè poſſunt noſtri familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis forum declinare, non obſtante regula, quòd liquidatio fieri debeat in loco domicilij condemnati, quantumvis ſententia in alio judicio ſit prolata, quia hæc regula limitatur, quando condemnatus eſt privilegiatus, & ad ſuum judicem declinat, tunc enim coram judice privilegij liquidatio facienda eſt, *Cabedo* 1. *p. areſto* 28.*Mendes in praxi part.*1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 8. niſi liquidatio proveniat ex cauſa, quæ de ſua natura impediat forum declinare; nam ſi in cauſa principali declinationis exceptio locum habere non potuiſſet, ſimilitèr locum non haberet in liquidatione ipſius cauſæ, niſi privilegium ſuperveniat, & tale ſit, quod proſit ad lites cæptas, ut eſt Senatorium, viduarum, & ſimilium.

Limitatur decimoquinto, in 88
cauſis cuſtodiæ, depoſiti, & fallariorum, quia in dictis caſibus familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis poſſunt conveniri coram Præſide Curiæ Civili, ſi in Curia degant, vel intra quinque leucas; prout conveniri poſſunt in predictis caſibus vidua, & orphanus, ac ſcholaſticus; ex diſpoſitione *Ord. lib.* 3. *tit.*12. §. 1. quæ licèt tantùm de vidua, orphano, & ſcolaſtico meminit, ad familiares officialeſque extendenda venit, non ex vi extentionis, ſed ex vi comprehenſionis, nam ratio, cur lex excepit prodictos caſus eſt privilegium ipſorum, quæ etiam comprehendit familiares, officialeſque.

Limitatur decimoſexto, in cau- 89
ſis multarum, vulgo coimas, & in cauſis pertinentibus ad ædiles, ſiquidem in hujuſmodi cauſis neque Senator, neque vidua, neque monetarius, neque quicumque alius privilegiatus fori privilegio gaudet, ut de Senatoribus tradit *Peg. ad Ordinat. lib.* 2. *titul.* 59. §. 13. *n.* 16. & de monetarij idem *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 62. §. 2. *gloſ.* 4. §. 2. *n.* 1. *& ad Ordinat. lib.*1.*tit.*66.§.27. *n.* 46. *&* 47.ubi adducit legem noviſſimam, omnia dicta comprehendentem, cujus tenorem hic referre libet, tum quia valdè pertinens eſt ad noſtrum intentum; tum quia Pegas

gas non apud omnes facilè invenitur, & verba legis ſequentia ſunt.

Ley porque ſe manda, que naõ haja algum privilegiado na materia de Coimas, & Almotaçaria.

90 EU ElRey faço ſaber aos que eſte Alvarà virem, que Diogo Fernandes Penſo, & Simaõ Ferreira Louſano, Contratadores das Terças deſtes Reynos me apreſentaram o regiſto de huma ley, paſſada em tempo del-Rey Filippe III. de que o treſlado he o ſeguinte: Faço ſaber aos que eſta ley virem, que poſto que conforme as minhas Ordenaçoens todas as peſſoas de qualquer qualidade, & condiçaõ, que ſejam ſaõ obrigadas nos caſos da almotaçaria reſponder perante os Almotacès; algumas peſſoas, que por privilegio tem Juiz particular, para haver de conhecer de todas ſuas cauſas, pertendem que tambem tomem conhecimento das que tocaõ à almotaçaria, de que ſe ſegùem grandes inconvenientes, & damno contra o bom governo, & adminiſtraçaõ da juſtiça de todas as Cidades, Villas, & Lugares deſtes Reynos, eſpecialmente deſta Cidade de Liſboa, pelo grande numero de Privilegiados, que nella hà: E querendo eu ora niſſo prover, como convem a meu ſerviço, & ao bem commum, & bom governo das ditas Cidades, & Villas, depois de tomar todas as informaçoens neceſſarias, & mandar ouvir todos os privilegiados comparecer dos do meu Conſelho para ceſſarem todas as duvidas. Hey por bem declarar, como por eſta ley declaro, que todas as peſſoas, poſto que privilegiadas ſejam, nas materias da almotaçaria ſaõ obrigadas reſponder perante o Almotacè de ſeu foro, conforme as leys & Ordenaçoens deſte Reyno, & que a Ordenaçaõ do terceiro livro titulo quinto, ſe entende, & comprehende nam ſómente os privilegiados declarados no meſmo titulo, mas todos os outros privilegiados, inda que ſejam dos Deſembargadores de minhas Relaçoens, & de quaſquer outros Tribunaes & das peſſoas, que por minhas Cartas, ou Proviſoens, ou dos Reys antepaſſados tem privilegios de Deſembargadores, poſto que o nam ſejaõ, & de todos os mais privilegios concedidos às peſſoas, que por rezaõ de ſeus officios, podem trazer ſeus contendores à Corte, & de todos outros quaeſquer privilegios por mim, & pellos Reys meus anteceſſores concedidos aos Colleitores, que ora ſam, & ao diante forem neſtes Reynos, & ao Santo Officio da Inquiſiçaõ delles, & aos Cavalleiros da Religiaõ de S. Joaõ, & aos Moedeiros, Lavradores, & Valladores das minhas lizirias, & paùs, & Mampoſteiros dos Cattivos, & aos que ſervem na meſa da Miſeri-

ſericordia deſta Cidade, & das mais do Reyno, & aos Alemeans, & Bombardeyros, & de quaeſquer outros, poſto que ſejam incorporados em direito, ou tenhaõ clauſulas expreſſas, & derogatorias dos caſos da almotaçaria, ou ſejaõ concedidos por contrato, ou por qualquer outra materia, confirmados por ſentenças das minhas Relaçoens, porque todos os privilegios acima declarados, ou quaeſquer outros, que ſe acharem, revogo, & hey por revogados, eſpecialmente a Ordenaçam do livro ſegundo titulo ſeſſenta, & dous; que concede aos Moedeyros deſta Cidade, que nos feitos da almotaçaria, ſendo demandados, reſpondaõ perante o ſeu Conſervador da Moeda; os quaes privilegios todos hey por bem ſenaõ guardem, nem tenham lugar nas materias da almotaçaria, & que ſem embargo delles as peſſoas, que os tem, & ao diante tiverem, reſpondam diante dos Almotacès deſta Cidade, & das mais Cidades, Villas, & Lugares deſtes Reynos: & aſſim me pràs, que os Regatoens, & Marchantes da Corte, & quaeſque outros Officiaes conteudos no Regimento do Almotacè Mòr, ou outros quaeſquer, de que por proviſoens particulares podem conhecer, reſpondam em todas as materias da almotaçaria perante os Almotacès deſta Cidade, ſem embargo das raſoens, que o Almotacè Mòr allega, para ſenaõ haver de entender eſta ley nos officiaes de ſeu officio, & de quaeſquer Alvaràs, & ſentenças, que elle, & os ditos Regatoens, & Marchantes, & mais Officiaes da almotaçaria mòr tenhaõ em ſeu favor, porque todas, & o que diſpoem o ſeu Regimento, no que toca ao dito Almotacè Mòr haver de conhecer de ſuas culpas nas materia da almotaçaria, revogo, & mando, que naõ ſejaõ de effeito algum, nem tenham força, nem vigior, em quanto forem contra a tençam, & declaraçaõ deſta ley, havendo reſpeito ao bom governo, & regimento deſta Cidade, & a como eſtando a Corte de aſſento nella ceſſa a raſaõ, que moveo a ElRey Dom Manoel, que ſanta Gloria haja na carta, porque mandou, que o Almotacè Mor tomaſſe conhecimento das culpas dos ditos Regatoens. E eſta ley mando, que ſe guarde, & cumpra como nella ſe contem, & ao Regedor da caſa da Supplicaçaõ, & ao Governador da caſa do Porto, & aos Deſembargadores dellas, & aos Corregedores de minha Corte, & aos mais Corregedores, Ouvidores Juiſes, & Officiaes de Juſtiça; a que o conhecimento diſto pertencer, a cumpraõ, guardem, & façam inteiramente cumprir, & guardar, & ao Chanceller Mòr, que a publique na Chancellaria, & envie logo cartas com o traſlado della ſob meu ſello, & ſeu ſinal

aos

aos ditos Corregedores, & Ouvidores das Comarcas, para que a publiquem nos lugares onde eſtiverem, para que a todos ſeja notorio, & a façaõ publicar em todos os outros de ſuas Comarcas, & Ouvidorias, & eſta ley ſe regiſtarà no livro da Caſa do Deſpacho do Deſembargo do Paço, & no das ditas Relaçoens da Caſa da Supplicaçaõ, & do Porto, & no da Camera deſta Cidade, & nas de mais Camaras das Cidades, Villas, & Lugares deſtes Reynos. Dada na Cidade de Lisboa a vinte, & tres de Outubro. Sebaſtiaõ Pereira a fez de mil, & ſeis centos, & quatro. Joam da Coſta o fez eſcrever. ElRey. Pedindome os ditos Diogo Fernandes Penſo, & Simaõ Ferreyra Louſano, que por quanto em todas as Cidades, Villas, & Lugares deſtes Reynos havia muitas poſſoas privilegiadas de diverſos privilegios, os quaes procuravaõ para effeito de nam pagarem coimas, poſturas das Camaras, & Almotaçaria, ſendo muitos delles Creadores de gado, Lavradores, & Marchantes, & ſe os Almotacès, & minhas juſtiças os condenavam, ſe valiam de excommunhoẽs, precatorios, & ſentenças de ſeus Conſervadores, pellas quaes eram abſolutos nas ditas coimas, & poſturas das Camaras, ſendo contra a dita ley, & ſentenças dadas no caſo ſobre os ditos privilegiados no juiſo dos feitos de minha fazenda, pelo qual reſpeito as rendas dos Conſelhos de meu Reyno hiaõ em muita deminuiçam, & nam havia quem nellas quizeſſe lançar, pertencendo a terça parte das ditas condenaçoens, & rendas dos ditos Concelhos ao rendimento das Terças, que eſtà applicado para as obras das fortificaçoẽs do Reyno, lhe fizeſſe merce mandar paſſar proviſam, para que nenhum privilegiado de qualquer condiçam, que foſſe, ſeja eſcuzo de pagar as ditas coimas, & poſturas das Camaras, & Almotaçaria, & para que ſenam guardem nenhumas ſentenças, nem precatorios de ſeus Conſervadores, ſem embargo de quaeſque Proviſoens, Leys, Ordenaçoens, Regimentos, & ſentenças, que haja em contrario, & da que ſe paſſou em quatorze de Abril de ſeis centos, & doze. E viſto no Conſelho de minha fazenda ſeu requerimento, informaçaõ, que ſobre iſſo ſe houve, ley acima treſladada, & ſentenças, de que fazem mençaõ, & condiçoens de ſeu contrato. Hey por bem, & mando pelos ditos reſpeitos ſe de à execuçaõ o que ſe contèm na dita ley, & ſe cumpra, & guarde inteiramente, nam ſe eſcuzando nenhum privilegiado de pagar as coimas, & poſturas das Camaras, & Almotaçaria, em que forem condenados, nem ſeus Conſervadores ſe intrometaõ mais em tomar conhecimento de couſa alguma tocante às

ditas coimas, poſturas das Camaras; & almotaçaria, ſem embargo de quaeſquer Proviſoens, Leys, Ordenaçoens, ſentenças, & Regimentos, que haja em contrario; porque todas para eſtes caſos hey por derogadas, & que ſenam uſe dellas, poſto que aqui naõ ſejaõ expreſſas, nem declaradas, & da Ordenaçaõ do livro 3. tit. 12. & das mais Ordenaçoens que hà em contrario, que todas hey aqui por expreſſas, & da que ordena, que ſenaõ entenda derogada Ordenaçaõ, ſem que da ſubſtancia della ſe faça expreſſa mençaõ. Pelo que mando a todos os Corregedores, Provedores, Juiſes, & mais Juſtiças, a que eſte for apreſentado, que aſſim o cumpraõ; & façam inteiramente cumprir, & guardar, como ſe nelle contèm; & para a todos ſer notorio ſe regiſtarà no livro das Comarcas das Cidades, Villas, & Lugares, & Concelhos de meus Reynos, & ſe apregoarà nas praças publicas, & ao treſlado deſtè aſſinado pelo Eſcrivaõ de minha fazenda da repartiçaõ das Terças ſe darà taõ inteira fè, & credito, como a eſte proprio, que valerà como carta, & naõ paſſarà pela Chancellaria, ſem embargo das Ordenaçoens do ſegundo livro em contrario; & os Provedores enviaràm os treſlados delle pelos lugares de ſuas Comarcas. Bartholomeu de Souſa o fez em Lisboa a ſeis de agoſto de mil, & ſeis centos; & quarenta, & dous. Gaſpar de Abreu o fez eſcrever. REY. Henrique Correa da Sylva.

Mirum non eſt, quod in materia, de qua agit lex ſuprà relata, nullus in noſtro Regno gaudeat privilegio, cùm etiam in illo ex vi concordiæ Regiæ, & Pontificiæ nec Clerici gaudent privilegio fori ſed reſpondere tenentur coram judice ſæculari, *ex Ord. lib.2. tit.* 1. §. 20. *ibi Peg. gloſ.* 21. *à n.* 1. *uſq. ad* 16. *Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 9. *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 9. §. 12. *&* *Forenſ. cap.*11.*n.*132. *Carleval de judicijs tit.*1.*diſp.*2.*à n.*159. *Fragoſ. de Regimine Reipublicæ tom.*1. *lib.* 1.*diſp.*4.§.4.*membr.* 1. *Fermoſin. in cap. quia de judiciis q.* 9. *&* *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus q.* 40. *&* 47.*n.* 30. *Pereira de manu Regia*, 2. *p. cap.* 39. *per totum.* 91

Unde ſi animalia Clericorum damnum dederint, à judice ſæculari capi poſſunt, & damnari pænâ ſtatuti, vel aliâ, retinerique, donec parti læſæ, & pænæ incurſæ fuerit ſatisfactum, *ex l. jubemus, cod. de navibus non excuſandis lib.* 11. & judicatum refert *Peg. in d.* §. 20. *n.* 3. qui *n.* 4. multos citat, 92
& *n.* 13. aſſerit, quòd in his caſibus non ſolùm poſſet laicus contra Clericum ſententiam ferre, ſed eam executioni mandare; & ex vi *Ord. lib.*2.*tit.*7. & ex his, quæ diximus *cap.*15. *qua de re copioſè Cortiada deciſ.*214.*per tot.* 93

Limi-

94 Limitatur decimoſeptimo, quando familiaris, officialiſque Sanctæ Inquiſitionis ageret contra alium familiarem, officialemque, quia tunc videtur ceſſare privilegium, reumque poſſe conveniri coram judice ſui domicilij, nam, cùm tam actor, quàm reus ſint æquè privilegiati, videtur reum non poſſe uti privilegio fori contra actorem æquè privilegiatum: ex regula, quòd privilegiatus contra paritèr privilegiatum non utitur privilegio, ſed limitatio hæc vera non eſt, at oppoſitum certiſſimum, ſiquidem familiares in civilibus non gaudent privilegio fori activo, ſed paſſivo, ut ſtatim dicemus; ſuccedit ergo, quòd familiares, ſeu officiales Sanctæ Inquiſitionis actor nullum in civilibus quo ad forum habet privilegium; & quod familiaris, ſeu officialis reus in civilibus gaudet privilegio ac per conſequens, quòd familiaris, ſeu officialis non privilegiatus forum rei privilegiati ſequi tenetur, in terminis *Benedictus Pereira in ſua Academia lib.*3.*diſput.* 2.*q.*3.*n.*325.*&* 326. ubi de Scholaſtico idem tradit; *& cap.* 23. *à n.* 56. latè *Arouca allegat.* 101. *per totam.*

95 Patet hoc, & urgentius, ac fortioribus in terminis demonſtratur primo exemplo Senatorum, qui tàm Ulyſiponenſis, quàm Portuenſes, tàm Braſilienſes, quàm Indiani privilegio fori activo, & paſſivo ſine diſcrimine gaudent, ut docet *Pegas*, traditque judicatum *ad Rubricam Ord.lib.*2.*tit.*59. *n.* 3. *&* 4. & tamen ſi lis vertatur inter duos Senatores diverſi Senatus, v. g. ſi contendat Senator Ulyſiponenſis cum Senatore Portuenſe, ille actor, & iſte reus, tunc cauſa eſt agitanda coram Præſide Civili Senatus Portuenſis, & actor forum rei ſequi tenetur, ut in terminis reſolvit *Ord. lib.* 3. *tit.* 5. §. 1. *& ibi Barboſ. Pegas ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 59. §. 13. *n.* 19. *&* *ait Ord. lib.* 3.*tit.*12. §. 1. *Conciolus alleg.*79.*n.*41.43.*&*44.*Cortiada deciſ.*246.*n.*55.*&* 59.

Patet etiam exemplo Monetariorum Ulyſiponenſium, & Portuenſium, qui ſimilitèr utrique habent privilegium fori activum, & paſſivum: *ex Ord. lib.* 2. *tit.*62. *ibi Pegas ad Rubricam à n.* 126. & tamen ſi unus diverſi fori contra alium alterius fori litem moveat, actor forum rei ſequi tenentur: ex pluribus ſuprà allegatis *Conciolus ſuprà.*

Patet ulterius exemplo Scholaſticorum Eborenſium, & Conimbricenſium, qui ſimiliter privilegio fori tàm activo, quàm paſſivo, tàm in civilibus, quàm in criminalibus potiuntur, & tamen ſi unus litem moveat, cauſa, ſeu lis coram Conſervatore illius erit diſcutienda, qui fuerit reus: ut in terminis docet *Benedictus Pereira in ſua Academia, ſeu Republica litteraria lib.*3. *diſput.*2.*q.* 3.*n.* 327. quod regulare eſt, quo ad omnes æquè

æquè privilegiatos, tum quia reus
in foro prefertur per jus commu-
ne. *Covas practicar. cap.7.n.4. ibi
Faria, Scobar de Pontificia, &
Regia juriſdictione cap. 55. n. 9.*
96 ubi affirmat inſpiciendum eſſe in-
ter prædictas perſonas, quis ſit
reus, quis actor, & reum in foro
ſuo conveniendum, ut potè con-
quaſſato privilegio inter privile-
gio pares. Probatur, quia in pari
privilegio reus habet cauſam po-
tiorem, ut ſumitur, *ex lege verum
§. item quæritur, l. ſi minor de mi-
noribus, ubi Cujac. & Anton. Fa-
ber. l. ſi mater. cod. ne de ſtatu de-*
97 *funct.* ubi, & ſi actor tractet de
damno vitando, adhuc conditio
rei paritèr privilegiati potior eſt.
Unde *Peregrinus de jure fiſci lib.*
98 7. *tit.*3.*n.*24.aſſerit, quando fiſcus
agi contra fiſcum, reum præferri
in foro; & *Moneta de Conſervat.
cap.* 7. *n.* 345. docet, ſi duo ha-
beant ſuos diverſos Conſervato-
res, adeundem eſſe Conſervato-
rem rei; Atqui omnes prædictæ
perſonæ ſunt in privilegio pares,
ut cum *Covar.* citato contra *Bal-
dum, Decium, & Collantes* pro-
99 bat *Scobar n.* 10. *&* 11. nam ju-
re cummuni attento prædictæ om-
nes perſonæ id tantùm privile-
gium habent, ne à proprio foro
extrahi poſſint, inter quas etiam
eſt ſtudioſus, qui actor reum non
trahit jure cummuni, ſed ex Con-
ſervatorijs, ut alibi oſtendemus.
Addo, quòd licèt aliquæ ex dictis
perſonis id fori privilegium ven-
dicent, ut à ſuo foro non extrahan-
tur, & ut reus ad ſuum forum tra-
here poſſint, ſicut miſerabiles: *ex
l. unica cod.quando Imperator in-
ter pupil. adhuc Covar. cit. cap.*7.
n. 4. *& Decius citat. cap.* 8. *num.*
81. ſubtilitèr notant ſtudioſos pa-
res eſſe in privilegio; qui ſic illa
habent, ut reos regularitèr trahe-
re poſſint, ſtudioſus habet, ne ab
aliquo extrahi poſſit; Atqui par
adeò vis unicuique privilegio in-
eſt: ergo adhuc in hoc caſu præ-
valebit reus in foro.

Confirmantur dicta, & ex illis 100
ſimul deducitur interpretatio, ac
decidendi ratio, *l.* 2. *verſ. quod ſi
à fiſco cum lege ſequenti de rebus
eorum*, ubi proponitur pupillum
rem emiſſe, eamque conditionis
tempore venditori pignori obli-
gaſſe, quo ad pretium ſolveretur.
Quæſitum fuit de jure pignoris?
Reſpondit Conſultus pignus non
tenere Nam ibi dominium quæ-
ſitum eſt minori, cæpit non poſſe
obligari; ſed quid ſi à fiſco fundum
pupillus emat, vel ex alterius pu-
pilli pecuniâ alteri pupillo ema-
tur, an pignoris conſtitutio per
pupillum in favorem fiſci, vel al-
terius pupilli facta valeat? Reſ-
pondit valere. Hujus deciſionis
ratio eruitur optimè ex regula de
pariter privilegiatis: nam concur-
rentibus fiſco, & pupillo, vel du-
obus pupillis, ſcilicèt paritèr pri-
vilegiatis, conquaſſantur privile-
gia, & perinde ratio habetur, at-
que ſi à duobus non privilegiatis

jure

jure communi pignus conſtitutum foret: ergo in noſtro ſuperiori caſu de pariter privilegiatis in foro idem ſimiliter dicendum eſt, ideoque reus actori prævalebit, *Benedictus Pereira*, *ubi ſuprà n.* 327.*&* 328.

101 Limitatur decimooctavo, in familiaribus familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, qui privilegium fori non gaudent: ut diximus *capit.* 8. & in viduis familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis: ut diximus *cap.* 6. *&* 17.

102 Limitatur decimonono, in Regnis Caſtellæ, Indiarum, & alijs Regnis, ubi familiares Sancti Officij in cauſis Civilibus non gaudent privilegio fori, ſed conveniendi ſunt apud ſuos judices Ordinarios, nulla obſtante fori declinatoria: ut ſtatuitur *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.*4.*recopilat. ubi Narbona gloſa* 1. *num.* 73. *& gloſ.* 6. *num.* 1. *Simanch. de Cathol. inſtit. capit.* 41.*n.* 18. *Pareja de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6.*n.* 40. *Solorzan. de jure Indiarum tom.*2. *lib.*3. *cap.* 24. *n.* 59. *&* 60. *Carleval de judicijs lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 512. *Thomas Delbene de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *capit.*4. *dubit.* 14. *n.* 16. *in fine*, *Caſtro Pal. in opere morali parte* 1. *tract.*4.*diſp.* 8. *punct.* 12. §. 2. *n.* 9. *Diana reſolut. moral p.*4.*tract.*8. *reſol.*55.*& in ſumma p.* 2. *verbo Inquiſitorum juriſdictio n.* 26. *Fermoſ. in capit. cum contingat quæſt.*11. *num.* 5. *de foro compet. Ciarlin. controverſ. capit.* 120. *num.* 24.*p.* 2.*Mattheu de Regimine Regni Valent.tom.* 2. *cap.*7. §. 3. *ſect.* 1. *num.* 33. & idem hodie ſervatur in Regno Aragonum, nam illud privilegium, quod anteà obſervabatur in cauſis familiarium, limitatum fuit in Curijs anni 1646. ad cauſas criminales tantùm: ut tradit *Mattheu de Regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7.§.3.*ſect.*1.*n.*34.

Limitatur vigeſimo, quando familiares ſunt actores, quo caſu forum rei ſequi tenentur: ut patet ex privilegijs relatis *capit.* 3. *Dexart. ad cap. Regni Sard. fol.*679. *&* 680.*cap.*27.*&* 32. *capit.*4. *per totum de Inquiſit.fol.*727.*Mattheu de Regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *capit.* 7. §. 5.*ſect.*3.*num* 33. *&* 34. 103

Sublimita, ut limitatio procedat, prout loquitur in ſolis familiaribus, non autem in cæteris officialibus Sancti Officij, ut Secretarijs, fiſcalibus, cuſtodibus carcerum,& ſimilibus, nam iſti ſive rei ſint, ſive actores fori privilegio gaudent in Civilibus, ita ut ſolùm conveniri, & convenire debitores poſſint coram Inquiſitoribus, ea ratione, nè officiales, qui continuo Sancti Officij miniſterio incumbunt, per extranea Tribunalia proprijs litibus occupati divagari cogantur, & ab expeditione cauſarum fidei avocentur, ita *Narbona l.* 20.*gloſ.* 6. *n.* 4. *& gloſ.* 19. *n.* 2. *& gloſ.* 104

22. n. 15. tit.1.lib. 4. recopil. Carleval de judicijs lib. 1. diſp. 2. n. 514. Solorzan. de jure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap.24.n. 59.Amat. reſolut. 52. n. 4. lib. 2. Fontanella deciſ.329. n.16.& 17. p.2.Thom. Delbene de immunitate Eccleſ.tom. 1. capit. 4. dubit. 14.n.13.in fine, Diana reſolut.moral p. 4. tract. 8. reſolut.55. Ciarlin.controverſ. cap. 120. n. 4.p.2.

105 Sed contrarium, quòd officiales Sancti Officij in civilibus non gaudeant privilegio fori activé, noviſſimè ſcripſit reſpondendo contrarijs *Cuttellus in cod.leg.ſicul. ad legem Martini poſt capit. 21. de concordia inter inquiſitores, & officiales Regios cap.2.à n.12. benè Dexart. in cap. 4.per totum de Inquiſitoribus fol.727.Fontanella deciſ.329.n.18. & 19. p. 2.*

106 Verum eſt,quod præcitati DD. in hac controverſia ſe remittunt ad varias diverſorum locorum,& Provinciarum conſuetudines, in praxi receptas ut *Narbona, l. 20.gloſ. 6. n. 6. tit. 1. lib. 4. recopil. Carleval de judic. lib.1.diſp.2.n.514.in fine, Font.deciſ.329. n. 20. p. 2.*

107 Apud nos,& in Corona Aragonum officiales Sanctæ Inquiſitionis non poſſunt alios trahere activè ad ſuum forum: ut patet ex privilegijs relatis *cap.* 3. & idem eſt concordia anni 1512. in corona Aragonum *cap. 3.& 19. de qua in pragm. 1. tit. de la Sanctæ Inquiſicion.Fontanel.deciſ. 329. n. 21. & 22. p.2.Cortiada deciſ. 30. n.128.*

Limitatur vigeſimoprimo, in fideijuſſore familiares, qui fori privilegio Sancti Officij non gaudet, nec coram Inquiſitoribus conveniri debet: ut latè probat *Cenedo pract. q.12.Narbona l.20. gloſ. 21.n.61.tit.1.lib.4. recopilat.* ut in laico fideijuſſore Clerici, qui non gaudet privilegio fori Eccleſiaſtici, & in fideijuſſore ſtudioſi, qui non gaudet privilegio fori ſtudioſorum *Cortiada deciſ.30.n. 143.* 108 109

Sublimita hanc limitationem, ut procedat,quando laicus fideijuſſit pro familiari,Clerico,ſeu ſtudioſo non penes acta judicis. Eccleſiaſtici Inquiſitorum hæreticæ pravitatis, vel magiſtri ſcholarum, nam tunc judici ſeculari ſubeſt,ſecùs verò ſi laicus fideijubet pro Clerico, familiari, ſeu ſtudioſo penes acta judicis Eccleſiaſtici Inquiſitorum, vel magiſtri ſcholæ, quo caſu de jure communi ad obſervantiam promiſſionis competentes eſſe judicem Eccleſiaſticum, Inquiſitores, vel magiſtrum ſcholæ reſpective *Cortiada deciſ.30.n. 145.* 110

Familiaris verò fideijuſſor laici coram Inquiſitoribus eſt conveniendus, ut in Clerico fideijuſſore laici, qui non poteſt conveniri coram judice ſæculari,ſed eſt conveniendus coram Eccleſiaſtico, *Cortiada deciſ.30.n.147.* 111

Sunt quamplurimæ cauſæ controverſæ,an ſint civiles, vel criminales, quas examinare oportet, ut cognoſcamus, an familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis gaude- 112

gaudeant privilegio fori activo, & paſſivo, aut paſſivo tantùm, nam ſi criminales fuerint, utroque foro muniuntur, ſi civiles verò ſint, paſivo tantùm potiuntur.

113 Et primò dubitatur, an cauſa ſpolij ſit Civilis, vel Criminalis, aut mixta? Quam facilimè reſolvimus facta differentiâ inter caſum, quo agitur tantùm de reſtitutione rei ſpoliatæ, vel de reſtitutione, & pœna ſpolij ſimùl. In primo caſu, cùm ſit Civilis, eſt conveniendus reus vel in loco ſpolij, vel in loco domicilij. In ſecundo caſu cùm ſit mixta, nempè, Civilis, & Criminalis, ſive familiaris, officialiſque agat, ſive conveniatur, ſuo foro uti poteſt, ut diximus ſuprà.

114 Secundò dubitatur, an cauſa damni dati ſit Civilis, vel Criminalis. Quam ſub diſtinctione breviſſimè reſolvemus, vel damnum datum eſt cum injuria, & violentia, vel nulla interveniente violentiâ. In primo caſu eſt criminalis: *ex Farinac. in praxi p.* 3. *q.* 100. *n.* 37. *Cancer.* 2. *var.cap.* 7.*n.*3. *Cortiada deciſ.* 30. *num.* 79. *Portelles verbo*
115 *damnum n.* 16. & in hoc caſu ſive familiares, officialeſque ſint actores, ſive rei, privilegio fori activo, & paſſivo fruuntur. In ſecundo caſu actio eſt Civilis ex DD. ſuprà relatis, ideoquè familiares, officialeſque privilegio fori no gaudent, niſi paſſivè.

116 Tertiò dubitatur, an cauſa in in qua agitur ad pœnam conventionalem propter fractam pacem, & treugam, an ſit civilis, vel criminalis? Et criminalem eſſe reſolvunt *Addition. ad Clar.* §. *fin.q.* 1. *litera B. verſ. item ſi pœnæ pars in fine*: *Scacia de judicijs lib.* 1. *capit.* 1. *n.* 6. *verſ. ſed tu. Foler. in pract. criminali tit. audiantur excuſatores. n.* 91. *in fine*, *quos & alios citat Farinac. in praxi p.*3. *q.* 100.*n.*33. *Gail. de pace publica lib.* 1.*cap.*9. *Gauſin. de pace p.*1. *cap.*8. *n.*16. *Navar. gravam.* 130. *lib.* 2. *ex noſtris Capicius de pace, & treuga dubio* 9.*verſ. item quia*, *Ferrer. p.*3.*obſ.cap.*144. *verſ. ſimile ſervatur*, *& latè cap.*145. *Cancer. p.*2. *var.cap.*8.*n.*16. *Fontanel. de pactis nupt. tom.*1. *clauſula* 4. *gloſſa* 15. *n.*111.*&* 113. Ideoquè in tali caſu familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis fori privilegio paſſivo tantùm gaudent.

Quarto dubitatur: cauſa 117
contrabanni, & frauduanæ, pedagij, ſeu gabellarum ſit civilis, aut criminalis? Et licet criminalis ſit: ut ex multis tradit *Cortiada deciſ.* 35. *num.* 89. familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis nullo privilegio fori gaudent, quia agitur de juribus Regalibus, ubi nullus privilegiatus invenitur, ut jam diximus.

Quinto dubitatur, an cauſa, 118
in qua agitur ad pœnam provenientem ex contractu illicito, etiam fiſco applicandam ſit civilis, vel criminalis? In qua rectè diſtingunt *Scacia de judicijs q.* 6. *n.* 1.

*Farinac. in praxi p.*3.*q.*100.*n.*34. *Cortiada deciſ.* 35. *n.* 90. *Xamar de officio judicis p.*1.*quæſt.*11.*num.*
119 91. inter caſum, quo agitur ad inſtantiam partis ad pœnam ſibi applicandam, & inter caſum, quo agitur ad vindictam ad inſtantiam fiſci. In primo dicunt eſſe civilem, ac per conſequens, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis in ea gaudent privilegio
120 fori paſſivo. In ſecundo eſſe criminalem contendunt, & in ea non gaudent privilegio fori neque activè, neque paſſivè; quia ubi fiſcus vel agit, vel defendit, privilegium fori familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis caſſatur.

121 Sexto dubitatur, an cauſa ruptæ ſalvæ Guardiæ ſit civilis, vel criminalis? Et quamvis criminalem eſſe docent omnes, de quibus *Olivanus de jure fiſci cap.* 14. *n.* 142. *Cortiada deciſ.* 35. *n.*91. *&* 92.*Farinac.in praxi p.* 1.*quæſt.*29. *à n.*12.*Decian. tract.criminali lib.*
122 7. *cap.* 16. tamen familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis nec activè, nec paſſivè privilegio fori gaudent, cùm etiam adverſus Clericos rumpentes ſalvam guardiam Rex procedere poſſit: *Cortiada ſuprà n.* 93. *Ripol. de Regal. cap.* 21. *à n.* 82. *Cancer.*3. *var. cap.* 14.*n.* 11.*Bobadilh.lib.*2.
123 *politicor.cap.*18. *n.*73.quia eſt crimen læſæMajeſtatis,ob quod Princeps ſæcularis valet precedere cõtra Clericos ſervata forma, de qua *Pegas cum infinitis ad Ord. lib.* 1. *tit.* 1.§.23.*cap.6.per tot.*

Dubitatur ſeptimo, an cauſa, 124
in qua agitur de habilitatione, ſeu inhabilitatione officij, ſit civilis, vel criminalis? In qua communitèr diſtingui ſolet inter caſum, quo officium eſt publicum, ſeu privatum: ſed in diſtinctè dicendum eſt, quod cauſa eſt civilis; niſi privatio veniat imponenda in pœnam delicti, *Cancer.*3.*var.cap.* 17. *n.* 485. *Clar.* §. *fin. quæſt.* 1.
Cortiada deciſ. 35. *num.*82. Ideo- 125
que familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori paſſivo in illa perfruuntur.

Limitatur vigeſimoſecundo, 126
quando familiares, officialeſque Sancti Officij non vocantur coram judice tamquam rei ſed ad deferendum teſtimonium in aliqua cauſa criminali, vel civili: nam tunc compelli poſſunt ad teſtimonium ferendum, *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 114. *Mattheu de regimine Valentiæ tom.* 2.*cap.*7.§.3. *ſect.*1.*n.*43.

Difficultas verò erit, quando 127
privilegia ſunt oppoſita in ordine ad uſum, ut ſi quis habeat privilegium incarcerandi quemcumque debitorem propter debita, & alter, ut non incarceretur propter debita. Item ſiquis habeat privilegium exigendi decimas ab omnibus, & alter non ſolvendi; communis reſolutio de ſumpta, *ex Authentica de Sanctiſſimis Epiſcopis* §.*ſed hæc preſenti*, *&* *ibi Barboza* eſt,

128 eſt, privilegiatum non gaudere ſuo privilegio contra parem privilegiatum, quando datur omnimoda æqualitas, & par reſiſtentia, ex parte uniuſcujuſque, quia actio ſemper eſt à vincente, ſeu prævalente: in poſito autem eventu utrumque privilegium æqualitèr reſiſtit, & pugnat: ergo neutrum prævalere poteſt; ſi verò non detur iſta æqualis reſiſtentia, & contrarietas, attendenda eſt qualitas privilegij, ſit nè generale, an ſpeciale, ſit novum, an antiquum: nam ſi unum ſit generale, aliud ſpeciale, ſpeciale prævalet, quia

129 generi derogatur per ſpeciem: *ex regula* 34.*de regul. juris in* 6. *& l. Sanctio ff. de pœnis*, *Menoch.conſ.* 141. *n.* 24. *Surd. de alimentis tit.* 2. *q.* 15. *n.* 130. *& Gutierr. practic. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 6. quòd intelligitur, niſi generale per ſpecialem clauſulam ſpeciali derogaverit; ſi autem utrumque ſit generale, vel ſpeciale, & neutrum deroget alteri, attendi debet, quod ſit antiquius, vel à maiori poteſtate egre-

130 diens, & adjudicabitur prævalere. *Ita Rodericus tom.* 1. *quæſt. regul. q.* 9. *à n.* 11.*Salas diſput.*17. *deleg. ſect.*14. *& Suar. tract.eodem lib.*8.*cap.*23.

131 Univerſam hanc doctrinam traditam *Scobar de Pontificia*, *& Regia juriſdictione cap.* 55. *n.* 32. exponit, & amplectitur ea moderatione, niſi ratione profeſſionis, negociationis, aut exercitij, cauſæ vè, potentius ſit alterutrius privilegium, ſi enim ſtudioſo ſint cauſæ, & litis, quæ Cathedram, & quomodolibet profeſſionem literariam reſpiciant, vel contractum cauſa ſtudij initum, tunc nullo alio privilegio obſtante ſcholæ Magiſter (& idem dic de quocumque ſimili Conſervatore) adeundus erit, ſive reus, ſive actor ſit ſtudioſus (actor ſcilicèt intra diætas, aut in caſibus exceptis ultra eas) niſi tale privilegium oppoſitum exhibeatur, quod & harum cauſarum ſpecialem derogationem habeat. Similitèr ſi ſtudioſo lis ſit cum Cardinali, vel Epiſcopo, vel Clerico in cauſa reſpiciente dignitatem Cardinalitiam aut Epiſcopalem, aut curam animarum ab eiſdem ſtudioſo commiſſam, quicumque agat, vel conveniatur, Pontifex adeundus eſt, vel judex aliàs ſpecialis ratione cauſæ. Si cum equite, vel alio Religioſo in cauſa ipſius Religionis profeſſionem, & regulam ſpectante, tunc ſemper adeundus eſt Prælatus Religionis, ſive loquamur de reo, ſive de actore. Si cum pupillo, vel alia miſerabili perſona ſuper tutela, vel alia adminiſtratione, vel officio certo loco geſtis, judex loci adeundus. Hæc expoſitio, & moderatio deſumitur, *ex l. fin. cod. de juriſdict.* Item ex duabus moderationibus, quæ communitèr adhiberi ſolent regulæ. Quod privilegiatus contra privilegiatum non utitur ſuo privilegio; nempè, quando unum privi-

legium potentius eſt altero, vel ſpeciale, quæ duæ limitationes in unam confluunt, aut ſaltem compelectuntur genus, & ſpeciem. Vi-
132 deantur *Decius cap.in præſentia n. 51.Covar. citat. n.4. & Grat.tom. 4.diſcept. forenſ.cap. 661.Accacius de privileg. juris Civilis lib.2. cap. 5. ubi per tot. de concurſu, & comparatione privilegiorum, Covas pract.cap.7.n.4. Franchiſ.deciſ.16. ubi Amenda num. 5. Gregorius in lege 25.gloſſ.5.tit. 22.partita 3.& in l.4.gloſ.1.tit. 15.pratita 6.Fontanella deciſ. 100. Carleval de judicijs tit. 1. diſput. 2. num. 635. & tit.3. diſput. 31.n.2. Hermoſ. in l. 5. gloſ. 1.n. 4. tit. 1.p. 5. Salgad. in labyrint.1. p.cap.7. à n.46. Riccius p.2.collect. 348. & p.6.collect. 2308.&2305.Parlador lib.1.quotidianarum cap.17.à.n.28. Scobar de Pontificia, & Reg. juriſdiction. cap.55. Sanches lib. 6. conſ. cap.9. dubit.9. Barboſ. axiom. 190.num. 12.& 3. & 4.Arouca allegat. 101. per totum.*

133 Quæro, an privilegiatus contra æquè privilegiatum privilegio uti poſſit? Regula eſt, quod privilegiatos non gaudet privilegio contra paritèr privilegiatum, *l. ſed & milites §.1.ff.de excuſat. tutorum, l. verum §. pen.& fin. & l. ſeq.ff. de minorib. l. privilegia ubi Fran. à Rip.in 1.not.ff.de privileg.credit. l. aſſiduis cod. qui pot in pign. habean.Bal. in authent. perpetua cod. de Sacroſ.Eccleſ.Phi.Fran. in cap. ſi pater ante n. 109. de teſtament. lib. 6. Alex. in leg. 1. §.numeratio col. 2. verſ. item tene. menti ff. de novi oper. nunciatio, Corn. conſ. 140. circa hanc conſultationem n. 9.lib.1.Dec. conſ. 221.non patitur n. 6. conſ. 484. æquitati ad finem Jac. de S. Greorg. in l.1.in princip. cod. ſi adverſus fiſc. Paris de Puteo in tractat.de lud.n. 16.Maria Jun. conſ. 74. viſo teſtamento n. 21.lib. 1. Hyeron. Grat. reſponſo 129. viſis in fin. lib. 2. Stephan. Bertran. conſ. 152. punctus quæſtionis n. 9. n. 1. in novel. Rober. Maran. in tractat. de ord. jud. in 6. diſt.princip. n. 34. Barboſ. ad axiom.190. n. 2. & 3.*

Fallit tamen hæc regula, quando privilegiatus habet privilegi- 134
um, quod eſt potentius privilegio alterius, vel alter tractaret de damno vitando, alter verò de lucro captando, quia qui potentius privilegium habet, & tractat de damno vitando contra æquè privilegiatum privilegio uti poteſt: ut ſcribit *Bart.in d. l. verum §. fin. ff. de minor. in Authent. quas actiones n. 3. ubi etiam Jaſ. num 11. cod. de Sacroſ. Eccleſ.Bal. in d.authent. perpetua cod. eod. Pet. de Anch. conſ. 37. contra Joannem ante medium verſ. nam cùm dictus Laurentius, Paul. de Caſtr.conſ. 213. ut benè attingatur ante fin.Ludovicus Rom. conſ. 179.ampliſſimè doctor, ante n. 17. And. Barba. conſ. 20. clementiſſimum ad fin.lib. 4.Angel. Aret.in §.rurſus colum.2.ubi etiam Lud. Gomes poſt num.27. verſ. &*

ideo

ideo, mihi efficacior videtur, *Inſt. de action. Jaſon. in l. ſed & cætera* §. *ſed & quis n.* 4. *ff. de legat.* 1. *Philip. Dec. in l. non debet.* §. *in re obſcura ff. de regul. jur. in Authent. qui rem col. pe. cod. de Sacroſ. Eccleſ. in cap. in præſentia poſt, num.* 51. *verſ. non obſtant jura, de probatio, in cap. dilecti ante n.* 8. *de exception. conſ.* 328. *in caſu propoſito ante fin. verſ. tertio reſponderi poteſt conſ.* 410. *in cauſa mota n.* 4. *Franc. à Rip. d. l. privilegia num.* 2. *ff. de privileg. credit. Maria Sozzi. Jun. conſ.* 127. *viſo themate n.* 7. *lib.* 1. *Paris conſ.* 53. *Dominus Hyeronymus n.* 64. *Andr. Tiraquel. in tract. de pia cauſ. in* 26. *privil. car. pen. verſ. nec obſtat d. lex ult.*

135 Et quando, quis dicatur habere potentius privilegium, tradit ultrà alios *Dec. in d. cap. in præſentia de probatio.*

136 Prorſus regula ante dicta non habet locum, niſi quando uterque privilegiatus habet privilegium in ſpecie reſpectu cauſæ, de qua agitur, & privilegia utriuſque in exercitio concurrerent; ſecùs tamen eſſe; quando alter tantùm ex privilegiatis in caſu, de quo quæreretum, ſpeciale privilegium haberet, tunc enim non impeditur, qui ſpeciale privilegium habet contra privilegiatum, privilegio uti. Nam licèt omnes Eccleſiæ privilegium reſtitutionis in integrum habeant, etiam non obſtante lapſu quadriennij, nihilominus Eccleſia contra Eccleſiam reſtitui palam eſt, quia licet utraque ſit in hoc privilegiata, ut in integrum reſtituatur, tamen Eccleſia reſtitutionem petens habet in hoc privilegium particulare reſpectu caſus, de quo agitur, altera verò Eccleſia, adverſas quam petitur reſtitutio, non habet in hoc privilegium, quod cum alio in ſpecie concurrat, ſicque hoc caſu privilegiatus gaudet privilegio contra privilegiatum, prout etiam dicimus de Clerico alterum Clericum percutiente, qui non ſecùs, ac ſi ipſe percutiens laicus fuiſſet, incidit in excommunicationem *cap. ſiquis ſuadente*, non obſtante, quod uterque Clericus gauderet privilegio dicti Canonis, quia percutiens, hoc caſu, non habebat privilegium in ſpecie, cujus exercitium cum privilegio percuſſi concurreret, ad quod poſſunt, & alia exempla adduci,
ex his, quæ tradunt *Bar. & alijs in* 137
d. Authen. quas actiones per tx. in l. ult. cod. ex quibus cauſis maior. Salicet. in d. Authen. qui rem circa medum verſ. item quia privilegium, Abbas in cap. fin. n. 2. *de ord. cognit. in cap. auditis, n.* 8. *de reſtit. in integr. in cap. cum pro cauſa in* 2. *nota, de ſenten. excommun. in cap. ad aures in* 2. *nota, de præſumptio, Lud. Rom. in Auth. ſimilitèr in* 44. *previleg. cod. ad legem Falci. Phi. Franc. in d. cap. ſi pater ante n.* 108. *de teſta. lib.* 6. *And. Barboſ. conſ.* 28. *difficile col.* 6. *verſ. ſexto faciat, vol.* 3. *Fel. in d. cap. in præſentia n.*

30. *de probation. Jaſ. in l. ſi domum §. evictione n. 33. ff. de legat.* 1. *in d. §. rurſus n. 56. Inſt. de action. Phi. Dec. in cap. cauſam quia ante fin. verſ. ſed tamen reſponderi poteſt de jud. Lud. Gomes ſuper regul. Cancel. de impetra. benefic. vocant. per obi. fami. Cardi. quæſt.* 12. *ante fin.*

138 Et hæc eſt communis opinio, licèt aliter loquatur *Philip. Dec. in d. cap. in præſentia*, *cujus dicta refert Andr. Tiraquel. in d. tract. de pia cauſa in* 26. *privileg.*

CAPUT XIX.

Familiares officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, an poſſint, neglecta declinatoriæ exceptione petere avocatorias literas à ſuis Conſervatoribus, & an iſti eas dare teneantur, & illis non petentibus illas mittere, judiceſque Ordinarios inhibere, & quando, & quomodo dirimenda ſit contentio inter Conſervatores, & alios judices?

SUMMARIUM.

1 *Jus avocandi de Regalibus eſt.*
2 *A' Principe prævia juſta cauſa uti debet.*
3 *Inferiores à Principe avocare non poſſunt.*
4 *Niſi hæc poteſtas eis ſit expreſſè conceſſa.*
5 *Dubitatur, an Inquiſitoribus Apoſtolicis, judicibuſque fiſcalibus hoc ſit conceſſum.*
6 *Affirmativè reſolvitur.*
7 *Verba conceſſionis referuntur.*
8 *Per hujuſmodi verba privativè in eos transfuſa eſt juriſdictio.*
9 *Clauſula* nullus ſe intromittat *ejus eſt naturæ, ut reddat cauſam ſimilem cauſæ Clericali.*
10 *Dictio* nullus *omnium eſt excluſiva.*
11 *Habet vim implicitam negativam aliorum.*
12 *Etiam non expreſſorum.*
13 *Ex verbo* nemo alius *juriſdictio privativa data cenſetur.*
14 *Clauſulæ* nullus ſe inſtromittat *ea eſt natura, ut ea derogatum ſit cujuſcumque juriſdictioni.*
15 *Prorogatione partium non obſtante.*
16 *Clauſula irritans geſta in contrarium, juriſdictionem privativam reddit.*
17 *Geſta in tali caſu ſunt nulla, etiam parte non opponente.*
18 *Licèt partes milliès conſentiant.*
19 *Conſuetudinem in præterium, & futurum tollit.*
20 *Dictionis nullius momenti ea eſt natura, ut ipſo jure importet nullitatem.*
21 *Clauſulæ* ex noſtra liberalitate *ea eſt natura, ut reddat privilegium favorabile, & operetur vim clauſulæ non obſtantibus.*
22 *Judex privativus poteſt inhibere;*

bere, procedereque contra uſurpantes ſuam juriſdictionem.
23 *Conceſſâ juriſdictione, omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt.*
24 *Armis legalibus, & materialibus poteſt judex defendere ſuam juriſdictionem.*
25 *Praxis conſtans eſt, ut Inquiſitores Apoſtolici, judiceſque fiſcales avocatorias concedant.*
26 *Conſuetudo privilegij vim habet tituli.*
27 *Utriuſque par virtus eſt.*
28 *Nec contrarium admittit probationem.*
29 *Neque populli conſenſum probare eſt neceſſe.*
30 *Optima legis, & privilegij eſt interpres.*
31 *Privilegia in eo prævalent, in quo obſervata ſunt.*
32 *Juriſdictionem retinet, eamque tribuit, auget, & minuit.*
33 *Non tantùm ante conteſtationem litis, ſed poſt avocare poſſunt.*
34 *Nulli alij judices habent juriſdictionem in familiaribus, officialibuſque.*
35 *Conteſtatio facta apud nõn judicem nullos operatur effectus.*
36 *Nullum effectum validum producere non poteſt.*
37 *Juriſdictio Inquiſitorum, & quo ad intentum, ſegregata, & ſeparata ab ordinaria omninò eſt.*
38 *Familiares non ſunt cauſa proxima privilegiorum, ſed Religio, & Sacroſanctum Tribunal.*
39 *Juriſdictio data, ad favorem domini, à ſubditis prorogari non poteſt.*
40 *Juriſdictio Ordinaria ampliſſima eſt, habetque intentionem fundatã adverſus quoſcunq.*
41 *Aſſerentibus ſe eſſe exemptos onus probandi incumbit.*
42 *Omnis juriſdictio eſt penès Principem, & ab eo tamquam à fonte dimanat.*
43 *Poteſt eam ut voluerit, communicare.*
44 *Judices nullam aliam juriſdictionem habent, quàm à Principe communicatam.*
45 *Regularitèr juriſdictio eſt prorogabilis.*
46 *Regula hæc limitatur in privativa.*
47 *Favori ſuo unuſquiſque renunciare poteſt.*
48 *Regula hæc non procedit, ſi tertius lædatur.*
49 *In præjudicium tertij alienæ juriſdictioni nemo ſe ſubmittere poteſt.*
50 *Privilegium non eſt conceſſum familiaribus, officialibuſque, ſed Religioni, & Sancto Officio.*
51 *Et in regaliam tanti miniſterij.*
52 *Prorogare, & renunciare ſynonima ſunt.*
53 *Vaſſallus in præjudicium domini, nec foro renunciare, ne juriſdictionem prorogare valet.*

54 *Argumentum à contrario ſenſu validum eſt.*
55 *Dummodò contra jus non ſit.*
56 *Judices, quibus à Principe denegata eſt juriſdictio.*
57 *Sententiæ latæ à judice prorſus incompetente nullæ ſunt.*
58 *Ubi juriſdictio non eſt prorogabilis, etiam poſt ſententias exceptio opponi poteſt.*
59 *Refertur areſtum, & Regium decretum.*
60 *Ubi prohibetur prorogatio partium, conſenſus nihil operatur*
61 *Contumax juriſdictionem prorogare non poteſt.*
62 *Ad prorogationem requiritur conſenſus.*
63 *Et non ſufficit fictus, ſeu interpretativus.*
64 *Per proceſſum contra contumacem non acquiritur juriſdictio.*
65 *Et ſi ad ſententiam ſit deventum.*
66 *Judex prorſus incompetens ſe competentem declare non poteſt.*
67 *Contumax omnes exceptiones declinatorias, & dilatorias amittit.*
68 *Contumacia alterius juriſdictionem prorogat.*
69 *Privatus conſenſus facit judicem eum, qui juriſdictioni præeſt.*
70 *Contra contumacem peſſima fit interpretatio.*
71 *Foro ſuo ſine ſuperioris conſenſu poteſt quis renunciare.*
72 *Juriſdictionem judicis prorſus incompetentis prorogare quis nequit.*
73 *Conceſſio tribuens privativam juriſdictionem prorogationem non impedit.*
74 *Prohibente Principe prorogationem, hoc non procedit.*
75 *Specialiter prorogationem prohibere Princeps cenſetur, quando eam conceſſit cum clauſulis abdicativis, & decreto irritante.*
76 *Prout in noſtris terminis.*
77 *In criminalibus regularitèr prorogatio locum non habet.*
78 *Etiam non petentibus, & reluctantibus familiaribus, officialibuſque poſſunt Inquiſitores, & judices fiſcales cauſas, & lites avocare.*
79 *Privilegij effectus, licèt extendatur ad familiares, domino conceſſum intelligitur.*
80 *Inquiſitoribus, judicibuſque fiſcalibus juriſdictio conceſſa eſt privativè cum clauſulis abdicativis, & decreto irritanti.*
81 *In his terminis ſubditi in præjudicium ſuperioris alienam juriſdictionem prorogare non poſſunt, imò ſuperior ex officio poteſt avocare, illis invitis.*
82 *De baronibus idem eſt tenendũ.*
83 *In dubio ſuo velle privilegio renunciare nemo præſumitur.*
84 *Nec ex actu renunciationi proximo.*
85 *Quare ad excludendam renunciationem omnis conjectura toleratur.*

86 Pro-

86 *Procurator ſine ſpiciali manda- to jurisdictionem prorogare non poteſt.*
87 *Proteſtatio proteſtantis jus con- ſervat.*
88 *Poſt avocationem intimatam ad ulteriora procedere judex non poteſt.*
89 *Et attentatum eſt, quid poſteà fecerit.*
90 *Sive avocatio ſit juſta, ſive in- juſta.*
91 *Per avocationem judex manet inhibitus.*
92 *Inhibitio ſive juſta, ſive in juſta attentatum cauſat.*
93 *Seperior in materia avocatio- nis, & inhibitionis cenſetur is, qui eſt ſuperior in eodem gene- re juriſdictionis.*
94 *Inquiſitores, judiceſque fiſca- les ſunt privativè judices de- legati ad certam Univerſita- tem cauſarum.*
95 *Et in hujuſmodi cauſis maio- res, & ſuperiores quocumque Ordinario.*
96 *Si caſus ſi dubius, Inquiſitores, vel judices fiſcales cognoſcere debent, an ſua ſit juriſdi- ctio.*
97 *Quando inter delegatum, & Ordinarium vertitur dubium ſuper juriſdictione, ille, & non iſte cognoſcit, an ſit ſua.*
98 *Exceptiones, partibus citatis, remitti debent ad judicem avo- cantem.*
99 *Quando contentio eſt inter du- os Conſervatores, ille cognoſ- cere debet, qui habentium po- tiora privilegia Conſervator fuerit.*
100 *Conſervator ſcholaſticorum, & omnis alius eorum, quo- rum privilegia vincuntur à familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, tenen- tur remittere.*
101 *Intelliguntur, & declarantur proximè dicta.*
102 *In caſu à jure deciſo, vel à Doctoribus fatuitas eſt con- ſulere Principem.*
103 *Orta contentione, ſuper ſeden- dum eſt in cauſa principali.*
104 *Acta ſunt remittenda ad Sa- crum, & Supremum Inqui- ſitionis conſilium.*
105 *Pendente reſolutione nihil in- novandum.*
106 *Dum pendet contentio, judices neſciunt, quis eorum judex ſit.*
107 *Cauſa competentiæ alteri eſt præjudicabilis.*
108 *In cauſa principali ſuper ſe- dendum eſt, dum præjudica- bilis non reſolvitur.*
109 *Quomodo in caſu dirimenda eſt contentio.*
110 *Senatores Palatini tenentur ire ad Conſilium.*
111 *Ubi Inquiſitor antiquior pri- mum votum dat.*
112 *Eadem forma cuſtoditur in alijs Regnis, de quibus ibi.*
113 *Eadem ſervanda eſt, quo ad omnes alios caſus.*
114 *Redditur ratio.*
115 *Ratio ubi eſt eadem, debet eſſe*

eadem juris diſpoſitio.
116 *Quomodo formanda.*
117 *Judex, & notarius tenentur remittere proceſſum originalem.*
118 *Niſi contineat alios reos, quia tunc ſufficit exemplum.*
119 *Proponitur, an ſacrum, ac venerandum Concilium poſſit procedere contra judicem, & notarium renuentes remittere proceſſum.*
120 *Ad defenſionem juriſdictionis poſſunt Inquiſitores procedere per cenſuras Eccleſiaſticas.*
121 *Inquiſitores, quo ad familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, Eccleſiaſtici judices ſunt ſecundum multos.*
122 *Judices ſæculares non poſſunt formare Inquiſitiones ſpeciales contra familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis.*
123 *Et ſi eos capiant, eos ſtatim remittere tenentur.*
124 *Epiſcopi, & Inquiſitores quo ad privilegia æquiparantur.*
125 *Qui veniant appellatione familiæ Inquiſitorum.*
126 *Familia, & Officiales Epiſcopi gaudent tam in civilibus, quam in criminalibus privilegio fori.*
127 *Inquiſitores poſſunt procedere contra turbantes, aut impedientes miniſterium Sancti Officij.*
128 *Hujuſmodi ipſo jure manent excommunicati.*
129 *Privilegia conceſſa Sancto Officio, licèt ſæcularia ſint quo ad originem, quo ad effectum Eccleſiaſtica ſunt.*
130 *Acceſſoria induunt naturam principalis.*
131 *Referuntur DD. aſſerentes juriſdictionem Inquiſitorum, quoad præſentem materiam, eſſe ſæcularem.*
132 *Relinquitur quæſtio lectoribus, & judicibus reſolvenda.*
133 *Et conſuetudini, ſecundum quam vel affirmativè, vel negativà reſolvitur.*
134 *Epiſcopi familia, & officiales ſæculares privilegio fori non gaudent.*
135 *Admonentur judices, ut pareant fidei Miniſtris.*
136 *Qualitas tribuens juriſdictionem ante omnia eſt probanda.*
137 *Qualitas cauſæ, & tenor privilegij, ac conſuetudo.*
138 *Concordiæ aliquorum Regnorum tranſcribuntur, & numeris ſequentibus.*

JUs avocandi non competere jure civili, ſed ſolius Principis eſſe, qui libere poteſt quacumque in parte litis juriſdictionem judicis tollere, & revocare, apud omnes eſt in confeſſo: ut videre eſt apud *Benedictum Pereira in ſua Academia, ſeu Republica literaria lib. 3. diſput. 4. q. 2. n.* 401. *Covas pract.* 1

pract. cap.9.per totum, *ibi Faria*,
Lancellot. de attentat. 2. *p. cap.*10.
per totum, *Gregor. Lopes in l.* 47.
tit. 18. *partit.* 3. *Magon. deciſ.* 9.
*Cavalcan.deciſ.*45.*lib.*1.*& deciſ.*4.
*lib.*2.*præſumpt.*28.*n.* 36. *Surd. lib*
5.*conſ.*56.*Scobar.de pontificia*, *&*
*Reg.juriſdictione cap.*25. *& proba-*
tur ex Ord. lib. 1. *tit.* 58. §.22. *&*
23. *ubi latè Pegas gloſ.* 24. *&* 25.
& lib. 1. *tit.* 7. §. 1. *&* 31. *& lib.*
3. *tit.* 5. §. 10. *Avendan. de exe-*
quend. mandat. 1. *p. cap.* 19.*num.*
2. *Bertachin. de poteſtate Epiſcopi*
2 *lib.* 5. *p.* 5. *n.* 41. qui dicunt hoc
etiam minimè fieri debere à Prin-
cipe ſine cauſa; *Paulus Caſtrenſis*
in Auth. quia in provincia, *cod.*
ubi de crimine agi oportet. Pegas
*ad Ordinat. lib.*1.*tit.*3. §. 45. *gloſ.*
106. *num.* 18. *Maſtrilh. de Ma-*
giſtrat. lib. 5. *cap.* 7. *n.* 5. *&* 6. *&*
*deciſ.*127.*Solorzan.de jure Indiar.*
tom. 2. *lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 4.
Creſpo obſerv. 15. *Valenſuel. conſ.*
85. *per totum*, *&* 171. *n.* 12. *Pe-*
gas ad Ord. lib. 1. *tit.*2.§.13.*gloſ.*
52. *n.* 14. ubi de damno avoca-
tionis *Themudo deciſ.* 10.latiſſimè,
& noviſſimè *Stephanus*, *Nathen*
de juſtitia vulnerata Chriſtiane ju-
ridice, *& politice curata* 2. *parte*
*tit.*1.*de juſtitia in juriſdictione vul-*
nerata cap. 11. *per totum.*

3 Ideoque judices non poſſe a-
vocare cauſas ad ſuum judicium,
niſi hoc ſpecialitèr eis ſit conceſ-
4 ſum, probatur *ex Ordinationibus*
ſupra allegatis, *& ex l. ſolent.* §.
ſicut ff.de officio proconſulis ibi:*non*
autem debent in conſulto Principe
hoc facere, docentque DD. ſuprà
citati, & infrà referendi.

His ſuppoſitis, totus cardo rei 5
eſt, an Inquiſitoribus Apoſtoli-
cis conceſſum ſit jus avocandi cau-
ſas, & lites familiarium, officia-
liumque Sanctæ Inquiſitionibus ad
forum Sancti Officij, & hanc po-
teſtatem eis eſſe conceſſam; & in-
conſequentiam judicibus fiſcali-
bus; probatur *ex verbis privilegij* 6
relati cap. 3. *num.* ibi: *E nenhum*
ſe entrometa em conhecer nos caſos
aqui declarados,*em que hei por bem*
que os ditos Inquiſidores ſejaõ Jui-
ſes, *& tenhaõ juriſdiçaõ ſob pena*
de lhe ſer eſtranhado como o caſo me-
recer, *& tudo o que ſe fizer contra*
a forma deſte, *ſer nullo*, *& de ne-*
nhum vigor, *por aſſim ſer minha*
merce: per quam verba abdicavit 7
Rex omnem juriſdictionem Or-
dinariam, à judicibus Ordinarijs,
& illam tranſtulit privativè cum
inhibitione cæterorum judicum:
ex Capicio deciſ. 122. *n.* 6. *Anna*
conſ. 107. *n.* 4. *Rovitus tit. de mi-*
litibus pragm. 15. *n.* 10. *Giurba*
conſ. 95. *n.* 7. loquens in termi- 8
nis præſentis clauſulæ, cujus ea
eſt natura, ut cauſam reddat quo-
dammodo ſimilem cauſæ Cleri-
cali *Capicius ſuprà n.* 6. *Anna*
n. 6. *Franco deciſ.* 417. *num.* 8.
& deciſ. 722. *n.* 7. *Giurba dicto n.*
7. *Barboſ. clauſula* 91. *&* 92. *per*
totas, & juriſdictionem alijs de-
negare *Giurba conſ.* 59. *num.* 24.
Barboſ. dict. 229. *per totam*, ubi

 de

de vi dictionis *nullus*, *Capicius deciſ. 9. Foler. in praxi gloſ. audiantur n. 68. Gram. deciſ. 30. num. 1. Franc. deciſ. 723. n. 8. Riccius deciſ. 96. n. 11. Rovitus pragmat. 15. n. 10. Giurba conſ. 59. n. 24. optimè Carleval de judicijs tit. 1. diſp. 2. à n. 1203. Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 39. gloſ. 100. n. 2. & tit. 5. §. 4. gloſ. 6. n. 17.* ubi multos citat.

9 Etenim dictio nullus, de qua utitur Rex omnium eſt excluſiva: *ex l. adverſus cod. ſi adverſus tranſactionem, l. his ſolis cod. de revocandis donationibus, Felinus in cap. paſtoralis, n. 2. Decius conſ. 479. n. 2. Tuſcus concluſ. 556. à n. 10. Decianus conſ. 29. n. 45. Giurba d. n. 24. Gratian. deciſ. 78. n. 28. ibi Scopa, Barboſ. dictione 229. Seraphinus deciſ. 820. n. 6. Cabedo 1. p. deciſ. 22. n. 1. Carleval d. n. 1203. omninò videndus Pegas ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 39. gloſ. 100. n. 2. ubi dat alios.*

10 Habet enim implicitam negativam reſpectu aliorum, *Decianus conſ. 29. n. 45. Hondenda conſ. 8. n. 28. Giurba conſ. 59. n. 24. Barboſ. dictione 229. à n. 1. uſque ad*
11 *ultim.* quæ expreſſa non ſunt, *Giurba dicto n. 24.* & ex illo verbo *alius nemo* juriſdictio privativè
12 data cenſetur: *Rom. conſ. 393. n. 11. Roinus conſ. 7. n. 6. tom. 4. Capicius deciſ. 9. n. 15. Gram. deciſ. 30. num. 8. & 9. Decianus conſ. 35. n. 60. Millanenſis deciſ. 5. n. 3. & 4. p. 2. Giurba conſ. 59. num. 25. Grat. deciſ. 145. n. 2. ibi Scoppa, Plotus conſ. 133. n. 29. volum. 1. Cartara deciſ. 68. num. 4. Borrellus in ſumma deciſ. tit. 41. n. 75. & 77. Menoch. lib. 2. præſumpt. 18. n. 11. & de arbitrarijs q. 40. num. 7.* eo maximè juncta 13
clauſula *nullus ſe intromittat*, qua utitur Rex, quæ clauſula privativam juriſdictionem ita tribuit, ut derogatum ſit cuicumque juriſdictioni, partium prorogatione non obſtante: *ex l. dominicis ultim.* 14
cod. ubi cauſa fiſcalis, ibi Barboſ. num. 3. Menoch. lib. 1. præſumpt. 18. n. 13. Gracia de nobilitate gloſ. 1. n. 5. Fulvius Pacianus de probationibus lib. 1. cap. 31. n. 56. Barboſ. in leg. 1. ff. de judicijs art. 4. à n. 99. Giurb. conſ. 59. n. 25. Bald. in l. teſtamenta cod. de teſtamentis, Felinus in d. cap. paſtoralis, Gratian. deciſ. 78. & Forenſ. cap. 569. n. 29. Carleval de judic. tit. 1. diſp. 2. n. 1061. & 1100.

Addit Rex Decretum irritans 15
omnium, quæ in contrarium facta fuerint, ibi: *E tudo o que ſe fizer contra a forma deſte ſer nullo*, cujus clauſulæ ea eſt natura, & effectus, ut irritet, ſeu annullet omnia, quæ in contrarium fiunt: *ex cap. ſi eo tempore de electione lib. 6. cap. 1. verſ. adjiciabatur de conceſſione præbendæ eodem lib. Covas prácticar. cap. 9. n. 7. Solorſanus de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4. n. 23. Mariſcotus variar. lib. 2. cap. 38. Gratianus cap. 283. n. 3. 574. num. 5. & 9. 591. num. 13.*

Phæb.

Phæb.2.p. deciſ. 237. *n.* 5. *cum infinitis Barboſ. de clauſulis clauſula* 40. *n.* 2. *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *à n.* 1102. *Pegas ſupra , & infrà.*

16 Ipſo jure etiam parte non opponente : *Barboſ. d. clauſula* 40. *n.* 3. *Caldas forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 29. *Tuſcus practicar. concluſionum tom.* 2. *litera D. concluſione* 115. *Marta de clauſulis clauſula* 191. *n.* 6. *Moneta de commutatione ultimar.voluntat.cap.* 7. *n.* 230. *Gracia de beneficijs parte* 5. *cap.*1.§.9. *Valenſuel. conſ.* 228. *n.* 91. & eſt conſtans apud omnes, de quibus *Carleval in locis ſupra citatis* , *Pegas ad Ord.lib.*1. *tit.* 3. §. 39. *gloſ.* 100. *n.*2. *& tit.* 5. §. 4. *gloſ.* 6. *n.* 17.

17 Quamvis partes millies conſentiant,quia formam inducit, qua non ſervata actus corruit, *Gutierr. pract.lib.* 3. *quæſt.*15.*Marta de juriſdict.parte* 4. *centur.*1.*caſu* 49.*n.* 19. *cum infinitis Barb. d. clauſula* 40. *n.* 32. *Zevallos q.* 900. *n.* 13. *Gracia de nobilitate gloſ.* 15. *n.* 9. & diſpoſitioni , cui adjuctum eſt , licèt facta ſit ad commodum partis , non poteſt ipſa pars renunciare , poſtquam uti incepti , ſive expreſſè, ſive tacitè , ut cum communi calculo DD. reſolvit *Barboſa dicta clauſula* 40. *n.* 5. *& melius n.* 33.*Carleval ſupra n.*1100. *n.* 1130. *&* 1142. *Themudo* 1. *p. deciſ.* 44.

18 Conſuetudinem ne dum in præteritum , ſed etiam in futurum tollit : *Marta ſupra num.* 9. *cum alijs Barboſ. d. clauſula* 40. *num.* 35. ubi ait contra decretum irritans allegari non poſſe non uſum , contrarium vè uſum.

Procedit Rex addendo dictionem , quod facta in contrarium ſint nullius momenti, cujus dictionis ea eſt natura , & is eſt effectus, ut importet ipſo jure nullitatem actus in contrarium geſtis : *ex l. ſiquis Sempronium ff. de hæredibus inſtituend. Scobar in tract. de utroque foro art.* 5. *n.* 210. *cum infinitis Barboſ. de dictionibvs dictione* 227. 19

Concludit itaque Rex ſimile privilegium conceſſiſſe ex ſua liberalitate , cujus clauſulæ ea eſt natura , ut reddat privilegium favorabile , & latè interpretandum , *Barb. cæteris relatis clauſula* 79. *n.* 26. & habeat vim clauſulæ non obſtantibus *Barb. n.* 13. ubi multos dat concordantes. 20

Ex quibus omnibus , & infrà dicendis apertè conſtat Inquiſitores , quo ad officiales continuos Sanctæ Inquiſitionis , & judices fiſci, quo ad familiares eſſe judices ita privativos , ut nullus alius in Regno eorum judex dici poſſit. Atqui judex privativus poteſt inibere , & procedere contra alios quoſcumque judices uſurpantes ſuam privativam juriſdictionem tamquàm privatos : *ex l.* 1. *in principio ff. ſiquis jus dicenti non ob temper. l. obſervandum ff. de officio Præſid. cap.* 1. *cap. præstereà cap. ſignificaſti* 21

caſti. cap. ex literis, *cap. de cauſis*
de officio, *& poteſtate judicis dele-*
gat.junctis gloſſis ibi,*& Barb.capit.*
dilecto de ſentent. excommunicat.
in 6. *cap.* 1. *gloſ. verbo punire de*
pœnis in 6. *Barboſ. in d. cap. dilecto*
de ſent.excommunicat.in 6. *Cortia-*
da deciſ. 27. *n.* 8. *&* 9. *Fontanel-*
la deciſ. 318. *num.* 9. *&* 319. *nu-*
mer. 20. *Menoch. conſ.* 230. *à n.*
80.*Marta de juriſdictione p.*3.*cap.*
1. *à n.* 4. *& p.* 4. *cap.* 128. *n.* 4.
Pareja de inſtrum.edict. tom. 1. *tit.*
2. *reſolut.* 6. *n.* 29. *Bobadilha lib.*
2. *politicor. cap.* 18. *n.* 85. quibus
adde, quos citavimus in noſtro
opere *de Munere Judicis Orpha-*
*norum tract.*1.*lib.*4.*cap.*14.*&tract.*
22 5.*lib.*1. *capit.* 6. quia conceſſa ju-
riſdictione, omnia cenſentur con-
ceſſa, ſine quibus juriſdictio ex-
erceri non poteſt, *ex l.* 2.*ff. de ju-*
riſdict. omnium judic. & nos latè
diximus *d. cap.*14.*Seſſe de inibitio-*
23 *ne tit.* 9. §. 1. *num.* 18.ubi tradit,
quòd judex poteſt armis materia-
libus, & legalibus reſiſtere, tur-
bantibus uti ſua juriſdictione: er-
go Inquiſitores, Judiceſque fiſca-
cales poſſunt cauſas avocare à quo-
cumque judice, eumque inibere,
nè ulteriùs procedat, *Pegas ad*
Ord. lib. 2. *tit.* 14. *& tit.* 47. *in*
principio n. 31.

24 Confirmatur noſtra reſolu-
tio, quia ita practicatur ab Apoſ-
tolicis Inquiſitoribus, Judicibuſ-
que fiſcalibus ex conſuetudine
immemoriali, ut ipſe teſtor, qui
ita vidi fieri ab Inquiſitoribus E-
borenſibus, quorum hodie eſt pri-
mus frater meus utrinque conjun-
ctus valdè colendus Domus *Em-*
manuel Guerreiro Camacho Algra-
bienſis Sedis Decanus, & à Co-
nimbricenſibus, quorum primus
eſt egregius vir, tum literis, tum
virtute, tum nobilitate, ac cæ-
teris animi dotibus præclariſſimus
Dominus Doctor *Joannes Du-*
ardus Ribeiro amicus meus valdè 25
dilectus, & ab Ulyſiponenſibus,
quorum primus eſt Dominus Do-
ctor *Petrus Haſſe de Bellem* vir
ſane eximiæ virtutis, & letiratiſ-
ſimus, ac omnibus titulis colen-
diſſimus, clariſſimus,amicus meus
ſummè amabilis, & ita practica-
vi tam in Eborenſi fiſco, quam in
hoc Conimbricenſi, & accepi ob-
ſervatum ab omnibus meis ante-
ceſſoribus, quæ quidem conſue-
tudo privilegij vim habet tituli:
ex capit. ſuper quibuſdam §. præ-
ter de verborum ſignificat, *ibi Bar-*
boſ. Felin.in cap.accedentes de præſ-
cription. Giurba conſ. 59.*n.*7. *Ale-*
xander conſ. 24. *n.* 14. *in Ruinum*
conſ. 103. *n.* 4. *in* 5. *conſ.* 115.
n. 24. *Roland. conſ.* 89. *n.* 32. *in*
2. *Gabr. in titul. de præſcript. con-*
*cluſ.*12.*Peregrinus de jure fiſci lib.*
7. *tit.* 3. *n.* 22.*Gratian. cap.* 492.
n. 1. *&* 461. *n.* 13. *Sixtinus lib.*
1. *de Regalibus cap.* 5. *à n.* 132.
Tuſcus litera C. concluſ. 873. *n.*
1.*Balmaſſeda de collectis q.* 119.*n.*
8. *& quæſt.* 126. *n.* 9. etiam in ca-
ſibus reſervatis, *Gratian. cap.*
492. *n.* 4.*Giurba cum alijs n.*7. &
utriuſ-

utriuſque par virtus eſt ; *cap. no-*
vit. de judicijs , *cap. conqueſtus* 11.
27 *q.* 3. ut nec contraria admittatur
probatio : *Giurba dict. numer.* 7.
Bobadilha lib. 5. *politicor. cap.*10.
28 *n.* 11. *&* 12. quin neque populi
conſenſum probare neceſſe eſt *Tuſ-*
cus litera C. concluſ. 873. *n.* 4. *Gi-*
urba dicto n. 7. nec certam Princi-
pis ſcientiam *Tuſc. d. n.* 5. *Giurba*
d. n. 7. *Sextinus de regalibus lib.* 2.
cap. 12. *n.* 159. *Surd. conſ.* 335.
n. 68.
29 Optima legum , & privilegij
eſt interpres *Giurba conſ.* 19. *n.*
42. 54. *&* 65. *& conſ.* 39. *num.*
68. *Valenſuela conſ.* 8. *numer.* 4.
Afflict. deciſ. 136. *tx. in lege mini-*
mè , *ff. de ligibus* , *Barboſ. axiom.*
56. *n.* 8. *Molina de primogenit.*
lib. 2. *cap.* 6. *n.* 57. *Gutierr. pract. lib.*
3. *q.* 62. *n.* 26. *Molina de juſtitia*,
30 *& jure tomo* 3. *diſputat.* 590. Im-
mò & privilegia in eo prævalent ,
in quo obſervata fuerunt : *ex ca-*
pit. ſi de terra de privileg. ibi Bar-
boſ. cap. cùm acceſſiſſent de conſti-
tutionibus , leg. 1. *ff. de nundinis* ,
Molina de primogenit. lib. 2. *cap.*
7. *n.* 71. *Bobadilha d. cap.*10. *n.*10.
cum alijs , *Giurba conſ.* 59. *n.* 30.
31 qui *n.* 6. ait , quòd conſuetudo
juriſdictionem retinet , eamque
tribuit , auget , minuit, ac merum ,
mixtumque imperium , *ex l. viros*
cod. de diverſis officijs lib. 12. *cap.*
conqueſtus 9. *quæſt.* 3. *cap. irrefra-*
gabili. §. 1. *cap. dilectus de officio*
Ordinarij. capit. cùm contingat de
foro compet. cap. 2. *de except. Can-*
cer. 3. *var. cap.* 2. *num.* 63.
Unde firma permanet noſtra 32
reſolutio , dum tenet , Inquiſito-
res , Judiceſque fiſcales poſſe avo-
care cauſas , & lites officialium ,
familiariumque Sanctæ Inquiſitio-
nis à quocumque judice , ſive Or-
dinario , ſive Delegato , quam am-
pliamus primo , ut procedat etiam ,
quamvis lis , ſeu cauſa ſit jam
conteſtata apud quemcumque ju-
dicem, & probamus primo amplia-
tionem noſtram , quia ſuppoſito
privilegio , & clauſulis abdicati-
vis illius , cæteri alij judices regni
non poſſunt cognoſcere de cau-
ſis familiarium , officialiumque
Sanctæ Inquiſitionis ex defectu ju-
riſdictionis , ut hactenùs probavi- 33
mus in præſenti cap. & abundè in
antecedenti , *&* *cap.* 4. Atqui con-
teſtatio facta in cauſa , in qua ju-
dex nullam poteſt habere juriſdi-
ctionem nullos conteſtationis pro-
ducit effectus , ut notant *Doctores*
ad titulum de litis conteſtatione, ubi
Zoeſius & Valenſ. ad titulum cod.
de litis conteſtatione, & ad noſtram
Ord. lib. 3. *tit.* 51. quia omnia
geſta coram non judice nulla ſunt, 34
& quod nullum eſt effectum va-
lidum producere non poteſt : *ex*
leg. 3. §. *condemnatum ff. de re ju-*
dicata , *cum alijs* , *de quibus Bar-*
boſ. axiom. 164. *per totum* : ergo
etiam poſt conteſtationem litis va-
lidè avocantur cauſæ , ſeu lites, *Ca-*
bedo 1. *parte deciſ.* 22. *num.* 4. *&*
10. *Ord. lib.* 3. *tit.* 37. §. 2. *ibi*
Barboſ.

Dd Secun-

35 Secundò probamus, quia juriſdictio Inquiſitorum, & judicum fiſcalium ex privilegio ſeparata fuit in favorem Religionis, & in debitam Inquiſitorum reverentiam:
36 ut probavimus *cap.* 4. & patet ex privilegijs relatis *cap.* 3. & hæc fuit cauſa finalis proxima hujus conceſſionis, & non ipſi familiares, qui ad plurimum ut cauſa remota conſiderari poſſunt; Atqui ubi juriſdictio data eſt in favorem alicujus communitatis privativè, non poterunt alijs judices cognoſcere de illis cauſis, etiam ex prorogatione partium,
37 ut tradit noſter inſignis *Barboza ad text. in lege* 1. *ff. de judicijs artic.* 4. *num.* 49. *&* 50. ibi: *Ex quibus colligitur valde notanda concluſio in hac materia, quod ubi ex verbis conceſſionis colligitur juriſdictionem datam fuiſſe privativè, ut in caſibus, quos congerit Felinus in capit. cæterum de judicijs, Ruinus conſ.* 7. *numer.* 6. *lib.* 4. *non poterunt alij judices cognoſcere de illis cauſis, etiam ex prorogatione partium*, tradunt etiam *Cabedo deciſ.* 22. *n.* 2. *Giurba in noſtris terminis conſil.* 95. *n.* 7. *Carleval de judicijs diſp.* 2. *n.* 1100. *Pereira deciſ.* 29. *Cortiada deciſ.* 10. *n.*237. *Gratian. deciſ.* 78. *n.*25. *ibi Scopa, Salorzan. in politicis lib.* 6. *cap.* 14. *Cinus in l.* 1. *cod. de juriſdict. omnium judic. n.* 2. *Gutierr. de juram. confirmat. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 20. *Amat. reſoltut.* 33. *num.* 19. *Fermoſin. in cap. ſignificaſti* 18. *de foro compet. q.* 1. *n.* 19. *ibi Felician. de Veiga n.* 24. *infinitis relatis Carleval de judicijs diſputat.* 2. *numer.* 1169. *Salzed. in l.* 1. *tit.* 13. *lib.* 3. *recopilat. à n.* 13. *uſque ad* 25. *Mattheu de regimine Valentiæ tom.* 1. *cap.* 4. §. 10. *n.* 8. *&* 7. *Barboſ. in leg.* 1. *cod. de juriſdict. omnium judic. à num.* 1. *uſque ad* 13. *Maranta de ordine judicior. parte* 4. *diſtinct.* 12. *Menchaca illuſtrium parte* 2. *cap.* 13. *per totum*: ergo etiam poſt litem conteſtatam cauſæ, ſeu lites avocari poſſunt.

Nec obſtat primo, quòd ampliſſima ſit juriſdictio Ordinaria, habeatque intentionem fundatam contra omnes, & quocumque in ſuo territorio exiſtentes adeò, ut contrarium aſſerentibus incumbat onus probandi privilegium exemptionis: *ex lege* 1. §. *cum Urbem ff. de officio Præfecti Urbis, cap. cùm perſonæ de privileg. in* 6. *l. ſi quos ex aliena ff. de judicijs, Barboſ. in lege Titia ff. ſoluto num.* 31. *Cortiada deciſ.* 13. *infinitos referens n.* 4. *&* 5. *Valenſuel. conſ.* 57. *à n.* 1. *Seſſe de inhibitione, cap.* 5. §. 10. *à num.* 5. *Menoch. conſ.* 195. *n.* 3. ubi quinquaginta quatuor Doctores congerit, quibus adde, quos citavimus *de Munere Judicis Orphanorum lib.* 4. *cap.* 14. *Peg. ad principium Ord. lib.* 2. *tit.* 47. *n.* 31. 38 39

Quia respondemus: quod cùm omnis juriſdictio penès Principem dumtaxat ſit, & ab eo tam

tamquàm à fonte procedat, ut in-
finitis relatis docet *Giurba conſ.*
59. *n.* 34. *Cortiada deciſ.* 38. *n.*
40 25. ubi infinitos comulat, poteſt
illam, prout voluerit, alteri com-
municare, proindèque omnes ju-
dices nullam aliam juriſdictio-
nem habent, niſi quatenùs à Prin-
cipe, vel ſtatuto eis fuerit commu-
41 nicata: *gloſ. verbo in criminali-
bus titul. de pact. conſtant. Bald. in
Authentic. decernimus cod. de Sa-
croſanct. Eccleſ. n.* 2. *Ruginel pra-
ctic.q.*42.*n.* 4. *Maſcard. de probat.
concluſ.* 1050. *num.* 7. *Maſtrilb.
de magiſtrat. lib.* 5. *capit.* 5. *num.*
2.*Peregrin.de jure fiſci lib.* 1. *tit.*1.
n. 12. *cum alijs*, *Giurba dicto conſ.*
59. *n.* 35. Unde cum Princeps fa-
miliares, officialeſque Sanctæ In-
quiſitionis, quo ad caſus privilegia-
tos à juriſdictione Ordinaria, exem-
ptos fecit, nullam reſpectu illorum
habent juriſdictionem, ac per con-
ſequens rectè ab eis cauſæ, ſeu li-
tes avocantur.

42 Non obſtat ſecundo, quòd
juriſdictio judicum Ordinario-
rum eſt prorogabilis: ut docet
Barboſ. in lege 1. *cod. de juriſdict.
omnium judicum*, *n.* 1. cum infini-
tis, *Cortiada deciſ.* 35. *num.* 5.
& 31. latiſſimè *Barboſ. in l.* 1. *ff.
de judic. art.* 1. *per totum*, *Pereir.
deciſ.* 29. *per totam*, *Cabedo* 1. *p.
deciſ.* 22. *per totam*, *Carleval de
judicijs tit.* 1. *diſputat.* 2. *à num.*
969. *uſque ad* 1253. *Pegas ad Or-
dinat. lib.* 2. *titul.* 47. *in principio
n.* 31.

Quia reſpondemus, quod hoc 43
non procedit quando Princeps ju-
riſdictionem privativè conceſſit
alicui judici, tunc enim adverſus
eum prorogari non poteſt, qui
clauſulam habet abdicativam, *Ab-
bas in capit. ex tranſmiſſa de foro
compet. notabili* 1. *Capicius deciſ.*
9. *n.* 15. *Franc. deciſ.* 417. *n.* 2.
Boer. deciſ. 114. *Ruginel pract. q.*
47. *num.* 26. *in terminis Giurba
conſ.* 95. *n.* 14. ubi alios citat *Peg.
ad principium Ordin. lib.* 2. *tit.*63.
n. 14. *&* 15.

Non obſtat tertio, quod re- 44
nunciare quiſque poſſit fori ſuo
privilegio à lege, vel Principe
conceſſo, quia id verum eſt, ſi
fori privilegium renunciantis fa-
vorem concernat, ſecùs ſi ſupe-
rioris: *ex lege* 1. *&* 2. *ff. de judi-* 45
cijs, *l.*1.§. *& poſt operis ff. de novi
operis nunciation. ibi Jaſon. num.*
11. *Clar.* §. *fin. quæſt.* 42. *Can-
cer.* 2. *variar. cap.* 2. *n.* 194. *Gi-
urba conſ.* 59. *n.* 40. *&* 41. *&
conſ.* 95. *n.* 13. quo in caſu abſque
ejus conſenſu renunciatio facta
non ſubſiſtit, *Roman conſ.* 369.
n. 18. *Giurba dicto num.* 13. *Affli-
ctiſ. deciſ.* 137. *Gratian. deciſ.*78.
n. 58. *ibi Scopa*, *Coſta de ſcientia,
& ignorantia centur.* 2. *diſt.* 66.
n. 15. *Rovitus pragm.* 2. *numer.*
25. *Peres in lege* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Or-
dinamenti. Cenelo q.* 12. *n.* 8. *&* 9.
Tuſcus practicar. litera C. concluſ.
1027. *n.* 3. *Gail lib.* 1. *obſerv.*40.
neque enim procedit *tx. in l. ſiquis
in conſcribendo cod. de pactis cum*

ſimilibus, ſi de alterius renunciantis agatur præjudicio, *Franc.deciſ.* 540. *n.* 20. *Menoch. conſ.* 1261. *num.* 25. *& conſ.* 1129. *num.* 2. *Giurba conſ.* 59. *n.* 40. *Otalor. de nobilitate parte* 2. *cap.* 9. *n.* 13. *Trentacinq. var. lib.* 1. *tit. de reſcriptis, & privileg. reſolut.* 9. *n.* 5. *&* 6. *& reſolut.* 10. *n.* 4. Proinde, alienæ juriſdictioni, & ſi poſſit quilibet ſe ſubmittere, in præjudicium tamen tertij non poteſt *Seſſe de inibitione cap.* 26. §. 1. *n.* 5. *Ozaſc. deciſ.* 78. *per totam, Azeved. in l.* 11. *n.* 15. *&* 16. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.*

46 Unde cùm privilegium conceſſum familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis non ſit conceſſum ob eorum primarium favorem, ſed Religionis: ut patet ex privilegio Regis Sabaſtiani ibi: *Que havendo reſpeito ao ſerviço que os Officiaes, & Familiares do Santo Officio fazem a noſſo Senhor em ſeu officio*, & ex primo privilegio Henriquiano ibi: *Pelo grande dezejo que tenho de em tudo ajudar, & favorecer o Santo Officio da Inquiſiçam*, docetque *Fermoſin. in alleg. poſt titul. de foro compet. num.* 34. *&* 35. *& in capit. cum contingat de foro compet. quæſt.* 11. *& in allegationibus fiſcalibus alleg.* 1. *per totam, & alleg.* 13. *n.* 37. *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſput.* 2. *ſect.* 6. *n.* 509. benè ſequitur, quòd familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegijs conceſſis miniſterio Sancti Officij renunciare non poſſunt: ut concludimus *cap.* 4. *per totum*, & ita judicatum fuit ad favorem *Nicolai da Rocha* apud Notarium *Rodericum da Coſta de Almeyda*, ac per conſequens non obſtante renunciatione, ſeu prorogatione legitimè avocantur cauſæ, & lites, etiam poſt conteſtationem litis: diximus *cap.* 4.

Deinde reſpondemus, privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, non ipſis, ſed miniſterio Sancti Officij in ejus reverentiam, authoritatem, regaliamque fuerunt conceſſa: ut patet ex ſecundo privilegio Henriquiano ibi: *Para conſervaçam da ſua authoridade, & do reſpeito, que ſe lhe deve ter*, & privilegia conceſſa in regaliam, & venerationem alicujus renunciari non poſſunt, ut in terminis docet *Giurba d. conſ.* 95. *n.* 8. *Carleval ſuprà n.* 814. *& n.* 1058. *& n.* 1093. 47

& 1100. Indè colligitur evidentèr, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis juriſdictionem prorogare non poſſe, aut privilegio fori renunciare, quod idem eſt, ſiquidem prorogare, & renunciare verba ſynonima ſunt, *Carleval d. diſput.* 2. *n.* 1061. & diximus *cap.* 4. 48

Hinc venit, ut Vaſſallus Baronis, renunciata exceptione declinatoriâ, quocumque modo ſive tacitè, ſive expreſſè, poteſt Baro in quacumque parte litis petere remiſſionem cauſæ ſui Vaſſalli, eamque obtinere debebit, *Carleval dicto* 49

dicto tit. 1. *n.* 808. 858. *& num.* 1059. *& n.* 110. *Giurba conſ.* 59. *n.* 42. *&* 95. *n.* 8. *&* 14. in quibus locis infinitos citat, aliàs eſſet in manu Vaſſalli fraudare dominum in manuque familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis privilegia Sancti Officij evertere, vagareque per aliena judicia, deficiendo muneri ſuo in detrimentum Sancti Officij, quod minimè admitti debet, maximè hodie, cum numerus eorum ſit reſtrictus & neceſſarij tantùm privilegijs gaudent.

50 Inſtabis *ex l. noviſſima*, de qua *cap.* 3. ubi Sereniſſimus Rex noſter reſolvit, familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis invitos cogi non poſſe coram non ſuo judice litigare: ex verbis ibi: *Nam querendo elles ſer demandados*, ex quibus verbis à contrario ſenſu colligitur poſſe conveniri coram non judice ſui privilegij, ſi eo uti noluerint, quod quidem argumentum validiſſimum eſt in jure: *ex l.* 1. *§. hujus rei cum alijs, de quibus Barboſ. loco* 27. *à n.* 1. ſed reſpondemus, quod argumentum à contrario ſenſu non valet, quando ex tali argumento ſequitur correctio juris: ut cum infinitis docet *Barboſ. dicto loco* 27. *num.* 29. & probatur *ex cap. ſignificaſti de foro competenti*, quæ correctio ſequeretur, ſi à contrario ſenſu argumentum in præſenti caſu admitteremus, nam pullularet correctio Henriquiani privilegij prohibentis cum decreto irritanti cognitionem alijs judicibus, non eſſentque privilegia conceſſa primario in Religionis favorem, reverentiamque, & regaliam tanti, ac Sanctiſſimi miniſterij, quod non eſt dicendum, ſed reſpicerent primariò favorem officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis, non publicum, ſed privatum, quod non eſt ferendum.

Ampliamus ſecundo, ut procedat etiam poſt ſententiam, & probamus, quia totiès quotiès juriſdictio ita denegata eſt alijs judicibus; ut eorum juriſdictio prorogari non poſſit, nec fori renunciatione, tales judices, non tantum ſunt incompetentes, ſed prorſus incompetentes ad cognoſcendum de cauſis, & litibus exceptis *Carleval d. diſp.* 2. *n.* 1203. *&* 1193. *&* 1100. *&* 1186. *Barb. in l.* 1. *art.* 1. *n.* 105. *ff. de judic. Cap. Plant. in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 113. *de Baronibus, Gam. deciſ.* 219. *Foler. in pract. criminali* 1. *p.* 2. *q. verbo audiantur executores, num.* 63. *Giurba dicto conſ.* 95. *n.* 8. *Carleval d. diſput.* 2. *n.* 814. ubi vide; Sed ſententiæ latæ à judice incompetenti, & contra non ſubditum nullos juris producunt effectus, ut probat *tx in l.* 4. *§. condemnatum ff. de re jud. Ord. lib.* 3. *tit.* 75. *in principio. ibi Barb. & tit.* 87. *§.* 1. *ibi Barboſ.* latè *Bayo in praxi Eccleſiaſtica p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 21. & nos diximus latè *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. 51

Giurba conſ. 21. *n.* 5. *& 6. ubi plu-*
52 *res dat concordantes*: ergo non obſtante ſententia, rectè cauſa avocatur, nam ſi jurisdictio non eſt prorogabilis, etiam poſt tres ſententias exceptio opponi poteſt,
53 docente *Cabedo p.* 1. *deciſ.* 22. *n.* 10. *& ita judicatum fuit in cauſa familiaris Roderici de Ceupta; teſte Mendes in praxi* 2. *p. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. & ita decrevit noſter Sereniſſimus Rex in cauſa familiaris *Didaci Soares* contra Monetarium *Alvarum Ferreyra de Macedo*: ut patet ex decreto relato *cap.* 3.

54 Neque dicas, quòd ideò poſt ſententiam cauſæ ſupra dictæ remiſſæ fuerunt ad judicem fiſcalem qui familiares ibi numquam in judices conſenſerunt, ſed ſemper proteſtaverunt ſe non conſenſiſſe, ac ad ſuum judicem tenacitèr declinaverunt, quod ſecùs foret, ſi vel ipſi familiares reſpondere minimé recuſaverint, vel adverſus eos in contumaciam uſque ad ſententiam procederetur, quia reſpondemus quod nec conſenſus in primo caſu, nec contumacia in ſecundo illis officeret, quin poſſent poſt ſententias etiam vel excipere de nullitate, & declinare ad ſuum judicem, vel petere avocatoriam, quo ad primum, quia cum lex, ſeu privilegium, quod idem eſt, tollat jurisdictionem, impediatque prorogationem, & renunciationem, ut ſatis, ſupèrque abundè demonſtratum eſt, docetque *Carleval de judicijs tit.* 1. infinitis propemodùm relatis *diſput.* 2. *à n.* 1093. *& à n.* 1102. parum prodeſt conſenſus litigantis, cui lex reſiſtit, ſiquidem nullus eſt conſenſus contra legem illum irritantem, ut in eſpecie docuimus ſuprà *n.* 18. multis relatis, & nos diximus *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 2. *à n.* 978. *& in ſpecie à n.* 1012. *&* 1203. *&* 1204.

Qúo ad ſecundum, quia con- 55
tumatia judicis prorſus incompetentis jurisdictionem prorogare non poteſt, *Innocent. in cap. innotuit ad medium de eo, qui furtim ordines ſuſcepit. Marcus deciſ.* 120. *parte* 2. *cum infinitis*, *Giurba conſ.* 95. *n.* 9. *Carleval de judicijs tit.* 1.
diſp. 2. *n.* 1000. quia ad prorogatio- 56
nem requiritur conſenſus: ut docet *Carleval à num.* 979. & non
ſufficit fictus, ſeu interpretativus, 57
ex eodem *Carleval num.* 1000. *&* 1001. *Immò ſcripſit Bald. in cap.* 1. §. *Sacramentum n.* 17. *de conſuetudine recta feudorum*, *Giurba d.*
conſ. 95. *num.* 10. per proceſſum 58
contra contumacem non acquiri jurisdictionem: *ex Innocentio in*
cap. olim 3. *de reſtit. ſpoliat.* qui & 59
fortiùs id verum addit, etiam ſi ad ſententiam fuerit adventum, dùm non conſtet de obſervantia ſententiæ: *Bald. conſ.* 332. *volumin.* 3. *Rovitus pragm.* 1. *n.* 22. *&* 23. *Tuſcus litera C. concluſ.* 1027. *n.* 4.
licèt judex incompetens ſe com- 60
peten-

petentem contra contumacem pronunciaret, quia etiam in hoc caſu juriſdictio non prorogatur, quia eſt improrogabilis, *Carleval n.* 1002.*in fine. Decius conſ.*18.*n.* 5. *& ita reſolvit Giurba conſ.* 95. ubi per totum probat, familiarem Sanctæ Inquiſitionis in contumaciam banitum, non obſtante tali ſententiâ ad forum Sancti Officij eſſe remittendum; *Barboſ. in cap. cum ordinem* 6.*de reſcriptis* ubi cum multis docet, quod privilegiatus reſpectu fori adeò incompetentis non tenetur citatus venire ad alegandum.

61 Nec obſtabit, ſi dicas, quod inter plures in contumacem pœnas in jure ſtabelitas, ea præcipua eſt, ut omnes exceptiones dilatorias præſertim, & declinatorias amittat, *Afflictiſ. deciſ.* 113. *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1001. *Giurba conſ.* 95. *Coſta conſ.* 46.*n.* 3.4.*Anna ſingu.*120. *Tuſcus litera C. concluſione* 1027. *n.* 1. *concluſ.* 244. *Carpa Mediol. ſtat.*10. *num.*

62 137. *Theſaur. deciſ.* 265.*n.*2.contumacia alterius juriſdictionem prorogat, *l.* 1. *&* 2. *ff. de judicijs;* eamque tribuit non habenti, *Angel.& Imola, l. ſi finita*, §.*item videamus ff. de damn. infecto*, *Alexand. l. quidam conſulebant ad fin. ff. de re judicata. Neviz conſ.* 18. *n.* 14. *Coſta conſ.* 46. *n.* 5. *Burſ. conſ.*74. *n.* 48. Privatus conſenſus

63 facit judicem eum, qui juriſdictioni præeſt, *l.* 1. *l. privatorum*, *cod. de juriſdict. omnium judicum*, *Cened. Canon. q.* 12. *n.* 10. & interpretatur in id, quod eſt deterius 64

contumaci; *Barthol. l. quandiu ff. de acquir. hæredit. ex Marant. & Rebuf. tradit Coſta d. conſ.* 46. *n.* 65

7. cum poſſit quiſque fori ſui privilegio renunciare, *l. ſiquis in conſcribendo cod. de pact. l.* 1. *ff. ſiquis in jus vocatus*, *l. ſi conveniret ff. de juriſdict. omnium judic.* niſi Clericus, *cap. ſignificaſti. cap. diligenti de foro compet. Gail. lib.* 1. *obſ.*40. *n.* 7. *Gutierr. de juramento p.* 2. *cap.* 16. *à n.* 37. Superioris ſui conſenſu nec requiſito; *Abbas d. cap. ſignificaſti n.* 4.*Cened. d. quæſt.* 12. *n.* 6. qui de Sancti Officij familiari loquitur *à n.* 1. *& infra.* Præſertim, quòd renunciata fori exemptione ſubjicitur Regi ad priſtinum juris ſtatum regrediens.

Quia reſpondemus primo, quòd contumax coram judice, ipſo jure, incompetenti non prorogat ejus juriſdictionem, *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *n.* 1001. Secundò quod licèt conceſſio, quæ tribuit juriſdictionem privativam, non impediat prorogationem cùm caſum illius non comprehendat: *ex l. in ſacris* 13.§.*modum. juncta gloſ. ibi verbo eos cod. de proximis ſacrorum Scriniorum lib.* 22. *& notat Iſernia in conſtit. ſtatuimus in fine, & ibidem Afflict. n.* 43. *de officio Magiſt. juſtitiar. Barboſ. in d. l.* 1. *art.* 4. *num.*60. *ff. de judicijs*, idque confirmatur ex *doctrina Joannis de Imola* in ſimili caſu, *in d. cap. P. & G. n.*47. *in fine*

fine de officio delegati, *& mirabili doctrina Saliceti in l. certa* 5. *n.* 2. *in fine. cod. quando provocar. non eſt neceſſe*, *quos refert*, *& ſequitur Carleval ſuprà n.* 1100. Tamen hoc non procedit, quando Princeps ſpecialiter prohibet prorogationem: *Salicet. ſupra*, *Carlev. ſupra*, *Barboſ. ſupra n.* 111. *&*
68 112. *cum ſequentibus*, *& à n.* 152. quam quidem ſpacialiter prohibere cenſetur, quando in conceſſione inſeruntur clauſulæ abdicativæ, & decreti irritantis: ut cum multis docet *Carleval d. n.* 1100. *Foler. in pract. criminali* 1. *p. ſecundæ partis verbo audiantur excuſatores n.* 63. & eleganter explicat, & proſequitur in *conſtit. juſtitiar. nomin. n.* 112. 113. *&* 115. quod ante *notaverat Capicius d. deciſ.* 9. *n.* 15. *&* 16. *& ſequenti*
69 & ad eum notavit *Petra ibi additione ultima verbo clauſula annullativa*, *Maranta in praxi* 4. *p. diſt.* 12. *n.* 26. *Barboſ. in dicta l.* 1. *art.* 3. *n.* 153. *cum ſequent. & art.* 4. *ex n.* 48. *&* 51. *ſequiturque Capiblancus in pragm.* 8. *p.* 1. *ex n.* 73. latiſſimè, *& n.* 118. *&* 119. de Baronibus, prout in præſenti, ut patet *à n.* 7. cum ſequentibus.

70 Quoad criminales cauſas ultrà datas reſponſiones, aliam addimus, nempè, regulam eſſe, quòd in criminalibus non admittitur prorogatio, *Marſ. in praxi* §. *expedita n.* 67. *Aldovin. conſ.* 20. *n.* 21. *Cancer.* 2. *reſolut. cap.* 2. *de juriſdict. n.* 194. *Farin. q.* 81. *n.* 190. latè *Carleval de judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *à n.* 1016. *Giurba conſ.* 95. *n.* 14.

Ampliamus tertio, ut etiam 71
non petentibus, immò reluctantibus familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, poſſint Inquiſitores, Judiceſque fiſcales avocare cauſas, tam civiles, quàm criminales, in quocumque ſtatu ipſæ ſint, ex ſola petitione Promotoris Sancti Officij, vel fiſcalis promotoris; tum, quia licèt privilegium Sancto Officio conceſſum extendatur ad familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, non tamen dicitur ipſis conceſſum, ſed Sancto Officio, licet effectus privilegij illos comprehendat; nam regulare eſt, quod privilegium conceſſum domino ad id communicandum ſuis familiaribus, officialeſque, non iſtis, ſed illi conceſſum dicitur: ut docet *Dominicus in conſ.* 74. *columna fin. qui allegat tx. in cap. ſi cui* §. 1. *de præbendis in* 6. *& in capit. dudum in principio eod. tit. Decius in l. in omnibus ff. de regul. juris n.* 10. Unde nihil obſtat contrarius conſenſus, & voluntas familiarium, officialiumque, ut Sanctum Officium ſuo privilegio non utatur, ſiquidem familiares, officialeſque ipſius domino ſuo præjudicare non poſſunt.

Tum, quia juriſdictio Inqui- 72
ſitoribus, judicibuſque fiſcalibus conceſſa eſt privativè cum clau-

ſulis

ſulis abdicativis, & cum Decreto irritanti ad cognoſcendum de cauſis, & litibus familiarium, officialiumque: ut diximus ſuprà *n.* 7.
73 Atqui quando juriſdictio eſt privativé conceſſa cum clauſulis abdicativis, & decreto irritante, non poſſunt ſubditi in fraudem juriſdictionis judicis, cui ſubjiciuntur, privilegio fori renunciare, & neque juriſdictionem ejus quocumque modò prorogare, imò valet ipſe judex prorogatione ſui, renunciatione minimè refragante, ipſos met ſubditos renunciantes, & prorogantes invitos cogere, coram ſe reſpondere, judiceſque nullitèr prorogatos, in quocumque ſtatu litis, ex officio proprio inhibere, ut infinitis relatis tenet *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 8. *ſect.* 4. *n.* 1203. 1204. *&* 1205. *&* 1206. *Barb. in l.* 1. *ff. de judic. art.* 4. *n.* 30. *& in l. ſiquis poſteà* 7. *ff. eod. n.* 219. *& in l.* 1. *art.* 1. *areſt.* 105. *Capiblancus in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 113. *de Baronibus Cancer.* 2. *var. c.* 2. *n.* 189. *Barboſ. in d. art.* 4. *n.* 73. *Carleval ſup. ſect.* 5. *n.* 223. Ergo contrario fami-
74 liarium, officialiumque conſenſu non obſtante, valent Inquiſitores Judiceſque fiſcales eorum cauſas & lites avocare, ſuoque nomine petere remiſſionem: ut in terminis docet *Giurba conſ.* 95. *per totum*, *& maximè n.* 7. *&* 8. ut de Barone Vaſſalli remiſſionem petenti ſcripſit *Capicius deciſ.* 9. *limit.* 1. *Franco deciſ.* 417. *n.* 2. quod procedere inquit in quocumque Baroni Vaſſallo, ne dùm feudi ratione, ſed ex gravi quavis cauſa *Aponte*, & alij, quos citat *Ann. conſ.* 107. *n.* 12. & agnovit priùs *Bart. Jaſon. & reliqui in lege* 1. §. *& poſt operis ff. de nov. oper. nunc. Jacob. de fued. gloſ. dictique Vaſſali column.* 9. *verſ. ad Afflict. deciſ.* 155. *num.* 3. *Bellug. de princip. rubrica* 15. §. *ſed quod dices num.* 6. *Ruginel pract. quæſt.* 43. *n.* 11. *Gail lib.* 1. *obſ.* 4. *n.* 6. *Tuſc. litera P. concluſ.* 927. *n.* 8. *Cravet. rit.* 231. *n.* 2. *Ozaſc. deciſ.* 78. *n.* 7. *Ann. ſing.* 120.
Cumque non ipſe contumax judecium declinet, ſed Sancti Officij Pormotor fiſcalis, ut à competente judice puniri debet, ſi deliquiſſet: *Giurba conſ.* 95. *num.* 8. *& num.* 14. quibus adde infinitos, quos refert, & ſequitur *Carleval de judicijs, tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 8. *ſect.* 2. *n.* 1059. *Seſſe de inhibitione cap.* 26. *n.* 10. *Portugal de donationibus* 3. *p. cap.* 44. *n.* 44. 75

Ampliamus quarto, ut fortiori procedat, & ſine aliqua dubitatione, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis coram non judice agerent actus dubios prorogationis, ſeu renunciationis privilegij, quia nemo præſumitur ſuo velle renunciare privilegio, *cap. ſup. hoc, cap. veniens de renunciat. Butr. in cap. acedentibus column.* 2. *de privileg. Felin. cap. cum acceſſiſſent*, *n.* 29. *de conſtit. Bald. in l. generaliter*, *n.* 14. *cod de non mumer. pecun. Jaſon in prælud. feudor. numer.* 12. *&* 76

in l. ſi fundum per fideicomiſſum num. 15.*ff. de legat.* 1.*Decian. conſ.* 308. *n.* 8.*Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 8. *n.* 14. *præſumpt.* 17. *num.* 7. *præſumpt.* 45.*n.* 11.*Schrader conſ.* 3. *n.* 25. *Sextin. de regalibus lib.*
77 1. *capit.* 6.*n.* 29. qui poſt *Cardinal.* addunt, hoc adeò verum, ut nec ex actu quidem proximo renunciatio præſumatur, evitanda idcirco eſt conjectura renunciati privi-
78 legij, *Jaſon. n.* 58.*D. Carol. Tapp. parte* 2. *cap.* 2. *n.* 24. *in l. fin. ff. de conſtit. Princip. Feder. de ſin. conſ.* 233. *n.* 3. *Azeved. l.* 1. *n.* 46. *tit.* 1. *lib. recopilat. Tuſcus litera P. concluſ.* 756.*n.* 22. *late Decian. conſ.* 43. *n.* 31. *vol.* 3. *Cravet. conſ.* 21. *numer.* 14. *Trentacinq. var. lib.* 1. *tit. de reſcript. & privileg. reſolut.* 10. *n.* 6. *Menoch. conſ.* 2. *n.* 135. *lib.* 6. *præſumpt.* 41. *à n.* 1. *Giurba conſ.* 59. *n.* 39. quæ optimè confirmantur ex his, quæ diximus *de Munere Judicis Orphanorum tractat.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *& in tract. de recuſat. lib.* 4. *cap.* 1.

79 Ampliamus quinto, ut eo magis locum habeat, quando familiaris, officialiſque Sanctæ Inquiſitionis per procuratorem litigavit; quia prorogatio non poteſt fieri per procuratorem, cùm ſit de tempore ad tempus, niſi habeat ſpeciale mandatum, vel generale cum libera, ita docet, & probat *Innocentius in dicto capit. de cauſis à n.* 1. *in fine de officio delegati. Panormitan. in capit. cum olim. Abb.* 32. *num.* 10. *per text. ibi eodem tit. Marianus in dicto capit. ſignificaſti numer.* 20. *de foro compet.* In cæte- 80
ris autem prorogationum generibus procurator non prorogat ſine ſpeciali mandato, eo quòd judicis novi conſtitutio, & electio videatur res magni momenti, quàm procurator ſine ſpeciali mandato expedire non poteſt, *cap. qui ad agendum* 4. *ubi gloſſa verbo vel paciſci, & capit. qui generalitèr* 5. *de procurator in* 6. ſentiunt *Marianus dicto num.* 20. *Angel. in lege* 1. *num.* 7. *cod. de juriſdict. omnium judic. Guid Papa deciſ.* 285.*n.* 2. *& deciſ.* 462.*n.* 2. *Lanfrancus, Baldus deciſ.* 66. *Franciſcus Marcus deciſ.* 313. *num.* 4. 2. *parte, Antonius de Mathe. de prorogatione juriſdictionis numer.* 11. *Didacus Peres in lege* 1. *titulo* 4. *lib.* 3. *Ordinamenti columnn.* 885. *verſ. dubitatur præterea. Ita Carleval de judic. tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 8. *ſect.* 3. *n.* 1143.

Ampliamus ſexto, ut eo ma- 81
gis procedat, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis proteſtaverint ſe non conſentire in judicem, quoniam proteſtatio conſervat jus proteſtantis, & ita docet *Bald. in lege licèt* 24. *num.* 6. *cod. de procurat. Alexander. in lege quidam conſulebat* 57. *n.* 27. *ff. de re judicata, Carleval de judic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 995. *Barb. in l.* 1. *art.* 3. *n.* 16. *ff. de judic. quibus adde, quos citavimus in tractat. de Recuſationibus*

lib. 4.

lib. 4. *cap.* 1.

82 Ampliamus ſeptimò, ut, poſt avocationem intimatam judici, non poſſit judex ampliùs in cauſa procedere, immò quidquid poſteà fecerit, erit attentatum adeò rigoroſum, quàm ea, quæ fiunt relatione, vel appellatione pendente, ut
83 docet *Lancelotus de attentatis* 2. *p. cap.*10.*n.*2.*&* 10. ubi reddit rationem, quia cùm avocatio conſiſtat in facto; ſive juſta, ſive injuſta,
84 ſuum operatur effectum: *ex tx. in cap. paſtoralis de officio, & poteſtate Judicis delegati*, ideoquè poſt illam factam nullam ſunt ipſo jure, *Lancelot. ſupra n.* 11. & ſi fiant partium conſenſu, *Lancelot. cum alijs n.*4. *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 14. *per totum.*

85 Per eam que judex manet inhibitus *Lancelot. de attentat.* 2. *p. cap.*10.*n.*14. quæ quidem inhibitio ſive juſta, ſive injuſta ſemper cauſat attentum, *Cortiada deciſ.* 22.
86 *numer.* 66. *Poſt. de manutentione obſerv.* 6.*n.* 40. *Xamar p.*1. *de finit.* 13. *Lancelot. de attentatis p.* 2. *cap.* 20. *ampliatione* 11. *Ripol. ad Peguerain in pract. Civili rubr.* 27. *à n.*188. *Farinac. in fragm. litera* I. *à n.* 318. *p.* 2. *Benedictus Pereyra in ſua Academia, ſive Republica literaria lib.* 3. *diſp.*4. *q.*2. *n.* 405. *Scobar de Pontificia, & Regia juriſdictione cap.* 25. *n.* 33. *Seſſe in tract. de inhibitione cap.* 10. §. 2. *n.* 12. qui per totum agit de pænis imponendis judicibus, inhibitionibus non parentibus, *Pegas d. titulo* 19. *ubi infinitos citat.*

Neque dicas judices non tenere parere avocationibus, & inhibitionibus, quia avocatio, & inhibitio procedit de ſuperiore ad inferiorem, & cum judices Ordinarij non ſint inferiores Inquiſitorum, & Judicum fiſcalium, quo ad intentum, nec iſti eorum ſuperiores, rectè ſequitur poſſe non parere; quia reſpondemus, quod ſuperior in materia avocationis, & inhibitionis cenſetur is, qui eſt ſuperior in eodem genere juriſdictionis: *ex Lancelot. de attentatis dicto cap.* 10. *n.*47. & cùm Inquiſitores Apoſtoli- 88
ci, Judiceſque, fiſcales ſint quo ad cauſas, & lites familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, judices privativè delegati ad hanc Univerſitatem cauſarum, ut nemo ambigere poteſt, & judices delegati in cauſis delegatis ſint maiores quocumque alio judice Ordinario: ut latè diximus *de Munere Judicis* 89
Orphanorum tract. 1. *lib.* 4. *cap.* 14. dubitari fas non eſt eſſe ſuperiores quocumque alio judice Ordinario; ac per conſequens quòd judices Ordinarij ſuis avocationibus, & inhibitionibus parere tenentur.

Verum hoc adeò eſt, ut ſi dubi- 90
tetur, an juriſdictio ſit judicis avocantis, vel judicis, à quo cauſa avocatur, Inquiſitores, & Judices fiſcales avocantes, ſeu inhibentes cognoſcere debent, an ſua ſit juriſdictio, non judex, à quo avocatur, quia illi ſunt delegati,

 &

& iſte Ordinarius, & quando contentio eſt inter Delegatum, & Ordinarium, ille uti maior, & non
91 iſte uti minor cognoſcit, an ſua ſit juriſdictio, ex pluribus, quos refert, & ſequitur *Cortiad. deciſ.* 34. *n.* 1. *& deciſ.* 38. *n.* 9. *Cancer.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 88. *& nos latè diximus d. cap.* 14. *infinitis relatis*, & rationem dedimus, & ideò ſi excipiatur contra avocationem, & inhibitionem partibus citatis, exceptiones ad judices avocantes ſunt remittendæ, ut ab eo decidantur, ut latè diximus *d.cap.*14.

92 Maius dubium poteſt eſſe quando tam judex avocans, quàm judex, à quo avocatur, ſint delegati, ac Conſervatores, ut Conſervator familiarium, & Conſervator ſcholaſticorum, an in tali caſu Conſervator, ſeu delegatus teneatur parere avocationi alterius delegantis, avocanti, & remittere acta, & ſuum privilegiatum ad litigandum coram Conſervatore avocante, in quo dubio, ſi avocans ſit judex illorum, qui potentiora privilegia habent, ad illum remittenda eſt cauſa; ſi vero judex, à quo avocatur, ſit Conſervator habentium fortiora privilegia, tunc remittere non tenetur, ſed ipſe cognoſcit, an ſua ſit juriſdictio, ut judicatum tradit *Pegas ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 59.

93 Unde colligimus Conſervatorem ſcholaſticorum teneri remittere ad Conſervatores familiarium, officialiumque, & cæteros Conſervatores, quorum privilegiati vincuntur à familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, ad quod in memoriam revocanda ſunt, quæ diximus cap. antecedenti, & dicemus.

Quæ dicta ſunt intelligenda 94
veniunt, quandò quæſtio vertitur circa factum; v. g. quando dubitatur, an cauſa ſit excepta; vel an familiaris, officialiſque amiſiſſet privilegium, non verò quando dubitatur de ſenſu privilegij; aut de mente Principis concedentis, quia in ſecundo caſu Princeps eſt adeundus, ut in terminis docet *Cancer.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 145. *&*
146. cum ſequentibus, dummodò 95
dubitatio non ſit à jure reſoluta, vel à Doctoribus ex probabiliori opinione deciſa, quia tunc fatuitas eſt Principem adire, ut latè diximus, & probavimus in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 4. *cap.*14. ubi latè quando Princeps ſit adeundus, & in quibus caſibus.

Orta dubitationem circa men- 96
tem privilegiorum, & ſenſum Principis nec à jure, nec à probabiliori opinione deciſa, in iſto caſu poſunt, & debent partes, vel ipſi judices, avocans nempè, & à quo avocatur acta remittere ad Sacrum, & Supremum Inquiſitionis Concilium, ut ipſum, ſervatâ formâ, de qua in privilegio tranſcripto
cap. 3. *n.* 64. quæſtionem ſolvat, 97
& interim contentione pendente, uterque ſuperſedere tenetur: *Cortiada*

tiada deciſ. 30. *n.* 51. *Mattheu de regimin. Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *n.* 29. eo quòd contentione pendente nihil eſt innovandum; *Cortiada deciſ.* 22. *à n.* 1.
98 *uſque ad* 121. & apud nos eſt expreſſum in privilegio, de quo *cap.*
99 3. *n.* 64. & ratio eſt, quia dum pendet contentio, judices neſciunt quis eorum judex: *Cortiada diciſ.* 22. *n.* 7. & in articulo competentiæ juriſdictionis pendet quæſtio præjudicialis: *Cortiada cum*
100 *alijs numer.* 13. & quando causa eſt una alteri præjudicialis, priùs cognoſcendum de præjudiciali, & in terim in principali ſuperſedendum eſt, *Larrea deciſ.* 8. *num.*
101 23. *Giurba deciſ.* 33. *n.* 7. *Lancelot. de attentat.* 2. *p. cap.* 12. *ampliat.* 19. *cum infinitis*, *Cortiada deciſ.* 22. *n.* 13. *&* 14.

102 Forma, quæ ſit ſervanda in caſu contentionis, eſt tradita in privilegio relato *cap.* 3. *n.* 64. & talis eſt: Ortâ contentione inter Inquiſitores, Judiceſque fiſcales, & quoſcumque judices, vel maiores, vel inferiores, contentionis, informatio cum actis remittenda eſt ad Sacrum Generale Inquiſitionis Concilium, ubi duo ſupremi Deputati ejuſdem Concilij cum duobus Senatoribus Palatinis cauſam contentionis decidere debent, quorum deciſio eſt ſervanda, & ſi pares in voce exiſtunt, adeundus eſt Princeps ad dirimendam contentionem, & interim ſuperſedetur in cauſa, & capti ſub cuſtodiâ jubentis judicis carcere cuſtodiuntur, neceſſaria ſecuritate, & ſine moleſtia: ut patet ex verbis ejuſdem privilegij.

Ex quibus verbis patet Senato- 103
res Palatinos teneri ad Concilium generale ire ad degladiandas, & dirimendas has controverſias, & docet *Mattheu de regimine Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 3. *ſect.* 1. *n.* 21. *Cortiada deciſ.* 30. *n.* 50. &
ita de conſuetudine apud nos ob- 104
ſervatur, & ibidem præcedit, & votum primum profert Inquiſitor ſeu Deputatus antiquior Sacri, ac venerandi Concilij, quod etiam eſt receptum, & ex conſuetudine obſervatum apud tota dominia Hiſpaniæ, ut teſtantur *Mattheus ſupra n.* 21. *Crotiada n.* 48. 49. *&* 50. *Solorzan. de jure Indiar. tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *à n.* 63. *& in politicis lib.* 4. *cap.* 24.

Quaſi eadem forma, quæ apud 105
nos obſervatur, cuſtoditur etiam apud Cathelanos: *ex Fontanella deciſ.* 329. *n.* 23. *p.* 2. *Mattheu ſupra ſect.* 3. *per tot. Cortiada ſupra num.* 46. *& in Regno Caſtellæ ex l.* 20. *cap.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. ibi Narbon. gloſ.* 23. *&* 24. *& gloſ.* 1. *n.* 64. *Delben. de immun. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *n.* 1. *Pontius de matrimonio lib.* 5. *tit.* 15. §. *unico n.* 15. *Fermoſin. in cap. cum contingat de foro compet. quæſt.* 11. *n.* 5. *& in cap. fin. quæſt.* 4. §. 24. *n.* 3. *de libelli oblatione*, *Cortiada ſuprà n.* 54. *Zevalh. de cognitione per viam violentiæ gloſ.* 15. *à num.* 15. *Si-*

mancb. de Catholicis tit. 41. *n.* 21. *Paramo de origine Sanctæ Inquiſitionis lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 17. *Solorzanus ſupra. Diana reſolut. moral. p.*1. *tract.*2. *reſolut.* 193. & Regnis Indiarum; teſte *Solorzano tomo* 2. *de jure Indiarum lib.*4. *cap.* 24. *n.* 62. & 63. & *in politicis lib.* 4. *cap.* 24. & in Regno Siciliæ; teſte *Pontio* ſuprà citato *num.* 54. qui tradunt formam, & concordatas circa materiam, quæ ibi videri poſſunt; & latè in *Cortiada deciſ.* 30. *à num.* 44. *uſque ad num.* 86. ubi ad longum refert praxim, quæ in hac materia obſervatur in dominijs Hiſpaniæ.

106 Quia quidem procedendi modus, ſeu forma non ſolum cuſtodienda eſt, quando vertitur dubium circa competentiam fori, ſed etiam quando adeſt contentio circa quæcumque alia privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, nam licèt forma hæc tantùm ſit præſtita in competentijs ortis circa forum, ad alios etiam caſus extendenda venit,
107 quia ratio, ob quam foruma hæc data fuit circa forum, eſt ad ſedanda plurima dubia, quæ indiès oriebantur inter Conſervatores familiarium, officialiumque, & ſæ-
108 culares miniſtros *Cortiada deciſ.* 30. *num.* 44. Et hæc eadem ratio militat etiam, quo ad alias cauſas, & ita ejuſdem privilegij diſpoſitio ex ſatis nota regula, quòd ratio ubi eſt eadem, debet eſſe eadem juris diſpoſitio: *ex l. illud* 32. *ff. ad l. Aquil. l. illud cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* §. *pari ratione Inſt. quibus modis ſolvitur patria poteſtas*, & ita in terminis nos docet *Matheus ſupra ſect.*1. *num.* 28. *Cortiada ſupra num.* 47. *Cutellus controverſia* 1. *num.*17. & ita reſolutum tradit *Solorzan. in politicis, d. cap.* 24. & *fuſè Narbona in l.* 20. *golſ.* 23. *à num.*13. *uſque ad* 21. *tit.*1. *lib.* 4. *recopilat.* & apud nos ita ſæpè eſſe obſervatum accepimus.

Praxis, quæ obſervatur apud 109
nos, eſt, quod petita, vel à partibus, vel à judicibus contentione juxta formam prædicti privilegij, ſupplicatur ad Sacrum, & venerandum Sancta Inquiſitionis generale Concilium, relato facto in ſupplicatione, & controverſia illius, ut ille jubeat judici, corum quo de privilegij obſervantia controverſia movetur, & notario, ut ipſi mittant proceſſum ad Secretarium Sacri, ac venerandi Concilij, quæ etiam cuſtoditur in Regnis Hiſpaniæ: *ex Narbona in lege* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. gloſ.* 23. *n.* 8. *Cortiad. deciſ.* 30. *à n.* 60. 110
qui cum alijs reſolvunt originalem proceſſum eſſe remittendum, niſi in illo proceſſu aliqui complices delicti exiſtant, quia tunc ſolùm exemplum exhibendum, quod adverſus familiarem reſultat, & tabellionem cogi non poſſe, in tali caſu, proceſſum originalem remittere.

Sed quid, ſi judex, & tabellio 111
nollint acta remittere ex juſſu ſa-

cri,

cri, ac venerandi Concilij, tali enim in caſu videtur poſſe ſacros venerandi Concilij miniſtros adverſus judices, & notarios renuentes parere, per cenſuras Eccleſiaſticas procedere, quia ad defenſionem juriſdictionis poſſunt Inquiſitores per cenſuras adverſus regios miniſtros, etiam ſi ſint Re-
112 gis Conciliarij, procedere, ut tenent, docentque *Cortiada deciſ.* 27. *num.* 45. *& deciſ.* 30. *à n.* 107. *Fermoſin. in cap.* 2. *de judicijs q.* 17. *à n.* 5. *Seſſe de inhibitione cap.* 30. §. 1. *n.* 158. *Fermoſin. in cap. cum veniſſent de judicijs, quæſt.* 10. *à n.* 5. *Barboſ. in cap. ut officium num.* 14. *& cap. ut Inquiſitionis n.* 10. *de hæreticis in* 6. *Solorzan. tomo* 2. *de jure Indiarum lib.* 3. *cap.* 24. *à n.* 14. *Narbona in dicta l.* 20. *gloſ.* 22. *tit.* 1. *Farinac. de hæreſi. quæſt.* 142. *num.* 74. *Delbenè de parlamentis dubitat.* 4. *ſed.* 19. *ſubſect.* 20. *num.* 9. *& de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 26. *ſect.* 2. *n.* 4. *Diana reſolut. moral. p.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 9. *Porto Carreiro in allegat. ſuper competentijs inter Inquiſitores, & miniſtros Regios, num.* 46. *&* 47. & patet ex concordatis cum Inquiſitione Regni Siciliæ apud *Paramum de origine Inquiſitionis lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 11. *n.* 24. & ex quarto concordato cum Inquiſitione Regni Sardaniæ *cap.* 7. *apud Dexart. ad caput Regni Sard. fol.* 699. & ex concordia cum Inquiſitione Regni Caſtellæ apud *Fermoſin. in allegat. poſt. titulum de foro compet. n.* 62.

Atqui Inquiſitores in cauſis 113
miniſtrorum, officialium, & familiarium ſuorum ſunt judices Eccleſiaſtici, & ut tales procedere poſſunt per cenſuras contra turbantes, vel impedientes juriſdictionem ſuam, *Porto Carreiro ſup. Saſſellis de Tribunali Sanctæ Inquiſitionis prolegom.* 7. *n.* 16. *Solorzan. de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 30. *Fermoſin. in dict. alleg. poſt titul. de foro compet. alleg.* 1. *n.* 4. *& à num.* 15. *Delbene de immunitat. Eccleſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *Suelves conſ.* 19. *num.* 8. *lib.* 1. *Narbona in dicta l.* 20. *gloſ.* 22. *Diana reſolut. moral. parte* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 135. *& tom.* 4. *tractat.* 1. *reſolut.* 82. *& in ſumma p.* 2. *verbo Inquiſitorum juriſdictio n.* 27. ergo videtur dicendum, quòd in tali caſu rectè valent Sanctæ Inquiſitionis Supremi Conciliarij procedere adverſus Regios miniſtros.

Facit etiam pro hac parte, quia 114
ſi hæc juriſdictio fuiſſet ſæcularis, & non Eccleſiaſtica, potuiſſent Regij miniſtri formare Inquiſitiones ſpeciales contra familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis; ſed non poſſunt, aſſerentibus *Diana parte* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 55. *Delbene de officio Inquiſitionis tom.* 2. *dubit.* 195. *ſect.* 16. *n.* 5. qui aſſerunt nullas eſſe: Ergo Eccleſiaſtica, & non ſecularis eſt; quæ conſequentia optimè firmatur ex doctrina *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.*

diſp. 2. *n.* 523. *Narbona in dicta l.* 20. *gloſ.* 3. *n.* 11. aſſerentium ſæculares judices capientes familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis teneri eos illicò remittere ad ſuos Conſervatores.

115 Quibus accedit, quod pari jure, quo Epiſcopi habent familiam ſuam, & officiales privilegiatos, quo ad forum, habent etiam Inquiſitores: *Carol. de Graſ. de effect. clericat, effectu* 1. *n.* 130. *Barboſ. de poteſt. Epiſcopi part.* 3. *allegat.* 107. *n.* 6. *Farin. de hæreſi. quæſt.* 182. *n.* 9. *Maceraten. lib.* 3. *reſolut.* 14. *num.* 1. *Diana reſolut. moral. p.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 135. *verſ. ſed contrariam*, *& p.* 4. *tract.* 8. *reſolut.* 31. *& in ſumma, p.* 2. *verbo Inquiſitorum juriſdictio num.* 25. *Thomas Delbene de immunit. Ecclеſ. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *n.* 4. *Narbona l.* 20. *gloſ.* 11. *num.* 85. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat. Solorzan. de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *capit.* 24. *n.* 77. *Bobadilha in politica lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 9. *&* 29. *Barboſ. in Clem.* 2. *n.* 8. *de hæret*, *& de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *n.* 27. latè *Carena de officio Sanctæ Inquiſitionis*, *p.* 1. *tit.*

116 14. §. 4. *à n.* 10. *uſque ad* 17. ſub cujus nomine veniunt Notarij, Actuarij, Scribæ, Commiſſarij, Conſultores, Advocati, Procuratores fiſcales, Carcerarij, Baruarij, & Familiares omnes, ut ſubdunt *Salzed. in pract. criminali numer.* 140. *num.* 25. *Diana reſolut. moralium p.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 135. *verſ. ſed contrariam*, *& p.* 4. *tractat.* 8. *reſolut.* 31. *Thomas Delbene de immunit. Eccleſiaſt. tom.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 14. *n.* 5. *Solorzan. de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 24. *num.* 77. *Barboſ. de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *numer.* 28.

Sed ſic eſt, quòd tota familia, 117 & officiales Epiſcopi tam in Civilibus, quàm Criminalibus de jure Canonico ſunt exempti à juriſdictione ſæculari, & pertinent ad juriſdictionem Eccleſiaſticam: *ex cap. fin. de Officio Archidiaconi. cap. Eccleſiarum ſervos* 11. *q.* 2. *Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg.* 107. *n.* 9. *Marta de juriſdictione* 4. *p. caſu* 111. *num.* 3. & plures alij, quos citat *Pegas ad Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 27. *gloſ.* 29. *num.* 15. 16. *&* 17. *& ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 2. *in principio gloſ.* 2. *num.* 9. *Delbene de immunitat. cap.* 4. *dubit.* 16. *Barboſ. de jure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 39. §. 3. *à n.* 34. *Giurba conſ.* 88. *Ciarlin. forenſ. cap.* 2. *n.* 14. *&* 28. *Marines quotidianar. cap.* 117. *n.* 1. *Gratian. cap.* 340. *&* 341. *Fontanella deciſ.* 336. 337. *&* 338. Ergo ſimiliter juriſdictio Inqui- 118 ſitorum Ecclaſiaſtica, quo ad intentum, & non ſæcularis eſt; ac per conſequens videtur dicendum poſſe in præſenti caſu procedere per cenſuras Eccleſiaſticas.

Deindè, abſque dubio eſt In- 119 quiſitores Apoſtolicos poſſe procedere gladio Eccleſiæ per cenſuras Eccleſiaſticas contra Regios Miniſ-

Miniſtros , etiam Conciliarios
turbantes, vel impedientes directè,
vel indirectè miniſterium San-
cti Officij ex DD. ſuprà citatis ,
120 & ex *Bulla ſi de protegendis* , &
regulare eſt , quod quicumque
judex Eccleſiaſticus ad conſer-
vandam ſuam juriſdictionem con-
tra illam turbantes poteſt uti gla-
dio ſpirituali , & materiali , *capit.*
dilecto de ſententia excommuni-
cat. in 6. Sbroz. de Vicar. Epiſc.
l. 2. cap. 191. num. 13. Jul. Char-
tar. deciſ. 72. n. 100. ſpirituali ;
pœna ſcilicet excommunicatio-
nis , *cap. 1. ubi communitèr DD. de*
Officio Delegati , *Capicius deciſ.*
124. n. 1. Farin. in praxi parte
4. q. 114. num. 26. Martha de ju-
riſdict. p. 3. cap. 1. à n. 2. Novar.
in Rubrica de juriſdict. non tur-
band. collect. 1. num. 3. Salzed. de
lege politica , l. 1. cap. 10. n. 22.
Regens vico ad pragmat. Reg. Sar-
dan. l. 1. tit. 7. cap. 2. n. 5. Barb.
in cap. 2. n. 4. de Officio Delegati,
Jul. Chartar. deciſ. 89. n. 32. &
deciſ. 96. num. 22. Fontanella de-
ciſ. 318. n. 9. & deciſ. 319. n. 20. p.
2. Fermoſin. in cum veniſſent. q.
10. num. 4. de judicijs , & poſt ti-
tulum de foro competent. allegat. 1.
pro Tribunali Sancti Officij , artic.
121 *3. n. 77.* quinimò iſti perturba-
tores Eccleſiaſticæ juriſdictionis
ipſo jure in ſententiam excom-
municationis incidunt : *capit. con-*
queſtus de foro competent. cap. quo-
niam de immunit. Eccleſ. in 6. Jul.
Chartar. deciſ. 72. n. 101. & deciſ.
89. *num. 33. & hoc ipſum ſtatu-*
tum eſt in Bulla Cœnæ Domini ca-
pit. 16. Jul. Chartar. deciſ. 72.
num. 102. & deciſ. 89. n. 34. Fon-
tanella deciſ. 312. num. 8. par-
te 2. & adhuc ſine aliqua moniti-
one ; declarando incurſum cen-
ſurarum : ut probat *Martha de*
juriſdict. parte 3. capit. 1. Fonta-
nella deciſ. 318. n. 20. p. 2. &
alij infrà num. 68. Materiali ve-
rò , pœna pecuniariâ , & mul-
ta ex communi Doctorum ſen-
tentia in *capit. 1. de Officio Dele-*
gati , *quos refert* , *& ſequitur Fa-*
rin. in praxi p. 1. quæſt. 114. num.
28. & præter eos notavit *Barboſ.*
in capit. 1. num. 4. de Officio De-
legati : Ergo &c. Demùm pri- 122
vilegia hæc licèt à Rege conceſſa
ſint rei Eccleſiaſticæ ; nempè ,
miniſterio Sancti Officij conceſſa
fuerunt , quod quidem Eccleſiaſti-
cum eſſe negare audebit nemo :
ergo ſimilitèr privilegia poſt con-
ceſſionem, naturam Eccleſiaſticam
induerunt , ſiquidem acceſſoria na-
turam ſui principalis veſtire reſol- 123
vunt jura *in leg. etiam cod. de jure*
dotium. regula acceſſorium de regul.
jur. in 6. & alij de quibus *Barboſ.*
axiom. 4. per totum.

His , & alijs fundamentis mini- 124
mè refragantibus , contrarium do-
cent *Salzedo de lege polit. lib. 2. cap.*
6. n. 55. Mattheu ſuprà ſect. 1.
num. 9. & 10. Paramo de origine
Sanctæ Inquiſitionis lib. 3. q. 2. n.
114. & 121. Cortiada deciſ. 30.
n. 43. Pareja de inſtrumentorum

Ff *editio-*

editione tom. 1. *tit.* 5. *reſolut.* 9. *n.* 72. *Marius Cutellus in diſcurſu pro concordijs Siciliæ capit.* 4. *per totum*, *& de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *q.* 136. *Regens. vico ad pragm. Regn. Sard. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 7. *n.* 26. *Regens Leon. deciſ.* 2. *n.* 29. *lib.* 1. *Solorzanus de jure Indiarum tom.* 2. *cap.* 24. *n.* 65. *& in politicis lib.* 4. *cap.* 24. *Bazilius Ponce de Leon de matrimon. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 15. qui cum alijs aſſerunt juriſdictionem Inquiſitorum in præſenti caſu non eſſe Eccleſiaſticam, ſed Regalem, ac per conſequens non poſſe Inquiſitores procedere per cenſuras, & contrarijs reſpondent.

125 Nos autem inter ſaxum, & ſacrum poſiti eam lectoribus, ac judicibus reſolvendam relinquimus, & conſuetudini, quæ inſpicienda eſt in materia: nam ſi Inquiſitores fuerint in poſſeſſione procedendi; in tali caſu contra inobedientes Eccleſiaſtica poteſtate, ea uti debent, quia Inquiſitores exiſtentes in quaſi poſſeſſione procedendi contra eos, qui offendunt, officiales conſervandi ſunt, ut cum infinitis tradit *Seſſe de inhibitione capit.* 30. §. 1. *nu-*

126 *mer.* 202. Si verò non ſint in quaſi poſſeſſione procedendi per cenſuras Eccleſiaſticas, tunc non poterunt poteſtate Eccleſiaſtica uti, ut non poſſunt Epiſcopi, qui non fuerint in poſſeſſione, ut familia ſua, & officiales foro Eccleſiaſtico gaudeant tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, prout in noſtro Regno non ſunt; teſte *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 1. §. 27. *n.* 16. *& tit.* 2. *in principio num.* 9. & in his terminis debent Inquiſi- 127
tores ſupremi Concilij recurrere ad Principem, ut renuentes judices, & notarios cogat obedire, & ſeveriſſimè puniat, vel ipſummet Sacrum, ac venerandum Concilium adverſus illos procedat, eos multando propter irreverentiam, audaciam, decorem proprium, & reſpectum amiſſum, *Salgado de Reg. protect.* 1. *p. cap.* 7. *n.* 35. *Narbona in dicta l.* 20. *gloſ.* 23. *n.* 9. latiſſimè *Seſſe de inhibitione cap.* 10. §. 2. *à n.* 1. *uſque ad* 54. ubi per totum, quomodo procedendum ſi contra fractores inhibitionum.

Advertant verò judices qui- 128
cumque illi ſint ſive maiores, ſive inferiores, quòd Inquiſitoris ad officium non vulgares homines eliguntur, ſed qui doctrinâ, prudentiâ, magniſque virtutibus fulgent, ut nos ipſi videmus, & teſtatur *Seſſe ſupra cap.* 30. *num.* 98. referens alios ad hoc, ut mandatis eorum ſine examine pareant, pro eis injungitur in *Ordinat. lib.* 2. *titulo* 6. *ibi Peg.* cum alijs, & nè vanam integritatis ſuæ jactantiam in eo oſtendere conentur, in quo potius ſe Religioni, & puritati Catholicæ fidei parùm affectos, & pios demonſtrant, quam juſtitiam, pacemque dilligere, cùm ſe opponunt miniſtris fidei, quibus jure omni

inſpecto

inſpecto ſumma laus; ſumma gratitudo, ſumma reverentia, ſummus honor ab omnibus fidei Chriſtianæ profeſſoribus debetur, & pro quorum authoritate conſervanda, & augenda clamitat ipſa fides, pro qua totis viribus dimicare, ac pugnare debemus.

129 Concluſo proceſſu contentionis in Sacro Concilio ſequentia animadvertere debent Supremi Concilij Inquiſitores, ac Senatores Palatini. Primum, qualitatem tribuens juriſdictionem. Secundò qualitatem cauſæ. In primo videndum eſt, an ſint familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, & an ſint de numero, ſiquidem agens aliqua lege, vel ſtatuto, ante omnia probare debet qualitatem ab ipſa lege, ſeu ſtatuto

130 requiſitam: *ex l. 2. §. ſi dubitetur, l. ſiquis aliena ff. de judicijs, l. 1. §. ait Prætor ff. ne quid in loco publico, Valenſuela conſ. 191. per totum, Narbona in dicta l. 20. gloſ. 19. per totum, Pareja ſuprà tom. 1. tit. 2. reſolut. 6. n. 3. Cortiada deciſ. 30. à num.* 76. In ſecundo attendenda eſt qualitas cauſæ, & inſpiciendus eſt tenor privilegij, & qualis ejus obſervantia, *Diana tomo 9. reſolut.* 14. §. 7. & 8. *Riccius*

131 *parte 5. collect.* 1125. quæ anteà debent conſiderare judices, ante quã forment contentionem circa juriſdictionem, & cùm ad dirimendas contentiones plurimùm valeant, & conducant concordiæ alienorum Regnorum ad caſus non prævíſos in privilegio, & ad privilegia interpretanda in ea parte, in qua conſuetudo, ea adhuc non in- 132
terpretata ſequentia Regni Cathaloniæ hic tranſcribere non ineptè exiſtimamus, quarum tenor ſequens eſt.

Concordia Cardinalis Don Didaci Spinoza Inquiſitoris Generalis, de qua in hoc capite plures memini, eſt tenoris ſequentis.

NOS Don Felippe por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hieruſulem, de Ungria, de Dalmacia, de Croacia, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Gallicia, de Mollorca, de Sevilla, de Cerdaña; de Cordova, de Corſega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar, de las Iſlas, de Canaria, de las Indias, y tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brabante, y de Milan, Conde de Barcelona, de Atandes, y de Tirol, Senhor de Biſcaya, y de Molina, Duque de Athenas, y Neopatria, Conde Roſſellon, y Cerdaña, Marques de Oriſtan, y Conde de Gociano. A los Illuſtre, y muy Reverendo, Reverendos em Chriſto Padres lugartiniente, y Capitan General en el nueſtro Principado de Cataluña, y Condados de Roſſellon, y Cer-

y Cerdaña, Archobiſpo, Obiſpo, Abbades, Priores, Capitulos, y Canonigos, y otras qualeſquier Eccleſiaſticas perſonas, Regente nueſtra Real Cancellaria, y Doctores de nueſtra Real Audiencia, y Concejo criminal, Portant vezes de nueſtro General Governador, o Lugartiniente de aquel, Maeſtre Racional, Rayle General, Abogados, y Procuradores, fiſcales, Vegueres, Sotſvegueres, Porteros, y aqualeſquier Officiales, y ſubditos nueſtros aſſi maiores, como menores, y a las Univerſidades de qualeſquier Ciudades, Villas, y Lugares en los dichos nueſtro Principado, y Condados conſtituydos, y Conſtituydores, al qual, ò a los quales las prezentes pervendran, ò ſeran prezentadas, ò del negocio juſo ſcrito ſereis requeridos en qualquier manera, ſalud, y dileccion. Por quanto el muy Reverendo en Chriſto Padre Don Diego de Spinoza Cardenal de la Santa Igleſia de Roma, electo Obiſpo de Siguença, Prezidente de nueſtro Concejo Real de Caſtilla, y Inquiſidor General en nueſtro Reynos, y Señorios con acuerdo de los del Concejo de la General Inquizicion, y Conſultado por Nos proveyo: que el Licenciado Franciſco de Soto Salaçar del dicho Concejo vizitaſſe las Inquiziciones, y Inquizidores, y Miniſtros del Santo Officio de la Inquizicion de los nueſtros Reynos de Aragon, y Valencia, y deſſe Principado, y Condados, y aviendoſe dado ante nos por parte de los Braſſos, y Stamentos del en las Cortes, que celebramos en la Villa de Monçon en el año paſſado de 1564. ciertos apuntamientos, y cabos, en que ſe quexavan de la orden, que los dichos Inquizidores deſſe dicho Principado, y Condados tenian en el proceder, y conecer de las cauzas Civiles, y Criminales fuera de la Fé, y dependientes dellas, tocantes à los Officiales, Familiares, y Miniſtros del Santo Officio de la Inquizicion, y ſus familias, ſe le ordenò: q̃ acerca de los dichos apuntamientos, y cabos, informaſſe, y ſiendo neceſſario, y le pareccieſſe, dieſſe noticia de lo ſobre dicho a vos otros los dichos nueſtros Officiales, y Miniſtros, y à los Deputados, Univerſidades, y otras perſonas particulares deſſe dicho Principado, y Condados, para que ſe tuvieſſen otras cozas de que advertir àlen de lo ſobre dicho, lo pudieſſen hazer, y el Nos trouxeſſe de todo entera relacion, y informacion, ſobre lo qual os mandamos eſcrivir. Y en execucion, y comprimiento deſto el dicho Licenciado Franciſco de Soto Salaçar fue a eſſe Principado, y viſto la Inquizicion, y Inquizidores, y Miniſtros dellos, y cerca los dichos apuntamientos, y cabos, y de otros, que de nuevo por vosotros, y otras perſonas particulares ſe dieron a pedi-

pedimiento dellos, y de officio, hizo las diligencias, que parecieron neceſſarias para enterar la verdad, y traxo de todo muy baſtante relacion, la qual viſta por el dicho Inquizidor General, y Concejo de Inquizicion, y acordado, y decretado lo que acerca dello ſe devia proveher, y aviendo deſpues conferido, y platicado ſobre dello con los del nueſtro Concejo ſupremo de Aragon, y conſultado con Nos, el dicho Inquizidor General hà dado una provizion, en la qual van incorporados los Capitulos, y Decretos, que cerca de lo ſuſodicho ſe pidieron, y devieron proveher, cuyo tenor es el, que ſe ſigue:

Quod quidem per ſe facere poſſunt nullo interveniẽte populi conſenſu, *Balmaſſeda de collectis q.* 3. *n.* 4. *Caſtilbo de tertijs cap.* 9. *n.* 26. qui contra *Delbene de Comitijs*, *& Parlamentis dubitat.* 17. *&* 18. *Marques de gubernatione Chriſtiana lib.* 1. *cap.* 16. §. 2. populi conſenſum non requiri de neceſſitate, ſed de honeſtate concludunt. 5

Quibus noſtrum addimus calculum, dummodò concurrant illa tria requiſita, quæ juſtificant novorum tributorum impoſitionem. Primum, quod interveniat neceſſitas publica, quæ reſpiciat totum Regnum : *Otalora de nobilitate capit.* 3. *num.* 10. *Pegas ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 26. §. 4. *gloſ.* 6. *num.* 7. *Avendanho de exequend. mandat. cap.* 4. *num.* 4. *Aviles in cap. Prætorum cap.* 28. *n.* 3. *Caſtilbo de tertijs cap.* 41. *à n.* 29. *Maſtrilbus de Magiſtratibus lib.* 3. *cap.* 10. *à n.* 244. *Larrea alleg.* 69. *à n.* 7. *&* 8. *Solorzano de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 18. *à n.* 3. *Fermoſin. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus*, *q.* 6. *per tot. Portugal dicto capit.* 6 7

8 1. *per totum*, quæ neceſſitas debet eſſe eminens, & inevitabilis *Medina de reſtitutione q.13.Cab.deciſ. 49. n. ultim. 2.p. Pegas d. n. 7.*
9 Secundum, quòd redditus regales ſint conſumpti, & non ſufficiant ad ſublevandam eminētem neceſſitatem, *Bald. in cap.conquerente de officio Ordinarij. Molina diſputat.*
10 667. *per totam*, quia priùs ſibi Reges debent imponere tributa; *Pegas d. n. 7. Molina d. diſput.*
11 667. & quia redditus regales Regibus fuerunt conceſſi ad defendendum Regnum, ut communibus tributis non vexarētur populi. *Otalora ſupra cap. 3. 1. p. n. 6.*
12 *Cab. ſupra Peg. ſuprà n.3.* tertium, quod tributum debeat adæquari neceſſitati, ob quam imponitur, & poſſibilitati Vaſſallorum, *Sotto de juſtitia, & jure lib. 3. q. ult. art. ultimo, Molina diſput.668. per totam, Salzed. de lege politica lib. 1. cap. 1. Diana tom.7. tract 6. reſolut. 2. cum ſequentibus. Mena variar. lib.2.q. 21.§.3. Fontanella diciſ.217. Navarr. in manuali cap. 25. Bobadilha lib. 5. politicor. cap. 5. à n. 1. Marques ſuprà d. cap. 16. & 29. Molina ſuprà, & diſp.* 669. hinc Publicus dixit.

Neceſſitas quod poſcit, ni das eripit.
Neceſſitas dat legem non accipit.
Neceſſitatem ferre, non flere decet.

13 Concurrentibus his tribus requiſitis non convocatis comitijs, ipſe Rex imponere per ſe tantùm poteſt, ut ultrà ſuprà citatos docent *Larrea allegat. 56. & 59. Amaya in l. 3. Cod. de anonis, & tributis n. 3. Portugal de donationibus, 2. p. cap. 24. & 3. p. cap. 1. Araujo de ſtatu Civili diſputat. 12. difficultate 2. Valenſuella conſil. 99. per totum, Bobadilha libr. 5. cap. 5.* & omnes ſubditi ſolvere tenentur aliàs mortalitèr peccant: 14
Navarrus in cap. fraternitatis 11. quæſt. 2. n. 42. tom. 2. & in manuali cap. 17. à n. 200. Covas in capit. peccatum de regulis juris in 6. p. 2. §. 5. Marques lib. 1. de gubernatione cap. 16. Molina de juſtitia tract. 2. diſput. 674. Bobadilha lib. 5. cap. 5. n. 4. Solorzano de jure Indiarum tom. 2. lib. 1. cap. 20. & lib. 5. cap. unico à n. 79. & lib. 6. politicorum cap. 1. & cap. 8. & 9. Diana tom. 6. tract. 1. reſolut. 75. & 76. & tom. 8. tract. 7. reſolut. 60. Sanch. lib. 2. Conſiliorum cap. 4. dub. 10. cum ſequentibus, Menoch. de arbitrarijs lib. 2. caſu 397.

Deficientibus verò, ſine populi conſenſu tributa imponere non poſſunt, & ſi cōtrà faciunt, tyrani dicuntur, *Portugal dicto cap. 1. Cabedo d. deciſ. 49. n. 2. Pegas ſupra num. 6. Navarrus in manuali cap. 25. n. 6. Azor moralium part. 2. lib. 11. cap. 6. §. deteſtabilis, Molina diſput. 667. Caſtro de lege pænali lib. 1. cap. 5. & 10.* nec 15
16 ſubditi ſolvere tenentur; immò ſine peccato poſſunt, ceſſant ſcādalo, a ſolutione ceſſare, ut docet omes ſuprà citati. Unde prædictis ceſſantibus, ſi ex populi conſenſu collectas, ſeu tributa imponant,

nant, donativa, & tributa propriè dicuntur, quia ex liberalitate, & non ex obligatione populorum procedunt.

Sed quia tempore, quo hæc ſcribere deſtinavimus, ad manus noſtras prævenit epiſtola Regia, per quam collecta omnibus imponitur, eam inſerere libuit, totam que breviſſimè gloſare, ut cunctis in futurum pateat, quæ in ſimili fieri debent, & tenor illus per formalia ſequens eſt.

EU ElRey vos envio muito ſaudar: Nas Cortes, q̃ hora mandei celebrar neſta Cidade ſe offereceraõ uniformemẽte os tres Eſtados do Reyno a me ſervir com ſeis centos mil cruzados por huma ves ſomente para ajuda das deſpezas, que neſte anno prezente he neceſſario fazerſe com a Infantaria, & Cavalaria, que tenho mandado levantar de novo, & pareceo preciſa para defenſa do Reyno; & por reſoluçaõ de 28. de Abril deſte anno em Conſulta do Eſtado dos povos, fui ſervido, conformandome com o ſeu parecer, reſolver, ſe pagaſſem os ditos ſeis centos mil cruzados na forma, que ſe pagou o Milhaõ do anno de mil, & ſeis centos, & outenta, dos juros, tenças, commendas, & ordenados, & mais bens ſem excepçaõ alguma delles, ou de peſſoas, que pretendaõ ter qualquer privilegio, ſendo ſò exceptuados os miſeraveis de qualquer ſexo, que nam tendo bens alguns vivérem de ſeu jornal, & trabalhos, & que ſe fizeſſe eſta repartiçaõ com aſſiſtencia dos Procuradores das Cabeças das Comarças na junta dos tres Eſtados. E porque nas Conferencias, que ſe fizeram na dita junta com os Procuradores mais velhos de cada Cabeça de Comarca, ſe venceo a mais votos, que para a dita repartiçaõ dos ſeis centos mil cruzados, ſe fizeſſe primeiro lançamento a quatro por cento em todas as fazendas, para ſe ver o que produziaõ neſta Cidade, Reynos, & Ilhas, & nos juros, tenças, ordenados, Almoxarifados, & Alfandegas, & nas Commendas, & bens das Ordens Militares, & a eſte reſpeito ſe repartir a cada Comarca a quantia, que direitamente lhe tocar para eſtes ſeis centos mil cruzados, abatido primeiro aquella quantia, que produzir, o que voluntariamente vaõ entregando os Biſpos, Arcebiſpos, & Religioẽns, por nam ſer poſſivel fazerlhe eſta repartiçam pollos computos, que ſe deram deſpois das pazes, aſſim para os quinhentos mil cruzados da nova contribuiçam, como para os que ſe deraõ para os uſuais, pellas queixas, que ſe eſtaõ ouvindo de muitas Comarcas de deſigualdade, que nellés houve, nem menos pellos lançamentos do Milhaõ do anno de mil, & ſeis centos, & outenta, por terem creſcido do dito anno a eſta parte os rendi-

rendimentos das fazendas em humas Comarcas mais, & em outras menos, fui ſervido por reſoluçam de 16. do prezente mes de Mayo, na conſulta, que pela junta dos tres Eſtados me fes ſobre eſte particular conformarme com os ditos mais votos, & que logo pela meſma junta ſe paſſaſſem as ordens neceſſarias para ſe fazerem os ditos lançamentos a quatro por cento, guardandoſe a forma, que eſtava dada no regimento das Deſimas para por elle ſe ver o que produs em todo o Reyno, & depois ſe liquidar com igualdade quantos por cento baſtaõ para eſte ſubſidio, & entaõ ſe repartir por cada Comarca o computo, que dereitamente lhe couber; & que pelo que reſpeita às Commendas ſe ſoubeſſe por noticia o que produziram em cada Comarca nos meſmos quatro por cento, & que ſabido mandarei pela Secretaria de Eſtado entender a forma, em que os Commendadores me ſerviram; pelo que me pareceo encarregarvos na ſuperintendencia deſte negocio neſſa Comarca con todo o mando, & juriſdiçaõ, que tiveraõ os ſuperintendentes das Dizimas, que houve nos ultimos annos da Guerra. E vos ordeno, que logo que eſta receberdes ſem perder hora alguma de tempo, & deſocupandovos de todo outro negocio, faſſais eſſe lançamento neſſa Comarca pela maneira, & forma ſeguinte:

Ireis peſſoalmente pelas terras da Comarca, & fareis o lançamento em cada huma dellas com todo o cuidado, & para o dardes de todo findo vos limito otermo de dous mezes, & ainda que eſtejais no fim de voſſo triennio, tendo sò dous mezes de tempo, nelle fareis eſta diligencia, advirtindo quem faltaſſe vos nam hà de paſſar certidaõ para voſſos deſpachos; & tambem entrareis nas terras dos Donatarios a fazer eſta diligencia porque para ſe lançarem, & cobraren os tributos offerecidos em Cortes, nam he neceſſario conſentimento ſeu para ſe fazer eſte lançamento com igualdade, & ſe eſcuzarem queixas, elegeraõ officiaes das Comarcas, de cada huma das terras deſſa Comarca duas peſſoas, que lhes parecerem mais praticas com conhecimento, experiencia, & noticia das peſſoas, fazendas, & tratos, & de boa, & ſam conſciencia, as quaes ſeram approvadas por vos, & nam ſendo capazes, faraõ nova eleiçaõ, athè que vos ſatisfaçais dos nomeados, & os approveis, & nam o fazendo os officiaes das Comarcas na forma,que convem,(o que delles naõ eſpero,) fareis vòs a nomeaçaõ, as ditas peſſoas nomeadas para Lançadores ſe nam poderaõ eſcuzar de o ſer com pertexto de privilegio algum, ſalvo ſe o dito privilegio por palavras expreſſas o eſcuzar particularmente deſte encargo, para o que de certa ſciencia,& poder

poder abſoluto revogo todos os privilegios, como ſe de cada hum fizeſſe expreſſa derrogaçam por palavras expreſſas, ſem embargo da *Ord. do livro* 2. *tit.* 44. & deſpois de eleitas lhes dareis o juramento dos Santos Evangelhos, fazendo termo, de que lançaram conforme ſuas conſciencias ſem odio, nem affeiçaõ, ſob pena de ſe proceder contra elles com todo o rigor, alem de pagarem à fazenda Real, ou às partes o damno, que conſtar, lhe deram com malicia. Os lançamentos ſe haõ de fazer por votos de dous lançadores, & havendo empate, ficarà vencido pella parte ò que vos acomodares, para ſe ſeguir, quando ſuceda algum cazo, em que vos pareça neceſſario reſoluçaõ minha, dareis conta na junta dos tres Eſtados, para ſe vos ordenar o que deveis ſeguir. Fareis os lançamentos a quatro por cento, para que vendoſe na junta dos tres Eſtados as reſoluçoẽs de todos, & ſua importancia, excedendo a quantia offrecida, ſe abata na cobrança a maioria repartidamente. Os bens, tratos, & maneyos, a que ſe haõ de lançar os ditos quatro por cento, ſam aquelles, a que no tempo da Guerra ſe fazia lançamento, & os que deſta qualidade mais houver, para oque vereis o Regimento das Deſimas, que ſe vos remete, & ſe faraõ os lançamentos na forma, que nelle ſe diſpoem, excepto as peſſoas mizeraveis de qualquer ſexo, que nam tendo bens alguns viverem do ſeu jornal, ou trabalho; ficando pro eſte modo a obrigaçaõ deſte tributo, em quem tem poſſibilidades para o pagar, ſem vexaçaõ dos pobres, por nam ſer rezaõ que paguem os que nam podem; & porque de alguns bens no tempo da Guerra ſe nam fazia lançamento, por pagarem por cõputos, como eram os da caza de Aveyro, & outros, tambem ſe hà de fazer a eſtes lançamento, porque para eſte ſubſidio naõ tem lugar os computos, & haõ de pagar como os mais. Os bens de Capellas, de Miſſas, Mizericordias, Hoſpitais, Abergarias, & Obrar pias, naõ haõ de pagar eſtes quatro por cento; aos bens, & penſoens Eccleſiaſticos, & applicados a Communidades lhes nam fareis lançamentos, por quanto vaõ pagando por outra via; porèm aos lucros dos Rendeiros ſe farà o lançamento, por ſerem ſeculares, & tambem aos lucros de peſſoas Eccleſiaſticas, quando tenhaõ tratos, & contratos, & trouxerem dinheiro aò ganho em maõs de ſeculares, & aos bens, & fazendas, que as peſſoas Eccleſiaſticas comprarem deſpois de lançados nelles os quatro por cento, ſecobrarà tambem: as Commendas, & bens das tres Ordens Militares, ſabereis por noticia, o que produziraõ em cada terra deſſa Comarca nos meſmos quatro por cento, & tambem fareis lançamento aos lucros dos

Rendeiros das ditas Commendas, quando eſtejam arrendadas, & do que tocar aos Commendadores, haveis de tomar a noticia ſeparada, & remeterme della relaçaõ à parte da do lançamento, q̃ fizerdes; para as fazendas ſeculares, & aos precatorios, & mandados, que paſſardes para bem deſta diligencia, daraõ todos os Miniſtros de juſtiça, & fazenda, Officiaes das Cameras, & mais peſſoas, a que tocar inteiro comprimento, & aos que faltarem, a elle podereis emprazar para a junta dos tres Eſtados, & ſendo Miniſtro actual, como Provedor, Juiz de fòra, & de outros lugares de letras, dareis primeiro conta na dita junta, & aos mais officiaes de juſtiça, aquem mandardes ſuſpendereis, & procedereis contra elles conforme a culpa, & omiſſaõ, dando appellaçam, & aggravo para a meſma junta, no cazo, em que nam couber em voſſa alçada; as deſpezas neceſſarias de Caminheiros, livros, papel, tinta, & penas para o expediente deſte negocio, que ſeram com toda a moderaçaõ, ſe faraõ dos bens dos Concelhos, & aos mandados, que vòs paſſardes ſobre eſtas deſpezas faraõ os officiaes das Cameras dar comprimento. E ao Provedor da Comarca mando por eſta carta, que por elles leve em conta aos Thezoureiros as quantias, que importarem. Os lançamentos ſeraõ eſcritos em livros de cada terra, rubricados por vòs, lançados os termos pellos Eſcrivaens das Cameras, que o haõ de ſer dos lançamentos com toda a clareza, & diſtinçam, aſſignados por vòs, & pellos lançadores, dos quais livros ſe haõ de tirar relaçaõ de todos os lançamentos deſſa Comarca, & reſumo delles com diſtinçaõ do que toca a cada terra, & tambem ſe hà de fazer ſeparaçaõ com a meſma diſtinçaõ da noticia, que tirardes dos quatro por cento dos Commendadores declarando o que toca a cada hum, do que fareis outra Relaçaõ, as quaes Relaçoens aſſignadas por vòs remetereis à junta dos tres Eſtados no dito termo de dous mezes, & antes, ſe vos for poſſivel, ficando os livros dos lançamentos nos Cartorios das Cameras em poder dos Eſcrivaens dellas a bom recado, para por elles ſe tirarem os por onde ſe hà de fazer a cobrança, na forma, que eu ordenar dos quatro por cento, dos juros, tenças, & ordenados impoſtos nas Alfandegas, & Almoxarifados do Reyno tenho mandado fazer relaçaõ, & lançamento pellos Cadernos do aſſentamento da minha fazenda, & pella dita relaçaõ ſe hà de acreſcentar ao lançamento, que vier deſſa Comarca a quantia, que tocar aos Almoxarifados, ou Alfandegas, que lhe pertencerem; & aſſim vos eſcuzo de fazerdes eſte lançamento no Almoxarifado deſſa Comarca aos filhos da folha della. Na Relaçaõ,

çaõ, que haveis de remeter dos lãçamentos, declarareis com toda a diſtinçaõ os lugares, que tocaõ à repartiçaõ dos Julgadores deſſa Comarca, porque a cobrança ſe hà de fazer por todos na meſma forma, que ſe fazia no tempo das Deſimas, & parecendovos, que os ditos Julgadores nas terras, em que lhe tocar a cobrança façam tambem eſtes lançamentos, para mais brevidade deſta diligencia os podereis encarregar dellas na meſma forma, que ſe vos ordena, indo incluida na Ordem, que lhe paſſardes a copia deſta, & declarandolhes, que ſem certidaõ voſſa, de como lhe deraõ cumprimẽto, ſenaõ poram correntes ſuas rezidencias. Abrevidade, & effeito deſta diligencia vos hei por muito encarregada. E eſpero me remetais relaçoens dos lançamentos com tal promptidaõ, que tenha, que vos agradecer; & ſe vos adverte, que dos bens applicados a Capellas de Miſſas, & obras pias no que ficar livre para os adminiſtradores ſe haõ de lançar os quatro por cento. Eſcrita em Lisboa em 28. de Mayo de mil, & ſeis cẽtos, & noventa, & oito.

REY.

17 Nota primò verba ibi: *Eu El-Rey*. De poteſtate Regis circa propoſitam materiam in mentem revoca, quæ ſuprà diximus *à num.* 4.*uſque ad* 16.& crica omnem aliam quamcumque materiam; vide *Covas* 3.*variarum cap.*6. *ibi Faria Belluga in ſpeculo Principis, Eſcobar de Pontificia, & Regia juriſdictione, & plures alios apud Caſtejon in Alphabetico juris verbo Imperator. n.* 58. *Portug. de donat.*2.*p. cap.*8. *Peg. in proœmio ad Ord. lib.* 1. *gloſa* 5.*Salzedo in theatro honoris gloſ.* 2. *à n.* 1. *uſque ad* 77. *& melius gloſ.* 4. *à n.* 1. *uſque ad* 40.

18 Nota ſecundò ad illa verba ibi: *Vos envio muito ſaudar*, procedere ex humanitate, & benevolentia Principis, quia licet Principi omnis debeatur reverentia: *ex Valenſuela conſ.*163.*cum ſequentibus, Scacia de ſententia, & re judicata cap.* 1. *gloſ.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 257. *Robertus lib.* 2. *rerum judicatarum cap.*11. *Salzedo ſupra* non tamen ipſe Princeps ſubditis reverentiam debet.

19 Nota tertiò ad illa verba ibi: *Nas Cortes que hora mandei celebrar neſta Cidade*, ſolum Regibus competere jus convocandi populum ad Curiam, *Ripol. de Regalib. cap.* 4. *Balmaſſeda de collectis q.* 3. *n.* 7. *Delbene in tractat. de Comitijs, & Parlamentis, Portugal de donat.* 2. *p. cap.* 24. *Matheu de re criminali controverſia* 4. *Covas practicar. cap.* 4. *n.* 10. ubi quid ſit Curia, & quomodò eligendi ſunt Curiales, & de eorum poteſtate, & privilegijs, *Diana tomo* 7.*tract.*6. *reſolut.*14.*cum ſequentibus, Caſtejon verbo Corte, Portug. dicto cap.* 24. *per tot. Pegas ad Ord.*

*Ord.lib.*1.*tit.*7.§.3. *Salzedo in theatro honoris gloſ.* 46. *à numer.* 1. *uſque ad* 56.

20 Nota quarto ad verba ibi: *Se offereceraõ uniformemente os tres Eſtados do Reyno a me ſervir com ſeis centos mil cruzados*; primò, totam Rempublicam, & Regnum in tres dividi ſtatus; primus eſt Eccleſiaticorum, ſecundus nobilium, cujus appellatione veniunt tantùm in materia titulares Regni, & domini terrarum; tertius populorum, cujus appellatione cæteri omnes Regni ſeculares ſubditi tam maſculi, quàm fæminæ, *Portugal de donationibus* 2. *p. cap.*
21 24. *num.* 9. Secundò verbum offerre, quo utitur epiſtola voluntariam oblationem, & non coactã continere.

22 Nota quinto ad verba ibi: *Por huma ves ſómente*; ſemel ſolutam prædictam quantitatem non poſſe Principem ampliùs petere, nec ſubditos ampliùs ſolvere teneri, quia tributum in comitijs conceſ-
23 ſum ad certum tempus, tranſacto tempore non debetur, & eo finito poſſunt ſubditi propria authoritate tributum tollere *Portugal dicto cap.* 24. *n.* 87. ubi ſic multotiès obſervatum eſſe dixit.

Limitabimus reſolutionem hanc, quandò concurrentibus tribus requiſitis, de quibus *à num.* 6. adhuc ſubſiſteret eadem neceſſitas; quia ſi, ut diximus *num.* 5. *&*
24 15. concurrentibus prædictis requiſitis valet Princeps per ſe inconſulto populo tributa præciſa, & nullo modo evitabilia noviter imponere, multò magis exigere poterit antiqua, interveniente populi conſenſu, impoſita, eo vel ma- 25
ximè, ſi neceſſitas urgeat, ità ut comitia convocari non poſſint, vel periculum ſit in mora, prout teſtantur omnes, quos refert, & ſequitur *Portugal ſuprà n.*108.109. *&* 110.

Nota ſextò ad illa verba ibi: *Para ajuda da deſpeza, que neſte* 26
anno preſente he neceſſario fazerſe com a Infantaria, & Cavalaria, que tenho mãdado levãtar de novo; non poſſe Principem tributa à po- 27
pulo conceſſa ad certam neceſſitatem, ad aliam ſublevandam applicare, niſi in ea concurrant tria requiſita, de quibus ſuprà *à num.* 6. *Salzedo de lege politica, cap.* 2. *Fontanell.deciſ.*217. *& plures alij, de quibus ſup. n.* 15. *&* 16. *Portugal ſuprà, Fermoſinus in cap.*10. *q.* 8. *p.* 2.*cap.* 1.*de conſtitutionibus, Solorzano lib.*2.*polit.cap.*17.

Nota ſeptimò ad illa verba ibi: 28
Que pareſſe preciſa para a defeza do Reyno; Procuratores in comitijs conſiderare debere Reipublicæ neceſſitatem, ut tributa vel augeantur, vel diminuantur pro temporum viciſſitudine, *Portugal de donationibus Regijs,*2.*p.cap.* 24. *n.* 98. *Larrea alleg.* 3. *num.* 18. *&* 19. *Ciriacus controverſia* 156.*n.* 5. *l. omne territoriũ Cod. de cenſibus lib.* 12. quia procurato- 29
res in comitijs conſtituuntur veluti

luti judices, ut examinent publicam neceſſitatem, *Portugal ſuprà n.* 96. *&* 97.

30 An verò regni neceſſitas ex ſola aſſertione Regis abſolutè credatur, ut collectandi cauſa juſta dicatur, tradunt *Delbene de Comitijs, & Parlamentis dubitatione* 2. *Salzedo in theatro honoris gloſ.*47.*per totam*,qui abſolutè negant, quos tamen non ſequimur, quia poteſt eminere bellum ſubditis ignoratum, & convenire publicæ utilitati, ut cauſa timoris futuri belli ſubditis non reveletur ob conſequentias Reipublicæ dannoſas, quæ indè ſequi valent, *Portug. ſup. n.* 118.

31 Nota octavo ad illa verba ibi: *E pro reſoluçaõ de vinte, & outo de Abril de eſte Anno em Conſulta do Eſtado dos povos fui ſevido, conformandome com o ſeu parecer, reſolver ſe pagaſſem os ditos ſeis centos mil cruzados, na forma que ſe pagou o milhaõ do Anno de mil, & ſeis centos, & outenta*; Principem non tenere ſequi præciſè reſolutionem confirmatam in Comitijs, quia Comitia non ſunt ſuprà Pricipem, ſed Princeps eſt ſuper Comitia, ut contrarijs reſpondendo reſolvit cum multis *Portug. dicto cap.* 24. *à numer.*17.*cum pluiribus ſequentibus*; ſed de honeſtate, & benevolentia tenetur Princeps imponere tributa ſecundum Conſultationes factas in Comitijs, tum quia æquum eſt, ut ferentes onera modum præſtent, tum quia populi non debent gravari tributis, & in forma ſolvendi, ſed hæc quærenda eſt, quæ illis ſuavior ſit, & nulla levior eſſe poteſt ea, quam ipſi eligunt, *Portug. de donationibus.*3.*p. cap.* 1. *num.* 42.

Nota nonò ad illa verba ibi: *Dos juros*, Verbum juros latino idiamate vocari cenſus, cujus appellatione, quid redditus veniant, & in quas ſpecies dividātur, tradunt *Pinheiro in integro tractat.de cenſu, Rodrigues de annuis redditibus, Mariſcotus* 3. *variar. cap.* 10. *Covas* 3. *var. capit.* 7. *&* 8. *& ibi latè Faria, Molina de juſtitia tract.*2.*diſputat.*381. *cum ſequentibus, & quam plurimi alij.* 32

Nota decimo ad illa verba ibi: *Tenças*. Verbum tenças apud latinos annonā dici, de cujus materia plenè ſcripſit *Mendes à Caſtro ad titulum Cod. de annonis, libr.* 11. *& multa dedit Peg. ad Ordinationem lib.* 2. *tit.*35. *Balmaſſeda quæſt.*85. 33

Nota undecimo ad illa verba ibi: *Commendas*, de quarum materia videndi ſunt *Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat.* 59. *& de juri univerſo Eccleſiaſtico capit.* 9. *Garcia de benefic.* 1. *p. cap* 4. *& p.*4. *cap* 4. *Cancer.*3. *variar. cap.* 8. *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 35. de quo infrà. 34

Nota decimoſecundo ad illa verba ibi:*E ordenados*,De quorum materia integrum tractatum ſcri- 35

pſit *Zachias de ſallario* ubi in quæſtione 110. per totam agit, an, & quando collectari poſſit.

36 Nota decimo tertio ad illa verba ibi: *E mais bens*, collectam, de qua ibi, ſolvi debere ex omnibus quibuſcũque bonis, quæ collectari poſſunt, quia dictio cætera bona bervitatis cauſa apponitur, & ejus virtute alia repetita cenſentur, quæ ex natura rei, cui adjungitur regulantur, *Barboſa in lege quæ dotis ff. ſoluto num.* 11. *cum multis*, *Barboſa dictione* 52.

37 Nota 14. ad illa verba ibi: *Sem excepçaõ alguma delles*; hanc clauſulam ſine aliqua exceptione, omnem excludere; quæ non proveniat ex natura rei, de qua agitur, *Barboſa cum infinitis clauſula* 156. *à n.* 1. *uſque ad* 10. ſed per illam non intelligitur voluiſſe Principem comprehendere habentes privilegium immunitatis, *Barboſa voto* 90. *num.* 8. *Portugal dicto cap.* 1. *n.* 22.

38 Nota 15. ad illa verba ibi: *Ou de peſſoas, que pretendam ter qualquer privilegio, ſendo ſò exceptuados os mizeraveis, que nam tendo bens alguns viverem do ſeu jornal, & trabalho*; per hanc clauſulam derrogata eſſe omnia privilegia exemptionis tributorum, quibuſcumque conceſſa, etiam incorporata in corpore juris, quia ea eſt natura calusulæ *ſine ulla exceptione*, ut omniem excludat: ut diximus *numer.* 37. & quamvis virtute hujus clauſulæ non cenſeantur remotæ exceptiones, quæ proveniunt ex natura rei, juncta clauſula, qua utitur textus, exceptis pauperibus, qui nihil de ſuo habent, & ex ſudore, & labore ſuo vivunt, etiam prædictæ exceptiones remotæ cenſentur ex regula, quòd excluſio certarum perſonarum eſt incluſio aliarum, de qua latè *cap.* 12. de qua re multa hic omittimus, quia infrà aptiori loco tradere nobis eſt animus; *Portugal dicto capite* 1. *num.* 23.

Nota 16. ad illa verba ibi: 39
E que ſe fizeſſe eſta repartiçaõ com aſſiſtencia dos Procuradores das Cabeſſas das Comarcas na junta dos tres Eſtados; & porque nas cõferencias, que ſe fizeram na dita junta com os Procuradores mais velhos de cada cabaſſa de Comarca ſe venceo a mais votos, que para a dita repartiçam dos ſeis centos mil cruzados ſe fizeſſe primeiro lançamento a quatro pro cento em todas as fazẽdas, para ſe ver o que produziaõ neſta Cidade, Reyno, Ilhas, & nos juros, tenças, Almoxarifados, & Alfandegas, & nas Commendas, & bens das Ordens Militares, & a eſte reſpeito ſe repartir a cada Comarca a quantia, que dereitamente lhe tocar, para eſtes ſeis centos mil cruzados, abatido primeiro aquella quantia, que produzir o que voluntariamente vaõ entregando os Biſpos, Arcebiſpos, & Religioſos;

primò

primò juſtum, & rationabile eſſe ut diviſio tributorum fiat cum aſſiſtentia procuratorum capitum Provinciarum, ut unicuique Provinciæ ea imponantur tributa, quæ ſecundum capacitatem eorũ ſolvere valente, ſecundò, bonum eſſe arbitrium, ut priùs vires Regni ponderentur, antequàm unicuique collecta imponatur, ne plus à quolibet extorqueatur, quã præſens neceſſitas à capacitate cujuslibet expoſtulat, nam Princeps maiora tributa tuta conſcientia exigere non poteſt, quàm neceſſitas publica urgeat, & alis irremediabilis, *Portug. d. cap.*24. *n.*91. 92.*&* 93. *&* 96.

40 Nota 17. ad illa verba ibi: *Por naõ ſer poſſivel fazerlhe eſta repartiçaõ pelos computos, que ſe deraõ deſpois das pazes para os quinhentos mil cruzados da nova contribuiçaõ, como pelos que ſe deraõ para os uzuais, pelas queixas, que ſe eſtaõ ouvindo de muitas Comarcas da deſigualdade, que nellas houve, nem menos pelos lançamentos do milhaõ do anno de mil, & ſeis centos, & oitenta, por terem creſcido do dito anno a eſta parte os rendimentos das fazendas em humas Comarcas mais*

41 *& em outras menos*; optimas rationes, quas præſtat noſter Sereniſſimus Rex, ob quas à conſuetudine præteritâ exigendi tributa, & collectandi receſſit, nam tributa cum facultatibus regulata ſunt imponendo, latè *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 13. *per totam*, & propter temporum varietatem, in qua omnes res, vel creſcunt, vel decreſcunt: ut latè diximus *de Munere Judicis Orphanorum, tract.*1. *lib.* 1.*cap.*12. forma in ſingulis permanere non debet, vel augi, vel minui, ſecundum auctas, aut diminutas facultates.

Nota 18. ad illa verba ibi: *Fui ſervido por reſoluçaõ de dezaſeis do prezente mez de Mayo na conſulta, que pela junta dos tres Eſtados ſe me fes ſobre eſte particular, conformarme com os ditos mais votos*, tũc benè valere Rempublicam, quandò Princeps negotia ardua priuſquàm audiat populum, & proceres, non expedit; *Portugal in materia d. cap.* 24. *n.* 89. & quandò Princeps ſententiam plurimorum amplectitur, quia quod à maiori parte conſulitur, rectius judicatur apoſitè, *Solorzanus emblema* 45. *per totum.* 42

Nota 19. ad illa verba ibi: *E que logo pela meſma junta ſe paſſaſſem as ordens neceſſarias para ſe fazerem os lançamentos a quatro por cento*; decreta, & leges, cæteraſque reſolutiones promptas deſiderare executionem, parum enim intereſt recta decernere, ac jubere, ſi executioni non mandentur, *Portugal* 1.*p. cap.*10. *Solorzanus ſuprà emblema* 20. *per tot.* 43

Nota 20. ad illa verba ibi: *Guardandoſe a forma, que eſtava dada no Regimento das Deſimas, para por ella ſe ver o que pordus em todo o Reyno, & depois ſe liquidar* 44

com igualdade quãtos por cento baſtaõ para eſte ſubſidio, & entaõ ſe repartir por cada Comarca o computo, que dereitamente lhe couber; imponendam eſſe hanc collectam ſervatâ forma regiminis decimarum, aliàs nulliter imponi, nam illud ablativum abſolutum, *guar-*
45 *dandoſe a forma dos regimentos das decimas*, facit conditionem, quæ in ſpecifica forma debet adimpleri, *Barboſa in rubrica ff. ſoluto, p. 1. à n. 23. Caſtilho lib. 4. controverſiar. cap. 57. Salgado de Regia protect. 3. p. cap. 3. n. 30. & 4. p. cap. 13. à n. 29. Vela diſſertatione 38. numer. 70. Ciriacus 424. & 449.*

46 Nota 21. ad illa verba ibi: *E pelo que reſpeita às Commendas ſe ſoubeſſe por noticia o que produziraõ em cada Comarca nos meſmos quatro pro cento, & que ſabido mandarei pela Secretaria de Eſtado entender a forma, em que os Commendadores me ſerviraõ*; non jubere Regem collectare Commendas, ſed tantùm de earum redditibus relationes fecere, ut poſteà ponderetur forma, qua Commendatores ſolvere debent.

47 Nota 22. ad illa verba ibi: *Pelo que me pareceo encarregarvos a ſuperintendencia deſte negocio neſſa Comarca com todo o mando, & juriſdiçaõ, que tinhaõ os ſuperintendentes das decimas, que houve nos*
48 *ultimos annos da guerra*, habere Præſidem omnem juriſdictionem quam habebant ſuperintendentes decimarum, quia eorum loco ſubrogati ſunt, & ſubrogatus ſepit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur: *ex l. ſi eum, §. qui injuriarum ff. ſi quis cautionibus cum alijs, de quibus Barboſ. axiom. 213. per totum.*

Nota 23. ad illa verba ibi: *E vos ordeno, que logo, que eſta recebe*rdes, *ſem perder hora alguma de tempo, deſocupandovos de todo outro negocio, façais eſte lançamento neſſa Comarca pela maneira, & forma ſeguinte*; mandare Principem, ut Præſes, ſecluſis omnibus impedimentis, & neglectis omnibus negotijs ſine ulla cunctatione hujuſmodi collectas imponat. 49

Nota 24. ibi: *Ireis peſſoalmente pelas teras, & fareis os lançamentos em cada huma dellas com todo o cuidado, & para o dardes de todo feito, vos limito o termo de dous mezes, & ainda que eſtejais no fim de voſſo triennio, tendo ſò dous mezes de tempo, nelles fareis eſta diligencia, advertindo, ſe faltares, ſe vos naõ ha de paſſar certidaõ para os voſſos deſpachos*; non poſſe præſidẽ committere alijs hanc diligentiam, quia dictio preſonalitèr, qua utitur textus delegationem, & commiſſionem excludit: ut latè diximus in *tract. de Recuſationibus lib. 5. capit. 5.* 50 51

Nota 25. ad illa verbo ibi: *E tambem entrareis nas terras dos donatarios a fazer eſta diligencia, porque para ſe lançarem, & cobrarem os tirbutos offerecidos em Cortes, naõ* 52

naõ he neceſſario conſentimento ſeu; poſſe Præſidem in hoc caſu ingredi terras dominorum abſque eorum placitu,ex quo *Portug.de donationibus* 3. *p. cap.* 44.

53 Nota 26. ad illa verba ibi:*Para ſe fazer eſte lançamento com igualdade, & ſe eſcuzarem queixas, elegeraõ os officiaes das Comarcas de cada huma das terras deſſa Comarca duas peſſoas, que lhe parecerem mais practicas com conhecimento, experiencia, & noticia das peſſoas, fazendas, & tratos, de boa, & ſam conſciencia, as quais ſeraõ approvadas por vòs, & naõ ſendo capazes, faraõ nova eleiçaõ, athe que vos ſatisfaçais dos nomeados, & os approveis, & naõ o fazendo os officiaes da Camera, o que delles nam eſpero, fareis vos os lançadores;*per æquatores, quos *lançadores*, & *fintores* appellamus eſſe eligendos in Camera cujuſcumque loci bonæ conſcientiæ, ac practicos, & ita reſolvit etiam regimen decimarum *tit.* 1. *à* §. 5. *tradita latè Balmaſſeda de collectis quæſt.* 13. *per totam*, ubi de forma hujuſmodi electionis.

54 Nota 27. ad illa verba ibi: *As ditas peſſoas nomeadas para lançadores ſenaõ poderaõ eſcuzar de o ſer com pretexto de privilegio algum, ſalvo ſe o dito privilegio por palavras expreſſas o eſcuzar particularmente deſte encargo*,quæ dictio *ſalvo* eſt taxativa, & limitativa, *Barboſa dictione* 356. *per tot. Phæbo dicis.* 34. *n.* 13. *Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 2. §. 7. *gloſ.*23. *n.*7. & 8. *Ord. lib.* 1. *tit.* 6. §. 18.

Nota 28. ad illa verba ibi:*Para o que de certa ſcientia, & poder abſoluto revogo todos os privilegios, como ſe de cada hum fizeſſe expreſſa derrogaçaõ por palavras expreſſas;* hujumodi verba fuiſſe adjecta ad tollendam omnem dubitationem, quæ oriri poterat, an ex vi præcedentis clauſulæ derogata eſſent privilegia clauſa in corpore juris, quæ ſecundum veriorem opinionem derogata cenſeri non debebant ex vi præcedentis clauſulæ, *Barb. de clauſulis clauſula* 83. ſed 55
juncta clauſula *revoco ex certa ſcientia, & poteſtate abſoluta*, nullum poteſt eſſe dubium, quia ejus clauſulæ ea eſt vis, & poteſtas, ut per eam ſatis intelligitus voluiſſe Principem omnia privilegia derogare, omnibuſque privilegiatis præjudicare, *Barboſ.clauſula* 59. *per tot. Peg.ad Ord.lib.*1. *tit.*3. §. 1. *n.* 102. *Barb. clauſula* 102. *per tot.* 56

Nota 29. ad illa verba ibi: *Sem embargo da Ord. lib.* 2. *tit.* 44. non cenſeri jus derrogatum, niſi de eo fiat menſio ſpecialis in derrogatione: *ex d. Ord.lib.*2. *tit.*44. & cum privilegia clauſa in corpore juris legem communem faciant, quæ, ut cæteræ, derrogatæ non cenſentur, niſi de privilegio fiat ſpecialis mentio : ut diximus *n.* 55. *docetque Peg. ad principium Ord. d. tit.* 44. *n.* 1. *Phæb.* 2. *p. deciſ.* 147. *à num.* 4. ideoquè Rex noſter nè poſſit dubitari, an privilegia in 57 58

ſerta in corpore juris cenſerentur derogata ex vi prædictarum clauſularum ſine derogatione *Ord. dicto tit.* 44. eam expreſſè derogavit, de cujus materia vide *Pegas*, *& Barboſa.*

Sequitur ex proximè dictis, in terminis propoſitis, neminem ſe poſſe quocumque privilegio Regio juvare ad fugiendum hoc onus, ac per conſequens nec familiares Sanctæ Inquiſitionis privilegio muniri, nec Sanatores, cæteroſque privilegiatos.

59 Nota 30. ad illa verba ibi: *E depois de eleitos lhe dareis juramento dos Santos Evangelhos, fazendo termo de que lançaraõ conforme ſuas conſciencias ſem odio, nem affeiçaõ, ſob pena de ſe proceder contra elles com todo o rigor, alem de pagarem à fazenda Real, & às partes o damno, que conſtar lhe deraõ com malicia*, publicum eſſe hoc officium, ad quod priùs juramentum ſubire tenentur, ex his, quæ docet
60 *Peg. ad Ord. lib.* 1. *tit.* 1. *in principio gloſ.* 35. *per tot.* tenere que illud exercere ſecundum rectam conſcientiam ſine odio, amore, timore, vel ambitione, ex his, quæ tradit *Pegas ſuprà golſ.* 11. *cum pulribus ſequentibus*, aliàs puniri poſſunt criminalitès, & ad reſtitutionem damni partibus tenentur: ut diximus *cap.* 15. & in terminis *Balmaſſenda de collectis quæſt* 13. *per tot. &* diximus *de Munere Judicis Orphanor. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12.

61 An hujuſmodi fintatores, ſeu peræquatores recuſari poſſint, diximus in *tract. de Recuſationibus lib.* 3. *cap.* 16. & in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tractat.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12.

Nota 31. ad illa verba ibi: *Os lançamentos ſe haõ defazer por voto de dous lançadores*, ab iſtis peræquatoribus poſſe ad judicem appellari, ut nos diximus *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 2. *capit.* 12. *&* 3. & in ſpecie tradit *Balmaſſeda de collectis q.* 14. *per totam*, qui quidem judex, vel per ſe, vel per alios duos jubere debet revidere, an collecta ſit juſta, & ab hac reviſione, ſeu confirmatione judicis appellatio in ſuſpenſivo non admittitur: *ex Balmaſſeda d. quæſt.* 14. *n.* 20. *Salgado de protect. Regia*, 2. *p. capit.* 16. *n.* 40. *Pegas forenſ. cap.* 15. *& nos d. lib.* 2. *cap.* 1. *&* 2. 62 63

Nota 32. ad illa verba ibi: *E havendo empate, ficara vencido pela parte, a que ves acomodares para ſe ſeguir*; in caſu diſcordiæ Peræquatorum illam partem obtinere, cui judex ſuum calculum adjecerit, de quo egimus *de Munere Judicis Orphanorum tractat.* 1. *lib.* 1. *capit.* 12. 64

Nota 33. ad illa verba ibi: *Quando ſuceda algum cazo, em que vos pareſſa neceſſaria reſoluçaõ minha, dereis conta na junta dos tres Eſtados, para ſe vos ordenar, o que deveis ſeguir*, Caſus, in quibus Princeps ſit conſulendus; tradidimus *de Munere Judicis Orphanorum in* 65

2. *parte*

2. *parte rubricæ tract.*1.*lib.*4.*cap.*4. & *cap.*14.& tetigimus in cap. antecedenti, & in illis circa materiã, de qua agimus eſt adeundus per tribunal trium ſtatuum, prout etiam diſponitur in Regimine decimarum *tit.* 1. §. 1. & ad hoc tribunal pertinent appellationes, & gravaminia ſuper hac materia ex eodem regimine, & ex regimine ejuſdem tribunalis.

66 Nota 34. ad illa verba ibi: *Fareis lançamentos a quatro por cento;* collectam eſſe imponendam reſpectu quatuor pro centum, ideſt, ex redditibus, qui ad valorem centum annuatìm aſcendunt quatuor pro collecta imponantur; ſed redditus non ſunt reputandi, niſi deductis expenſis, & oneribus rei, quia redditus non dicuntur, niſi qui, deductis expenſis, & oneribus ſuperſunt: ut in terminis docet *Roxas de incompatibilitate p.*8. *cap.* 4. *à num.* 21. *ibi cum infinitis Aquila, Botilierius de ſucceſſionibus ab inteſtato theorema* 111. *n.* 29. *Balmaſſeda de collectis q.* 13. *n.* 9.
67 quid advertunt per æquatores non debere rigoroſè facere hanc computationem, ſed begninè, advertentes, quòd ad cujuſcumque fructus eorum valorem computandum annos proximos attẽdere debent, & omnibus coacervatis pro rata uniuſcujuſque collectam imponent: *ex l. fundum* 35. *cum l. ſequenti ff. mandati, Eſcobar de raciotinijs computatione* 29. *Roxas ſupra* 1. *cap.* 5. *à n.* 17. *ibi Aquila, & Balmaſſeda ſupra n.* 5. nos *de Munere Judicis Orphanorum, tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. & deinde attendere debent ad familiam, ad cujus alimoniam tenetur collectandus, & redditus, quos habet ad illam alimentandam, ut begninè, prout res poſtulaverit, ſe habeant.

Nota 35. ad illa verba ibi: *Para* 68
que vendoſe na junta dos tres Eſtados as reſoluçoens de todos, & ſua importancia, excedendo a quantia offerecida, ſe abata na cobrança à maioria repartidamente; Principẽ non poſſe ferre maiora tributa, eo, quod ſtatus ei obtulerunt, & teneri diminuere exceſſum, quia non eſt licitum fraudibus uti ad imperanda nimia, & gravia tributa, *Portugal de donationib. Reg.* 2. *p. cap.* 24. *n.* 93.

Nota 36. ad illa verba ibi: *Os* 69
bens, tratos, & maneyos ſaõ aquelles, a que ſe haõ de lançar os ditos quatro por cento, ſaõ aquelles, a que no tempo da guerra ſe fazia lançamento, & os que deſta qualidade mais houver, para o que vereis os lançamentos das decimas, que ſe vos remete, & fareis os laçamentos na forma, que nelle ſe diſpoem; collectam fieri debere juxta formam datam in regimine decimarum, quod quidem regimen par eſt hujus Regis decreti ex regula ſatis nota, quod relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, deducta *ex l. aſſe toto ff. de conditi-* 70
onibus, & demonſtrationibus cum alijs, de quibus *Barb. axiom.* 201. per

per totum, ubi penè infinitos citat DD. *Peg. de maioratu capit.* 9. *latiſſimè Pareja de inſtrumentorum edictione tit.*7.*reſolutione* 9.*per tot.* ubi infinitos citat.

71 Nota 27.ad illa verba ibi: *Excepto as peſſoas mizeraveis de qual querſexo, que naõ tendo bens algũs viverem do ſeu jornal, ou trabalho, ficando por eſte modo obrigaçaõ deſte tributo, em quem tem poſſibilidade pera o pagar ſem vexaçaõ dos pobres, por nam ſer rezaõ, que paguem os que naõ podem*; paupere tan-

72 tùm, quos vocamus *jornaleiros* eſſe exceptos ab onere ſolvendi tributum hoc, & hi dicuntur, quo ad intentum, tantùm illi, qui omninò nulla poſſident bona, licèt quoad alios juris effectus appellatione pauperum veniant omnes, qui attento ſtatu perſonæ, & dignitatis videntur indigere, *Barboſ. appellativo* 192. *per totum*, *& in terminis Balmaſſeda de collectis quæſt.* 50. *per totam*, *qui quæſt.* 98. *n.* 14. tradit, *jornaleiros* vocari eos, qui acceptâ mercede terras colunt, vel officium exercent, *Peg. ad Ordin. lib.* 1. *tit.* 66. §.42. *gloſ.* 45. *&* §. 43. *gloſ.* 46. *Grabiel Alveres de Valaſco de privilegijs pauperum omninò videndus q.* 4. *per tot.* ubi quis pauper dicatur.

73 A quibus duobus nottis antecedentibus multa, & utilia in materia colliguntur, & inferuntur; & primò colligo, Sènatores eſſe collectandos, nam licèt Senatores non teneantur ad collectas etiam cauſa belli impoſitas: ut probatur *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 59. *in principio*; *ubi latè Pegas*, *& Barboſa*, & eorum privilegia non cenſeantur abrogata ex vi clauſulæ non obſtantibus quibuſcumque privilegijs, niſi de illis fiat expreſſa, & individualis mentio: *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 59. §.14. *ibi. Peg. gloſ.* 16. *n.* 1. *&* 5. *Cabedo* 1. *p. deciſ.* 213. *n.* 1. *Balmaſſeda de collectis q.* 46. *Phæb. diciſ.* 33. *&* 146. *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 44. *in principio*, *& lib.* 1. *tit.* 66. §. 42. *gloſ.* 45.

Verum cùm in hoc decreto inveniantur clauſulæ derrogatoriæ omnium privilegiorum conceptæ per modum ſuprà relatum *numer.* 55. 56. *&* 57. per quas cenſentur derogata etiam privilegia, quorum derrogationis individualis mentio requiritur ex juribus, & DD. quos ibi citavimus, quibus adde in terminis prædictorum clauſularum; *Gironda de privilegiorum*, *& exemptionum explicatione*, *n.* 329. & ulteriùs in illo jubeatur ſervari regimen decimarum: ut diximus *num.* 70. in quo cellectari jubentur *tit.* 2. §. 1. omnes Miniſtri cujuſcumque tribunalis dubitari non poteſt, etiam Senatores, & quoſcumque alios eorum privilegijs fruentes eſſe collectandos. 74

Colligo ſecundò, quòd licet familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis habeant privilegium, ut collectari non poſſint, etiam cauſa belli: ut patet ex privilegijs relatis *cap.* 3. *n.* 55. ibi: *E aſſim* 75

hei

hei por bem,que os ditos officiaes,& familiares do Sãto Officio ſejaõ privilegiados, & eſcuzos de pagarẽ no lançamento do ſerviço dos cem mil cruzados,que os povos de meus Reynos me fizeraõ nas Cortes, que fis neſta Cidade no anno de mil, & quinhentos, & ſeſſenta, & dous, & em quaiſquer outros ſerviços deſta qualidade,que pelo tempo em diante forem concedidos por qualquer via,que ſeja,poſto que jà foſſe determinado, que eſte privilegio os nam eſcuzava de pagarem o dito ſerviço, tra-
76 ditque latiſſimè *Balmaſſeda de collectis q.* 52. *per totam*, & ſimilia privilegia non cenſeantur abrogata, quando Princeps imponit aliquam collectam, & jubet ſolvendam ab omnibus, nemine excepto; nullo modo videtur intelligere voluiſſe comprehendere obtinentes privilegia immunita-
77 tis, etſi collecta imponatur per legem generalem *Menoch. conſ.* 1105.*n.* 19.*lib.* 12. ubi dicit,quòd non præſumitur Principem voluiſſe derogare privilegijs, niſi id in lege ſpecificè expreſſerit,*Bonacina de legibus diſput.*1.*q.*3.*puncto* 8. §. 3. *n.* 11. *Barboſa voto* 90. *n.* 8.
78 Attamen cùm Rex noſter in præſenti decreto omnia privilegia abrogavit, & cuſtodiri jubeat regimen decimarum; in quo *titulo* 2. §. 1. omnia etiam privilegia abrogantur; in terminis noſtri decreti etiam privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis abrogata cenſentur.

Colligo 3. quòd licèt privi- 79
legia immunitatis, tributorum, & gabellarum per vim contractûs obtenta, vel emptione, ſeu alio quocumque titulo oneroſo non cenſeantur abrogata,nec comprehendantur in generali revocatione;*Mariſcotus* 2. *variar. cap.*40. *n.* 28. *Pinelus in rubrica Cod. de reſcindenda*, *p.* 1. *cap.* 2. *Barboſa de clauſulis clauſula* 83. *à num.* 8. *& in votis lib.* 3. *voto* 90. *n.* 12. ubi, quod per derogationem generalem non cenſentur derogatũ privilegijs per viam contractûs conceſſis, & quod ſub generali revocatione non comprehendantur privilegia irrevocabilia, tamen cùm per præſens decretum regimen decimarum cuſtodiendum tradatur, & in illo *titulo* 2. §. 1. 80
etiam privilegia conſequuta ex cauſa oneroſa revocentur, idem dicendum eſt in præſenti materia.

Colligo 4. eſſe collectandos 81
quoſcumque Miniſtros Regios, nam licèt hujuſmodi miniſtri de jure immunes ſint ab onere collectarum, ut fuſè tradit *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 43. *per totam*, *ubi n.* 25. *&* 2. hoc tantum dixit procedere in miniſtris forenſibus, literatis, & non in judicibus originarijs. Verum cùm contrarium ſit ſtabelitum in regimine decimarum *tit.*2. §.1.ejus diſpoſitio eſt in præſenti cuſtodienda.

Colligo 5. collectãdos eſſe ma- 82

 giſtros

giſtros, & officiales ſæculares noſtræ Conimbricenſis Univerſitatis, & ſcholaſticos utriuſque Academiæ Eborenſis, & Conimbricẽſis, & omnes, qui privilegio academico muniuntur, quia ita diſponitur in
83 Regimine decimarum *tit.* 2. §. 1. quod cuſtodiẽdum eſſe in præſenti decrevit Rex noſter, licèt non ita foret, ſi ita experſſè decretum non eſſet, nam de jure academico privilegio gaudentes non collectantur, quando collecta eſt perſonalis, ſecùs ſi realis *Balmaſſeda de collectis q.* 25. *per totam, Benedictus Pereyra in ſua Academiâ, ſeu Republica literaria lib.*3.*diſp.*4. *q.*10. *per tot.* ubi affatim, à quibus tributis ſint immunes, *Pegas ad Ordinationem libr.* 1.*tit* 66. §. 42. *gloſſa* 45. *Mendo de jure academico*, *& melius Brancacinus de jure doctoratûs.*

84 Colligo 6. collectandos eſſe milites à Generali uſque ad infimum militem, quia ita diſponitur *in dicto* §. 1. Regiminis decimarum cuſtodiendi in præſenti, licèt de jure à collectis, & tributis perſonalibus, prout academici ſint immunes, *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 49.*per totam, Georgius Acacia de privileg. militum privilegio* 30. *à num.*5.*Fontanella tom.*2.*deciſ.*308.*n.*29.*regimen Gobernatorum* §.12.

85 Colligo 7. collectandos eſſe equites trium Ordinum Militarium noſtri Regni, quia hujuſmodi equites ab onere collectarum non ſunt immunes, *Lacerte de gabellis cap.* 19. *num.* 22. & licet hoc ſit valdè dubium: ut tradit *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 23. *per tot. Guttierr. de gabellis quæſt* 95. dicendum eſt milites trium Ordinum Militariũ noſtri Regni habentes penem Civilem: ut diximus *cap.*12. *n.*46.*&* 52. *& tradit Peg. ad Ordin.lib.* 1.*tit.*12.§.2. *à num.* 1.*uſque ad* 5.non eſſe collectandos: *Reynozo obſ.* 12. *&* 3. omninò videndus, & ejus *Additionator*, qui plures refert eo vel maximè, cùm nec in noſtro decreto, nec in regimine decimarum hoc ſit expreſſum, *Pegas ad Ord.lib.*1. *tit.*78.§. 14.*à.n.*80.*& lib.*1.*tit*66.§.43.*gloſa* 46.*n.*20.*&* 21.

Conductores verò Cõmendarum equitum trium Ordinum militarium, cæterorumque bonorum Eccleſiaſticorum collectari debent, *Guttierr. de gabellis q.* 95. *à num.*13.*Pegas ad Ord.lib.* 2. *tit.* 11.§.7.*gloſa* 9.*n.* 3.*Cancer.* 3. *variar. cap.* 3.*n.* 138.*Delbene de immunitate cap.* 5. *dubitatione* 7.*ſect.* 17. *Guttierr. de gabellis quæſt.* 87. *n.*1.*& quæſt.* 44. *Souza deciſ.* 28. *&* 72. *Graffis de effectibus Clericatûs effectu* 3. *num.* 50. *Fontanella deciſ.*301.*num.* 20.*&* 307.*&.poſtea dicemus.* 86

Ipſimet equites collectari debent, vel ſi non habeant panem Civilem, vel ſi habentes panes Civiles ſint negociatores, & mercatores, quia exercentes negocia: aut mercaturam, quo ad negocia, & mer- 87

& mrecaturam privilegio immunitatis non gaudent, ſive illi ſint Equites, ſive Clereci, aut Religioſi, ſive familiares Sanctæ Inquiſitionis, aut Senatores, vel quicũque alij, quia privilegium immunitates, tributi, & collectæ non comprehendit negocia, & mercantian: ut tradit *Giurba conſ.* 94. *per totum*, *Larrea alleg.* 11. *n.* 9. *Gutierr. de gabellis q.* 95. *à n.* 42. *Barb. in votis lib.* 3. *voto* 90. *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 46. *num.* 11. *&* 52. *num.* 31. *& infra dicemus*, *Cortiada deciſ.* 201. *uſque ad* 210. *per totas.*

88 Colligo 8. collectandos eſſe habentes officia, ſive à Rege conceſſa, ſive à quocumque alio, non ſolum in ſallario, quod vocamus *Ordenados*, ſed etiam in emolumentis, quæ appellamus *pros*, *&* *precalſos*, quia ita diſpoſitum eſt in regimine decimarum *tit.* 2. §. 3.

89 Colligo 9. Medicos, Chirurgos, Advocatos, Scribas, Notarios, Sollicitatores, Meirinos, apparitores, partitores, teſtium examinatores, æſtimatores, Birruarios, & quoſcumque alios, qui vel per ſcientiam, vel per artem acquirunt, & lucrifaciunt, collectandos eſſe reſpectu emolumentorum, quæ ratione ſcientiæ, vel artis percipiunt, quia ita diſpoſitum eſt in regimine decimarum §. 4. licet ſecluſa diſpoſitione dicti §. contrarium erat dicendum: *ex Balmaſſeda de collectis quæſt.*42. *per totam.*

Colligo 10. collectandos eſſe quoſcumque, ſive ſint naturalis noſtri Regni, ſive exteri, qui mercaturæ negotis, & comertijs quocumque modo operam dant, quia ita diſponitur in Regimine decimarum §. 5. & quia ita de jure cõmnni eſt: ex DD. quos citavimus ſuprà *num.* 87. & quomodò, & quandò forenſes ſunt collectandi, docet *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 62. *per totam*, *Phæbus deciſ.* 33. 1. *parte.* 90

Sed ſi comercijs, & negotis incumbant pecunijs alienis, ex quibus ſolvant intereſſe, habendus eſt reſpectus ad intereſſe, quod ſolvunt, & reſpectu illius ſunt collectandi hujuſmodi intereſſe recipientes, quæ quidem collecta eſt ſolvenda ab eo, qui intereſſe ſolvit, & ab eo, cui ſolvitur in partem ſolutionis acceptanda: ex regimine decimarum §. 6. 91

Colligo undecimò collectandos eſſe agricolas, qui vel propriâ, vel aliena prædia colunt, ſed diverſo modo, nam iſti tenentur collectam ſolvere rationem penſionis, quam reciperent, ſi prædia, quæ colunt, locarent, & ratione intereſſe, quod habent ex agricultura, deducto ſemine, & deductis expenſis omnibus, quas fecerint in arando, ſeminando, cuſtodiendo, & colligendo ſegetes, & illi vero intuitu illius, quod, deductis expenſis tantùm lucrare poſſunt: *ex* §. 7. *&* 8. *tit.* 2. regiminis dicimarum, ubi meritò adver- 92

titur collectam eſſe imponendam cum reſpectu ad incertitudinem fructuum, & circa agricolas collectandos; conſule *Balmaſſeda de collectis q.* 98. ubi qui appellatione agicolæ veniant, etiam tradit: & de eorum privilegijs ibi agit, & nos diximus in noſtro opere *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1.*lib.*4.*cap.*11.*& tarct.*2.*lib.*1.*cap.* 3. *latè Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 58. *per totum.*

93 Colligo 12. Familiares Epiſcopi eſſe collectandos, & notarios: ex his, quæ tradit *Balmaſſeda de collectis q.* 63. *&* 125.

94 Colligo 13. paſtores, & famulos agricolarum, qui gregem communem, vel partialem cum illis habent reſpectu emolumenti gregis, & negotij collectandos eſſe: *ex tit.*2.regiminis decimarum §.9.

95 Colligo 14. Magiſtros cujuſcumque officij mechanici, ut Sartores, Sutores, & alios, collectandos eſſe, ſi cum officio negocium exerceant: *ex* §. 12.regiminis decimarum *tit.* 2. ſecus autèm ſi ex officio tantùm vivant, quia ex ſuo labore vivunt, & ſecundum præſens decretum collectari non debent, licèt per regimen decimarum eſſent collectandi *ex* §. 10. *&* 11.quia in præſenti ſunt expreſſè excluſi, & ſufficeret, quòd non eſſent, nec expreſſè, nec virtualitèr incluſi, quia pauperes, qui ex labore ſuo tantum vivunt, ad collectas non tenentur, *Balmaſſeda quæſt.*50.

71 Augetur *ex Ord. lib.* 2. *tit.* 58. *in principio*, ubi legiſlator poſtquam diſpoſuit agricolas incapitatos fidalgorum cogi nō poſſe ſubire officia conciliorum, declaravit prædictum privilegium non
72 comprehendere officia Judicis, Decurionis, Edillis, Procuratoris Conſilij, & Depoſitarij archæ Orphanorum; *& ex Ord. lib.* 2. *tit.* 59. 73
§. 1. ubi ſimiliter legiſlator poſtquam diſpoſuit colonos Senatorū cogi non poſſe ad ſuſcipienda officio cōſiliorum, declaravit prædictum privilegium eos non excuſare ab officijs Judicis, Decurionis, Edillis, Procuratoris, & 74
Depoſitarij, & dat rationem, quia nullum eſt privilegium, per quod hujuſmodi excuſatio tribuatur; deducta *ex dicta l. honoribus* 8. *& ex pluribus alijs*, *quos refert Otterus d. cap.* 12.

Accedit etiam, quod immuni- 75
tas conceſſa à muneribus non extenditur ad munera ordinaria, ſed tantum ad extraordinaria, *Bartholus in l. omnes Cod. de armonis, & tributis, Peg. ad princip. Ord. lib.* 2. *tit.* 59. *gloſ.* 2. *n.* 7.

Difficili reſponſione hæc om- 76
nia ſunt, ita ut congrua careant, niſi quod licet hæc omnia vera ſint ex diſpoſitione, & deciſione ſupradictorum jurium, quo ad familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ex mente legiſlatoris limitantur: quia cum tempore conditæ Ordinationis adhuc non eſſent, non poterant in mentem legiſlatoris venire, ut eos expreſſe excuſaret, quod veroſimile eſt, ſi de illis cogitare potuiſſet: nam favor fidei, & religionis amor, quo noſtri Sereniſſimi Reges erga fidem, & religionem ducuntur, ita poſtulabat, & inſtanter petebat ut à ſacris muneribus ad profana

ſana inviti non traherentur, & dum his adeſſent, illis adfuiſſent, & ita ratiocinat *Balmaſſeda dicto num.*13. & circa ſcholaſticos *Pereyra in ſua Academia libr*.3. *diſputat*. 4. *quæſt*. 9. propter incompatibilitatem.

77 Reſponſio hæc optimè confirmatur, quia etiam noſtræ *Ordin. libr.*1.*tit.*67.§.10. diſpoſitio non comprehendit Reguengarios; de quibus *libr.*2. *titul.* 31. *Barboſa in dicto* §. 10. *& ibi Pegas gloſ.* 12. *numer.*2.*per leg.ſemper* §.*colloni de jure immunitatis*,nec privilegiatos
78 à muneribus publicis ex titulo oneroſo, nec eos, quibus ſimile privilegium ob benemerita conceſſum fuit; *Pegas d. n.* 2. *& ad Ord. lib.*1. *tit.* 3. §.39. *à n.*85.*Menoch. conſ.* 156. *n.*33. ubi id DD. & exemplis confirmat *Phæbus* 1. *parte*
79 *deciſ.* 33. neque nobiles, quos dicimus *Fidalgos*; teſte *Pegas in d.* §. 10. *gloſ.* 12. *n.* 4. *Cabed.* 1. *p. areſto* 89. ex ea tantum ratione quia quatumvis lex in ſua diſpoſitione generalis ſit, recipit limitationes à ratione, ex qua animatur tamquam corpus ab a-
80 nima; *Barboſa axiom.* 136. *num.* 9. & ideo lex, vel diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari: *ex lege cum pater* §. *dulciſſimis ff. legatis* 3. *l. ſi de certa re Cod. de tranſact. Simon Vas*, *Barboſa in principijs*, *& locis communibus litera* L. *n.* 30. *Flamin. de reſignatione tomo* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 4. *numer.* 14. *Gironda de privilegiorum, & exemptionum explicatione n.*176. *Portugal* 1. *parte capit.* 10. *à n.* 109. unde nihilmirũ quod etiam diſpoſitio generalis prædictæ *Ordin.dicto* §.10. ex ratione particulari, qualis eſt favor religionis, limitetur quo ad familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis eo, vel maximè cum conſuetudo, quæ optima legum interpres eſt, ut diximus, ita ejus generalem diſpoſitionem temperavit, & interpetrata eſt;& quo ad milites eſt regimen Gubernatorum *d.* §. 20. de quo *Pegas ad Ordinat.lib.*2.*tit.*47. *ad rubricam à num.*1.*uſque ad* 68. ubi tradit judicatum capitaneos tantum auxiliares immunes eſſe à muneribus conſiliorum.

Colligo ulterius officiales, fa- 81
miliareſque Sanctæ Inquiſitionis non poſſe cogi ad cætera alia munera conſilij, ſive ſuperioribus paria, ſive inferiora: quia ſi, ut diximus, excuſantur ab illis, à quibus lex nullum privilegiatum regularitèr excuſat, à fortiori excuſantur ab illis, à quibus privilegiati regularitèr excuſãtur,ideo nec procuratores curiarum, quos dicimus *Procuradores de Cortes*; de quibus *Otterus*, *de officialibus reipublicæ* 2.*p.cap.* 9.*per tot.*neque 82
exactores, aut receptores, depoſitarij, inviti eligi poſsũt, & ſi jam prædicta, vel ſimilia officia exercuerunt, non ideo ad ea inviti iterum cum effectu eligi valent: ut in ſimili reſolvit *Peg. ad Ordinat. lib.* 1. *tit.*67. §. 10. *gloſ.* 12.*n.ult.*

*& nos infra cap.*24.

83 Bene verũ eſt,quod ſi libẽter ea exercere inceperint, ea ad finem producere cogũtur, quia regularitèr multa, quæ à principio ſunt actus voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis fiunt: ex regula *tx. in lege ſicut ab initio* 5.*ff.de obligationib. & actionibus*, & nos latè diximus *de Munere Judicis Orphanorum tractat.* 1. *libr.* 4. *capit.* 6. niſi ſervitium Sancti Officij lædatur, quia tunc poterunt Inquiſitores Apoſtolici jubere, ne continuare cogantur.

84 Ab officijs,quæ cultumDivinũ ſpectant, non excuſantur, quia ſervire Deo regnare eſt; & ita in terminis reſolvit *Balmaſſeda de collectis quæſt.* 52. *num.* 14. *&* 15. dummodò non ſint incompatibilia.

85 Decimo quinto ad illa verba: *Nem lhe tomem de apozentadoria ſuas caſas de morada, nem cavalhariças,nem quaeſquer outras em que elles pouzarem, poſto que ſuas nam ſejaõ*; notamus domos, ſeu proprias,ſeu alienas, in quibus familiares, officialeſque vivunt, alteri ad hoſpitiũ dari non poſſe; ut latè diximus *cap.*10. *per tot.*

86 Decimo ſexto ad illa verba: *Antes lhas dem, & façaõ dar de aluger por ſeu dinheiro,ſe as elles naõ tiverem,& ouverẽ miſter;* notamus nõ ſolum familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis habere privilegiũ,ut domos, in quibus vivũt, alteri ad hoſpitium dari non poſſe, ſed ſi domos proprias non habeant ſufficientes ad habitandum, illis dandæ ſunt, non tantum habiles ad ſuam habitationem, ſed 87
ad totam ſuam familiam, & ad fructus ſuos, & animalia, quia habitationem habere non cenſetur, qui illam non habet ad commodè habitandum cum integra ſua familia, & neceſſarijs ad illam: ut diximus *cap.* 10.

88 Ampliamus reſolutianem noſtram primo, ut dominus ædium compelli poſſit ad eas locandas; *Gratianus cap.* 357. *Duenhas regula* 213. *Benedictus Pereyra in ſuâ Academia, ſeu Republica literaria libr.* 3. *diſputat.*4.*parte* 6.*numer.* 427. qui licet de ſcholaſtico loquatur, à fortiori procedit in familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, quorum privilegia potentiora ſunt: ut diximus *cap.*18.

89 Ampliamus ſecundo, ut locum habeat non tantum in ædibus ſolitis locari, ſed etiam in non ſolitis locari, quando familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis alibi idoneam habitationem non invenient, & dominus ædium in illis non vivat: ut de ſcholaſtico tradit *Pereyra d. q.* 6. *num.*428.

90 Ampliamus tertio ut familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis pro eodem pretio cæteris conductoribus etiam privilegiatis præferãtur, dummodo privilegiati, quo ad hoſpitium, non ſint in poſſeſſione

hoſpitij,

hoſpitij, quia privilegiatus cõtra pariter privilegiatum non gaudet
91 privilegio: ut diximus *capit.* 18. maximè cum in præſenti familiares, officialeſque agunt de lucro captando, & privilegiati, qui domus jam habitant de damno evitando, & in tali caſu jura potius favent agentibus de damno evitando, quam de lucro captando; ſed ſi ambo concurrant ſine poſſeſſione, tunc privilegiatus præfertur non privilegiato, & magis privilegiatus minus privilegiato: ex his, quæ dicent *Pereyra ſuprà numer.* 429. *Barboſa in l.* 1. *ff. ſoluto p.* 7. *n.* 51. *Duenhas reg.* 213. *Gom.* 2. *variar. cap.* 3. *n.* 5. *ibi Aylon Gratian. cap.* 357. *num.* 14. *Valaſcus de jure emphyteutico quæſt.* 24. *DD. ad text. in cap.* 1. *de locato, ibi Barb. & Gonçales.*

92 Ampliamus quarto, ut finita prima locatione non poſſit dominus ædium eas, cui voluerit, locare, ſi familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis reconducere eas voluerint: nam licet regula ſit, quod finita locatione poſſit dominus, cui voluerit ædes ſuas locare:
93 deducta *ex l. ne cui Cod. de locato*, *l. nemo eodem titulo*, *Barboſa ad tx. in capit.* 1. *de locato*, hæc regula fallit in ſcholaribus domorum conductoribus, *Barboſa d. p.* 7. *num.* 51. *Pereyra d. quæſt.* 6. *n.* 429. *& num.* 432. *Duenhas dict. regula* 213. *ampliatione* 3. *Rebuf. de privilegijs ſcholaſticorum privileg.* 9. & conſequenter in familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, quibus jus hoſpitandi competit.

Ampliamus quinto, ut liberum 94
non ſit dominis ædium, eas locare pretio, quo voluerint, ſed juſto pretio taxando per Gubernatores, vel eos quibus illi talem curam demandaverint, niſi eſſent particulares perſonæ deputatæ, ut probatur ex Statutis academicis *libr.* 2. *tit.* 20. *à* §. 6. *Pereyra dicta quæſt.* 6. *num.* 433. *Barboſa d. parte* 7. *à num.* 51. *Duenhas ſuprà*, quare Inquiſitores Apoſtolici quo ad 95
officiales continuos poſſunt jubere taxam imponi, vel per electos à conductoribus, vel his renitentibus, & non elegentibus per per- 96
ſonas ad ipſis electis, & conſequenter judices fiſcales quo ad familiares, niſi de publico eſſent perſonæ deputatæ ad taxandum: quia tunc ad his eſt facienda.

Ampliamus ſexto, ut adeò ve- 67
rum ſit, quod dominus ædium durante locatione non poſſit expellere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, etiam ſi illi ſupervenit neceſſitas, ſi familiares, officialeſque non ſint inventuri alias domos: nam licet regula ſit, quod dominus ædium poteſt expellere conductorem, quando illi ſupervenit neceſſitas utendi ſuis domibus: deducta *ex lege æde* 98
Cod. de locato, cap. propter §. *verum de locato, Ordin. lib.* 4. *tit.* 24. §. 7. *Valaſc. de jure emphyteutico quæſt.* 22. *n.* 5. *Barboſa d. p.* 7. *n.* 52.

Gomes d. cap. 3. n. 6. ubi Aylon
infinitos coaſervat, Molin. de juſti-
tia tract. 2. diſp. 499. Benedictus Pe-
reyra in ſua Academia ; ſeu repu-
99 *blica literaria lib. 3. diſp. 4. quæſt. 7.*
à num. 436. hæc regula fallit ex
privilegio ſcholaſticorum ; *Barbo-*
ſa in cap. propter ſterilitatem §. *ve-*
rum de locato num. 27. Barboſa ad
Ord. d. tit. 24. §. 7. Pereyra d. quæſt.
7. num. 437. & 438. Rebuf. privi-
100 *leg.* 8. & conſequenter quo ad fa-
miliares , offiicialeſque Sanctæ
Inquiſitionis ; quia maior utilitas
verſatur in ſervitio quod faciunt
familiares , officialeſque Sanctæ
Inquiſitionis , quam in occurren-
do neceſſitati illius domini , ut
quo ad ſcholares notant ſupra ci-
tati , ſecus eſt dicendũ , ſi alias do-
mos commodè poſſunt in veniri.
101 Ampliamus ſeptimo, ut fami-
liares , officialeſque Sanctæ In-
quiſitionis expelli non poſſint ab
ædibus prætextu neceſſitatis reſ-
taurandi ædes niſi reſtauratio fi-
eri non poſſet alio modo : ut no-
tant DD. *in l. æde Cod. locati , &*
ad Ord. lib. 4. tit. 24. Molina dicta
diſp. 499. Pereyra in ſua Academia
lib. 3. diſp. 4. quæſt. 8. n. 452. qui
ſic tradunt reſpectu ſcholaſtico-
rum , & advertunt , quod ſi opus
fuerit exire , ſtatim ædes poſt reſ-
taurationem ſunt reſtituendæ.
102 Ampliamus octavo ; ut proce-
dat , quamvis dominus ædium di-
cat ſe illis indigere pro habitatio-
ne ſuorum familiarum ; quia *Ord.*
dicto tit. 24. ſolum extendit neceſ-
ſitatem habitandi ad filium, vel filiã,
fratrem, vel ſororem, & ita reſolvit
Pereyra d. q. 8. n. 453. quo ad ſcho-
laſticos , & conſequenter potiori
ratione hoc eſt praticandum , quo
ad familiares , officialeſque. 103
Ampliamus nono, ut procedat,
quamvis dominus dicat , quod
vult domos pro ſuo condendo fru-
mento : quia *Ordin.* citato loco
inter neceſſitatem locatoris ſolũ po-
nit habitationẽ, & ita quo ad ſcho-
laſticos aſſerit *Pereyra dicto num.* 104
453. & nos ex eadem ratione, quo
ad familiares, officialeſque Sanctæ
Inquiſitionis, affirmamus. 105
Ampliamus ultimo , ut in tan-
tum familiaribus , officialibuſque
Sanctæ Inquiſitionis ſint dandæ
domus ſufficientes ad eorum ha-
bitationem , ut poſſint expellere
dominos à domibus proprijs, quã-
do aliæ non inveniũtur locari ſoli-
tæ , & familiares , officialeſque
deficerent miniſterio Sancti Offi-
cij, in quantũ utilitas publica ver-
ſatur in familiaribus , officialibuſ-
que Sanctæ Inquiſitionis , quorum
miniſterio mundus purgatur ab
hæreticis , & blaſphemijs , & tue-
tur fides , quæ utilitas prævalere
debet particulari damno , quod re-
cipit dominus , ut de ſcholaſtico
tradunt *Benedictus Pereyra d. diſp.*
4. quæſt. 7. n. 437. Rebuf. d. pri-
vileg. 8. ſed rigor hic niſi in ex-
trema , & urgentiſſima neceſſitate
nullo humano medio evitabili pra-
cticari debet.
Si vero familiares , ſeu officia-
les

les Sanctæ Inquiſitionis tempore
106 debito non ſolvant penſiones, vel inhoneſte vivant; & in domos meretrices inducant, tunc privilegio non obſtante, durante locationis tempore, à domibus expelli poſsũt prout ſimiliter ſcholaſtici expelli volent, docente cum infinitis *Benedictus Pereyra d.quæſt.*7.*n.*439. *&* 440.cum ſequentibus.

107 Nec poterunt petere ad hoſpitium domos, quas quis ad vivendum locaverit ad totam vitam, vel ſaltem ad ſpatium decem annorum; quia tunc conductor dominus utilis fit: qua de re *Valaſc. de jure emphyteutico quæſt.* 27.*cum*
108 *ſequentibus*; niſi locatio decem annorum fuerit fraudulenta, & ſimulata ad excludendum hoſpitium, quæ horum locatio probatur: ut diximus *de Munere Judicis Orphanorum tract.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. *&* 9. & quo ad ſcholaſticos locatio decem annorum, & ultra non officit, quia fraudulenta reputatur: ex Statutis *lib.*2. *tit.*20. *à* §. 6.

109 Decimo ſeptimo ad illa verba ibi: *Nem lhe tomem ſeu paõ*; notamus Decuriones non poſſe cogere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis vendere panem ſuum etiam tempore neceſſitatis, aliàs nihil eis conceſſum eſſet contra regulas juris, ſecundum quas nemo invictus emere, vel vendere
110 cogitur; *Hermoſilha in l.* 3. *titul.*5. *parte* 5.*Gomes in l.*46.*Tauri.num.* 9.*&* 2. *var. cap.* 2.*num.*51.*ibi ejus Addicionator. Aylon, Covas* 2. *var. cap.*3. *num.* 55. *&* 3.*var.cap.* 14. *ubi ejus Addicionator. Faria, Molina de juſtitia tract.*2. *diſputat.* 341.*Riccius* 1.*parte collectaneo* 76. *& parte* 4.*collectaneo* 922. *& parte* 5.*collectaneo* 1503.*&* 1851.*Caballus caſu.*9. *Valenſuella conſ.* 81. *Guſmaõ de evictionibus quæſt.* 52. *à num.* 13. *Olea deceſſione jurium tit.*5. *quæſt.* 1.*num.* 1. *&* 2. *Julius Cauponius tomo* 5.*diſcep.* 352.*pertotam*, quod non eſt dicendum, quia verba privilegij non debent inania, & fruſtatoria eſſe: ut diximus *ſuprà num.*11. & latiùs *cap.*2. 111
ideo, ut aliquid in præſenti contineant, debent intelligi, ut Decuriones non poſint familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis cogere ad vendendum panem ſuum etiam tempore neceſſitatis, in quo Decuriones cogere valent divites, ut vendant pauperibus juſto pretio; *Valdes de eleemoſina p.* 4.*quæſt.* 1.§. *item, Pegas ad Ordin. lib.*1.*tit.*66.§.34.*gloſſa* 37.*num.*6.
quapropter multa conceduntur, 112
quæ aliàs denegantur, *Ord. d.titul.* 66.§.40.*ibi Pegas, & in d.* §. 34. *num.* 7.*& ad* §. 29. *ejuſdem tituli*,
taxareque pretium, quia licet ſo- 113
lus Princeps poſſit taxare panem, ex regula Senatûm Palatini §. 26. *ibi Pegas, & ad Oadin. lib.* 1. *tit.* 66.§. 34.*gloſ.* 37. *num.* 2. *Cabedo* 2.*parte deciſ.*92.hoc intelligeretur
de taxa generali, non in repenti- 114
na neceſſitate famis, vel peſtis, qua horrea aperiuntur: quia tunc juſtum pretium aſſignatur: *ex l. Cod.*

Cod. de Epiſcopali audientia ibi Barboſa, Valaſc. conſ. 22. *num.* 2.
115 *Pegas d. gloſ.* 37. *num.* 8. & multa fieri præmittuntur inconſulto Principe, quando periculum eſt in mora, quæ eo deficiente fieri prohibentur: *ex Ordin. d. tit.* 66. §. 40. *ibi Peg. gloſ.* 43. *n.* 8. *& Barboſa, qui alios citant, Pegas apoſitè ad principium Ord. libr.* 2. *tit.* 50. *& gloſ.* 2. *n.* 3. 4. *&* 5.

116 Ampliamus reſolutionem hanc, ut procedat, quamvis Princeps jubeat, ut omnes vendere cogantur ſine exceptione perſonarum, & quibuſcumque privilegijs non obſtantibus, dummodo non ad jungat clauſulam, qua habent pro expreſſis omnia privilegia, & de-
117 roget legem requirentis ſpecialem derogationem: quia ſemotis his clauſulis adhuc familiares, officialeſque inconſulta Principe prætextu neceſſitatis cogi non poſſunt ut judicavi, & confirmatam vidi ſententiam meam, dum Judex fiſcalis Eboræ eſſem; *Caſtilho de*
116 *tertijs cap.* 36. *num.* 33. ubi quod privilegium conceſſum ratione exuberantis favoris requirit ſpecialem derrogationem; *& num.* 34. ubi, quod privilegium in corpore
119 juris clauſum ex generali clauſula *non obſtantibus* non tollitur; *& nu-*
120 *mer.* 35. ubi, quo privilegium ob merita conceſſum, ut tollatur neceſſaria eſt ſpecialis mentio; *& nu-*
121 *mer.* 36. ubi, quod privilegium conceſſum perſonis illuſtribus requirit recuſationem ſpecialem: *Themudo* 3. *parte quæſt.* 12. *num.* 5. *&* 6. ubi, quod privilegium Regibus conceſſum non cen- 122
ſetur derogatum poſt legem generalem, quæ omnia caſui noſtro merè conveniunt, in quo ſumus in privilegio ratione exuberantis favoris, fidei conceſſo, in privilegio clauſo in corpore juris, in privilegio ob benemerita conceſſo, in privilegio illuſtriſſimo miniſterio conceſſo, nam nullum illuſtrius, excellentius excogitari valet miniſterio Sancti Officij.

Familiares, officialeſque San- 123
ctæ Inquiſitionis licet panem ſuum vendere non cogantur, prohiberi tamen valent, ne illum foras ferent, & ſi contra faciant, puniri à Decurionibus poſſunt, qui valent prohibere, ne granum extra-
hatur: ex regimine Senatûs Pala- 124
tini §. 113. *ibi Pegas ad Ord. libr.* 1. *titul.* 66. §. 34. *gloſſa* 37. *num.* 5. de Clerico idẽ eſt dicẽdum, *Cortiada deciſ.* 208. *&* 209. *per totas.*

Et ultra pretium taxatum, vel 125
taxatione generali, vel particulari vendant, aliàs puniri poſſunt, quia in tempore neceſſitatis poteſt ſtatui favore publicæ utilitatis, ne pretium tranſcedant: *Valdes d. quæſt.* 1. *n.* 1. *ex l. verberatum* §. 1. *ff. de reivindicatione, Souza in* §. *actionum Inſtit. de actionibus parte* 4. *cap.* 1. *à n.* 28. qui 126
per alignas concluſiones oſtendit, quando ad reſtitutionem teneantur, qui taxam excedunt, vel etiam Clerici, *Pegas dicta gloſſa* 37.

num. 3.

*num.*3. *Poſſidonio de emptione*, *&* *locatione lib.* 3. *dubitatione* 13. ubi *per tot.* qui teneantur ad taxam.

127 Intellige verba privilegij de pane collecto, vel ex propria agricultura, vel ex proprijs reditibus collecto, non de pane empto ad revendendum, vel ex quacumque negociatione obtento: quia privilegium ad panes conceſſum, ad panes mercimonij, & negociationis cauſa non comprehendit: *Gironda de explicatione privilegiorum*, *& exemptionum*, *num.*346. immò adverſus iſtos publicos inimicos riguroſe eſt procedendum; ex his, quæ diximus latè *cap.* 13. *Gomes* 2. *var. cap.* 2. *n.* 51.

128 Decimo octavo ad illud verbum: *Vinho*; notamus vina ſua vendere, vel alio modo alienare prætextu cujuſcumque neceſſitatis: quia ſecluſa neceſſitate nemo emere, vel vendere compellitur: ut diximus *n.* 10. *Peg. ad principiũ Ord.lib.* 2.*tit.*50. *gloſ.*2.*n.*3.

Si vero vinum vendant, tabernas habent, & caupones, bene eorum vina taxare poſſunt: *ex Ord. lib.*1.*tit.* 65. §.20. *tit.* 66.§. 34.*ibi Pegas gloſ.* 37. *num.* 5. *Curia Peſana lib.* 2.*cap.*18. *à num.*26. *circa Clericos vide Cortiada deciſ.* 20.

129 Decimo nono ad illa verba: Roupa, *palha*, *ſevada*, *lenha*, *galinhas*, *ovos*; notamus prædicta eſſe ſpecificata, ut apertè conſtat
130 ex mente legiſlatoris eſſe, ut etiam in rebus minimis, & parvi præjudicij non eſſe inquietandos, moleſtandoſque familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, *Ord. lib.* 2. *tit.* 50.§. 2. *ibi Pegas numer.* 1.2.3.4.*&* 5.

Vigeſimo ad illa verba: *Nem* 131
beſtas de ſella, *ou de albarda*; notamus equos, mullos, aut aſinos familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis non poſſe capi ad ferenda onera ad conductionem, aut reconductionem etiam tempore belli, & neceſſitatis, quia ſecluſa neceſſitate hoc regulare eſt, quo ad omnes; ut circa conductores Regis diſponi *Ord. libr.* 132
2.*tit.*63.*in principio ibi latè Pegas*, ubi per totum titullum de privilegijs conceſſis conductoribus re- 133
dituum regalium: & in ſpecie *Pegas ad Ord. lib.* 2.*tit* 50.*gloſſa* 4.*à num.*1.*uſque ad* 5.

Vigeſimo primo ad illa verba: 134
Salvo ſe trouxerem as ditas beſtas ao ganho, proque em tal cazo naõ ſeraõ eſcuzas; notamus familiares, officialeſquè Sanctæ Inquiſitionis proximo privilegio non juvari, quando ſoliti eſſent equos, aſinos, aut mullos ſuos conducere; quia in hoc caſu poſſunt cogi; nam dictionis *ſalvo* ea eſt natura, ut ſit 135
taxativa, & limitativa, ac modificativa præcedentium; *Pegas ad Ord. libr.*1.*tit.* 11.§.3.*tit.*66.§.41. *num.*4.*&* §.43.*num.*8.§. 46.*Phæbus* 1.*parte deciſ.*34.*numer.*13. & nos diximus *in cap. antecedenti. Pegas ad Ord. libr.*1.*tit.*50.§.2.*gloſſa* 4.*num.*3.

Vigeſimoſecundo ad illa ver- 136
ba:

ba: *Nem aſſi meſmo lhe tomem couza alguma do ſeu contra ſua vontade*; notamus per hæc verba ex-
137 preſſiſſe regem mentem ſuam eſſe, ut non ſolum ab expreſſis liberentur; ſed etiam à non expreſſis, & ut unico verbo omnia comprehenderet; addidit clauſulam, *nec rem aliquam*; cujus clauſulæ ea eſt natura, ut omnia comprehenderet: ut diximus *cap. antecedenti*; & hæc pro materia hujus capitis.

CAPUT XXII.

Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, eorum uxores, filij, aut filiæ an poſſint uti veſtibus ſericis, & à quibus?

SUMMARIUM.

1 *Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, eorum mulieres, filij, & filiæ veſtibus ſericis uti valent.*
2 *Verba privilegij referuntur.*
3 *Mechanicis veſtes ſeriæ prohibentur.*
4 *Inter nobiles, & plebeos deſcrimendari neceſſe eſt.*
5 *DD. agentes de veſtibus referuntur.*
6 *Viſus cum veſtibus prohibitis an incidat in pænas.*
7 *Filij quis præſumitur, qualem veſtes demonſtrant.*
8 *Mulier more meretricium veſtita, meretrix præſumitur.*
9 *Hodie ſine diſcrimine veſtibus ſericis utuntur omnes.*
10 *Referuntur DD. hodiernos mores crica veſtem lacrimoſe carpentes.*
11 *Lacrymantur, & narrantur damna, quæ ex cultu veſtium oriuntur.*
12 *In veſtibus ſericis nihil eſt, quo corpus, aut pudor defendi poſſit.*
13 *Veſtes de auratæ ab Imperatoribus Romanis prohibitæ fuerunt.*
14 *Et tantum imperiale miniſterium habentibus erant conceſſæ.*
15 *Et in noſtro Regno indiſtincte ſunt prohibitæ per legem, cujus tenor datur.*
16 *Qui corporis ſuis cultui ſtudet, animum, & animam negliget.*
17 *Veſtium uſus abſumit, quod reipublicæ debetur.*
18 *Intereſt Principi locupletes ſubditos habere.*
19 *Plures Imperatores referuntur, qui ab uſu veſtium ſericarum ſe, & mulieres ſuas abſtinuerunt.*
20 *Varia Regna referuntur, in quibus veſtes ſericæ fuerunt prohibitæ.*
21 *Pragmatica circa materiam executione carent.*
22 *Leges non debent eſſe ludibrio, nec per quemquam irrideri.*
23 *Satius eſt pragmaticas non facere, quam factas executioni non mandare.*
24 *Quando ſubditi legibus non parent, neque metus ultra, nec pudor*

pudor eſt.

25 *Utilius reipublicæ eſt paucas cum executione habere leges, quam ſine executione multas.*

26 *Princeps licet legibus ſit ſolutus, legibus tamen vivere debet.*

27 *Plures referuntur, qui ab uſu ſericarum veſtium ſe abſtinuerunt.*

28 *Nulla vox regnantis tam propria eſt, quam legibus alligatum ſe profiteri.*

29 *Princeps tenetur in foro conſcientiæ ſervare legem.*

30 *Inter materias, quæ publicam utilitatem reſpicium, nulla habet conſequentias, vel utiles, vel damnoſas, quam veſtium.*

31 *Timendi ſunt Vaſſalli, quibus opes deficiunt.*

32 *Mutationes ſtatuum fiunt ob paupertatem ſubditorum.*

33 *Deus acerbè reprehēdit peregrinas veſtes inducentes.*

34 *Quibus placent peregrinæ veſtes, mores etiam, & religio peregrina placet.*

35 *Mores peregrinos, externaſque formas reſpuere ſumme intereſt.*

36 *Satius eſt mores fideliſſimæ vetuſtatis retinere, quam externas quærere.*

37 *Antiqua tempora reſtaurata deſiderantur.*

38 *Corporis cultus opes exhaurit.*

39 *Fæminas meretrices redit, & homines ad inſtar fæminarū.*

40 *Veſtes proprio ordini, & dignitati convenientes gerere oportet.*

41 *Ut in aliјs rebus mediocritas placere debet, ita in veſtibus.*

42 *Fulgere, nec ſordecere veſtibus debemus.*

43 *Veſtes lanæ, & lineæ laudantur.*

44 *Omnibus dignitatibus, & officiјs proprium veſtis guenus dare an oporteat.*

IN eodem privilegio à noſtro 1
Domno Sebaſtiano Rege conceſſo inveniuntur illa verba
ibi; *Item me pras, que elles, & ſu-* 2
as molheres, & aſſim ſeus filhos, & filhas, em quanto eſtiverem debaxo do ſeu poder, poſſaõ trazer em ſeus veſtidos aquellas ſedas, que por bem de minhas ordenaçoens podem trazer as peſſoas, que tem cavalos, poſto que elles nam tenhaõ, ſem embargo de minhas Ordenaçoens; à quibus verbis pullulat privilegium, ut poſſint familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, ac eorum uxores, & filij, ſeu filiæ, dum ſub ſacris paternis exiſtunt, uti veſtibus ſericis, quæ prohibentur officialibus mechanicis, cæteriſque perſonis, quæ privilegio nobilitatis non gaudent: ut patet ex lege in materia
tranſcripta in libris Relationis 3
libr. 7. fol. 184. 192. & 214. teſte *Pegas ad Ordin. lib.* 1. *tit.* 35. §. 8. *litera U. num.* 757. & 758. &

conceduntur equitibus confirmatis; de quibus agit *Ordinat. libr. 2. tit. 60. & ibi latè Pegas*, *& Barboſa*, & non eſt contenendum privilegium, quia

Vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus (ſit ille,
Creditur ac mile quamvis idicta
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſte:
Nullius eſt laudis, quamvis ſciat omne, quod audit.

Et

Hunc homines decorant, quem veſtimenta decorant.

4 Rationi, & æquitati conſonum eſt, ut nobiles à plebeis diſcriminentur: ut nos latè diximus *de Munere Judicis Orphanorum in rubrica 2. parte illatione 2.* traditque noſter *Villa-Lobos in ſua nobiliarchia Luſitana capit. 1. & 2.*
5 *cum ſequentibus*, & inter diſcrimina, quæ debent habere inter ſe, eſt reſpectu veſtium, de cujus materia videndi ſunt *Barboſa voto 124. per totum, Solorzanus tom. 2. de jure Indiarum lib. 1. cap. 10. & cap. 21. à n. 60. & cap. 25. à num. 62. & lib. 2. politicorum cap. 12. & cap. 25. Gomes in l. 15. Tauri à nu-*
6 *mer.* 49. ubi in veſtium prohibitione, an incedat, qui cum eis viſus, ſed non aprehenſus eſt: *Peg. dicto* §. 8. *num.* 758. ubi qualiter condemnatio ſit aplicanda, DD. Hiſpani ad *lib. 7. Ordin. tit. 12. per totum*, latiſſimè *Bollerius de decoctione debitorum fiſcalium titulo 5. quæſt. 10. per totam*, quia talis quis eſſe prima face præſumitur, in quali habitu reperitur: 7
Bartholus in l. item apud Labeonem 15. §. ſi quis Virgines Bollerius dicta quæſt 10. num. 4. Giurba conſ. 38. num. 5. Fluvius Pacianus de probationibus libr. 2. capit. 19. num. 41. & 42. quod quidem mire comprobatur Geneſis *capit.* 38. 8
ibi: *Judas ſuſpicatus eſt Thamar ex ornatu eſſe meretricem*, quem locum *Tertulianus de cultu fæminæ* ita declaravit *Thamar illa, quia ſe expinxerat, & ornaverat, id circo Judæ ſuſpitione viſa eſt quæſtui cedere adeo, quod ſub vellamento latebat habitus qualitatem quæſtuarum mentiente, & fecit, ut quæſtuariam, & voluit, & copillavit, & pactus eſt. Antonius de Leon in tractatu de los vellos antigos, y modernos. Carranca in el diſcurſo contra malos tragos, y adornos laſcivos;* mirabilis *text. in capite ſi qua mulier 30. diſtinct.* omninò videndus, *& gloſſa ibi: quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, quam inclauſa ad meritricandum.*

Sed pro dolor his noſtris temporibus inane, & ſuperfluum eſt hoc privilegium, quia hodie ſine diſcrimine nobiles, & plebei, quo ad materiam habentur, & mulieres ipſæ ſpretis omnibus honeſtatis habenis fere inumerabiles varijs, laſcivis, diſformibuſque utendo veſtibus, peccare videntur, incedũt herclè hoc tempore 9

pore

pore mulieres etiam pauperrimæ, & viles, viris illas comitantibus adeo pompoſæ, ut Reges, & Reginas agere videantur, & nullo prorſus inter viros nobiles, & plebeos, intre fæminas nobiles, & mechanicas, honeſtas, ac meretrices ſubſiſtente diſcrimine. Unde iniqua exempla multa, ſcandala plura, paupertates magnæ, taliter quod nullus vix reperiatur, qui non impendat multo plus, quam vires patrimonij patiuntur, de quo luxu, & nimio exceſſu ſubditorum, & rei familiaris profuſionem neceſſario influente bene agunt hodiernos mores lacrymoſe
10 carpentes *Barboſa d. voto* 124. *per totum*, *Boller. d. quæſt.* 10. *per totam*, *Vivius deciſ.* 345. *ferè per totam*, *Petrus Gregorius de republica libr.* 4. *cap.* 11. *per totum*, *Bobadilha lib.* 2. *politicorum cap.* 17. *n.* 149. *&* 150. *Scipio Rovitus ad pagmat.* 1. *pragmat. de veſtiũ, & famulorum prohibitione DD. Hiſpani ad leg.* 1. *tit* 12. *libr.* 7. *recopilationis*, *Avendanho de exequendo mandatu* 1. *p. cap.* 14. *Mieres de maioratu quæſt.* 1. *limitat.* 2. *num.* 21. *latiſſimè Cortiada deciſ.* 263. *per totam*, *Stephanus Nathe. de juſtitia vulnerata* 1. *p. tit.* 7. *cap.* 3. *per tot.*

11 Quis non vidit, atque cumingenti dolore luget ſumptos exceſſivos, & inauditos, qui quotidie fiunt in veſtibus in joijs, & alijs puerilibus rebus, in quibus integræ dotes hodiernis temporibus conſumi ſolent cum magno reipublicæ incommodo, & mulieres remanere ferè indotatæ, & ex hoc plura incommoda oriri; quis ex hac cauſa non vidit filios, & filias patientes magnas neceſſitates; quis non vidit maioratus, & facultates nobilium noſtri Regni attenuatas, & ex hac cauſa nobiliſſimas, ſplendiſſimas, & opulentiſſimas quandam familias ad miſerum ſtatum redactas; quis non vidit tot, & tanta matrimonia indigna contrahi; quis non vidit fæminas ſui corporis quæſtum facientes; quis non vidit omnes in æ geſtate conſtitutos multiplicitate debitorum oneratos, fallitos, & decoctos; quis non vidit officiales mechanicos, eorum mulieres, filios, filiaſque more nobilium ſe gerere; quis non vidit alia varia damna, quæ nullius lacrymis fleri poſſunt, quia non adeſt in expendendo menſura, non ordo, non prudentia; quis denique non vidit noſtri Regni opes ad exteros quotidie tranſmiſſas ad emendas veſtes ſericas, in quibus nihil eſt, quo defendi ant corpus, aut denique pudor poſſit: *ex Seneca de beneficijs lib.* 7. *cap.* 9. qua de re vide 12
Cortiada deciſ. 263. *Nathe. d. cap.* 3. *num.* 2. *&* 3.

Quod vetus eſt, fætet, ſunt magis grata nova.
Eſt quoque cunctarum novitas gratiſſima rerum.

Providentes hæc, & ſimilia 13
damna Romani Cæſares, & maximè *Juſtinianus in l.* 1. *Cod. de veſtibus*

tibus boloboris, *& auratis lib.* 11. *tit.* 8. non fæminis, ſed viris interdixerunt uſum ſericarum, & auratarum veſtium ibi: *Auratas*, *ac ſericas paragaudas auro intextas*
14 *viriles privatis uſibus contexere*, *conficereque prohibemus*; de his *Plinius lib.*2.*cap.* 22.*& lib.*11.*cap.* 23.*Ulpianus in l.veſtis* §.2.*ff.de auro,& argento legato*; *muliebria* vocat *veſtimenta*, *quibus vir non facile ſine vituperatione uti poteſt*; quamobrem, *ne veſtis ſerica viros fœderat*, inquit *Tacitus libr.* 2. *annalium*, *vetita fuit.* Patet etiam
15 *ex lege* 2.*Cod. d.tit.*ubi Gratianus, & Theodoſius Imperatores etiam prohibent, ne viri deauratas habeant, aut in tunicis, aut in lineis paragaudas, niſi tantummodo quibus hoc propter imperiale miniſterium eſt conceſſum. Et apud nos hujuſmodi veſtes omnino per ſequentem legem prohibitæ ſunt.

DOM Pedro por graça de Deos Rey de Portugal, & dos Algarves dàquem, & dàlem, Mar em Africa, Senhor de Guinè, & da Conquiſta, Nevegaçaõ, Commercio de Ethiopia, Arabia, Perſia, & da India &c. Faço ſaber aos que eſta minha ley virem, que moſtrando a experiencia naõ ſerem baſtantes atègora as Pregmaticas que mandei publicar a rogo, & inſtancia de meus Vaſſallos juntos em Cortes nos annos de ſeiſcentos, & ſeſſenta, & oito, & ſeiſcentos, & ſetenta, & ſete para moderar as deſpezas, que ſe tinhaõ introduzido no uzo dos veſtidos, & adorno das familias, caſas, coches, ſeges, & liteyras; mas antes que ſe tem aumentado com maior exceſſo, pela grande variedade, com que cada dia ſe alteraõ os trages, & ſe inventaõ novas manufacturas, dezejando ſatisfazer à principal obrigaçaõ; que me ocorre, tanto de procurar remedio, que ſeja mais efficax a eſte damno, como de acautelar os perigos, que por cauſa della podem acontecer; determinei fazer nova Pregmatica, que inalteravelmente ſe haja de obſervar, em que ſe prohiba o uzo das couſas ſeguintes; todo o genero de tellas, & ſedas, que levarem prata, ou ouro; toda a guarniçaõ de ouro, ou prata em qualquer genoro de alfayas, ou de veſtidos; todo o genero de bordado de ouro, prata, ou ſeda em qualquer genero de alfayas, ou de veſtidos; todas as fitas tecidas, ou bordadas com prata, ou ouro feytas fora do Reyno, ou dentro delle; todo o genero de chapeos, que naõ forem fabricados neſte Reyno, & todos os borcados, que ſe chamaõ de ſeda, ainda que naõ levem prata, ou ouro; todas as rendas, que ſe chamaõ bordadas, ou de ponto de Veneza; & todos os adereços de vidros, & pedras falſas, ou venhaõ de fora do Reyno, ou ſe façam dentro delle: & fazendoſe algumas

mas alfayas das ſedas, que nam ſaõ prohibidas para o adorno neceſſario das caſas, & paramentos dellas, como tambem fazendoſe almofadas aos coches, liteyras, ou ſeges, poderaõ ſer guarnecidas com franja de retros ſómente; ordeno porem que neſta prohibiçaõ geral ſe naõ comprehendaõ os lòs da India: os quais poderaõ ſer guarnecidos do meſmo ouro, que coſtuma vir da India, con tanto que venhaõ nas Nàos da Carreyra, & ſejaõ deſpachados na caſa da India: como tambem ordeno ſe naõ comprehendaõ as tellas, & mais couzas neceſſarias deſte genero, que forem preciſas para o culto Divino, & com tanto, que ſe mandem fazer dentro de Reyno nas fabaicas delle; & ſe nam poſſaõ mandar vir de fora;& quando ſe ouverem de mandar fazer ſe regiſtaraõ perante o Regedor da Juſtiça, aquem cometo a pontual obſervancia, & execuçaõ deſta ley. Tambem ordeno, que ſe prohiba todo o genero de guarniçaõ nos veſtidos, ou mangas delles, quer ſeja de fitas, quer de bordados, ou de qualquer outra couſa; ſómente ſerà licito uzar das fitas lavradas, ou lizas, ſendo fabricadas dentro do Reyno, naõ ſe aplicando as guarnicoens referidas. Naõ ſe poderaõ dar libres aos lacayos com forros, giboens, ou meyas deſeda, o que ſe entenderà tambem nos bocaes das mangas das caſacas: & porque tenho mandado dar nova forma às fabricas do Reyno, para com ellas ſe ſuprir o que for neceſſario a meus Vaſſallos; prohibo, que ſe nam poſſa uzar de nenhum genero de panos negros, ou de cor, naõ ſendo fabricados dentro do Reyno. E as prohibiçoens referidas ſeraõ geraes em todo o genero, & ſexo de peſſoas, por maior que ſeja a ſua preeminencia ou lugar, que ocupem: outro ſim ordeno, que nas caſas dos defuntos de qualquer qualidade, Titulo, Eſtado, Dignidade, ou preeminencia por maior, que ſeja, & nas Igrejas aonde ſe enterrarem, ou ſe lhes fizerem officios ſe naõ uze de algum adorno funeral, mais que huma Tarima de hum degrào cuberta de negro, ſem paſſamane, gallaõ, ou renda ouro, ou prata fina, ou falço; ſobre a qual ſe ponha o caxaõ com quatro tocheiras nos cantos, & dous caſtiçaes à Crus, ſem mais outro algum genero de armaçaõ, ou ornato funebre. E nenhuma peſſoa ſe poderà veſtir de luto comprido, & ſò uzarà de curto; porem poderſehà trazer capa comprida comgolilha, ou balona chãa; & em nenhum modo ſe uzarà de capùs, ou capa de capelo; nem de coches, caleges, liteyras, ou ſeges interior, ou exteriormente cubertas de algum genero de luto: o que tudo fui ſervido mandar prohibir em Pregmatica publicada a quatro de Fevereiro de mil, & ſeiſ-

 centos

centos, & ſetenta, & ſete; & para que a obſervancia deſta ſeja em tudo mais inviolavel; ordeno, que a prohibiçaõ das couſas, & generos referidos de fora do Reyno, de que ſe naõ hà de uzar, ſe faça tambem nas Alfandegas deſtes Reynos, aonde ſe naõ darà deſpacho a nenhumas das couſas ſobreditas; nas quais ſe comprehenderaõ os maſſos da fio de ouro, ou prata, logo depois do dia da publicaçaõ deſta ley; & para o dito effeito mandarei paſſar as ordens neceſſarias pelo Conſelho de minha fazenda. Declaro, que eſta prohibiçaõ ſenaõ entenderà nos panos de grãa, que vierem de fora do Reyno à Alfandega de Lisboa para ſe navegarem para a India; & ordeno, que todas as fazendas prohibidas, que eſtiverem deſpachadas dentro do Reyno, & as que ſe acharẽ nas Alfandegas athè o dia da publicaçaõ deſta ley, ſe poſſaõ gaſtar dentro de dous annos, que lhe aſſino de termo prefixo para o conſumo, os quais ſe começaraõ a contar do dia, em que eſta for publicada na Chancellaria Môr do Reyno; & paſſados os ditos dous annos, ſe naõ poderà fazer nenhuma das couſas prohibidas de novo; nem uzar das que eſtiverem feitas; excepto os adereços das caſas, coches, liteyras, ſeges, & calegas, que eſtiverem feitas, ſem embargo de ſe naõ poderem fazer de novo dos generos prohibidos; & neſtes ſe naõ poderaõ acrecentar os preços communs; porque hoje correm durante o tempo de dous annos de conſumo, debaxo das penas impoſtas aos tanſgreſſores deſta ley. Nenhuma peſſoa natural, ou eſtrangeira poderà vender pelas ruas com caxas, ou por outro qualquer modo algum dos generos, que ſaõ permitidos, ou prohibidos neſta ley, pelo damno que fazem ao commum de meus Vaſſallos, na maior facilidade das peſſoas, & introduçaõ do luxo. E qualquer dos tranſgreſſores deſta Pregmatica ſendo nobre, ou de maior qualidade encorrerà pela primeira ves em pena de trinta mil reis, & pela ſegunda, & mais vezes na meſma pena em dobro; & naõ ſendo peſſoa nobre pagarà pela primeira ves vinte mil reis, & pela ſegunda a pena em dobro, & ſerà prezo; & as condemnaççens ſe aplicaraõ ametade para o accuzador, & a outra ametade para as deſpezas dos Prezidios do Reyno, & àlem das ſobreditas penas perderaõ os meſmos veſtidos, & mais couſas, que forem feitas contra a diſpoziçaõ deſta ley, cujo valor ſe aplicarà para o accuzador, & acativos: & os Alfaytes, Borladores, & outros quaiſquer Officiaes, aquem toca fazer, & obrar as ditas couſas aſſima prohibidas, conſtando as fazem, ou mandaõ fazer por outrem paſſado o dito termo prefirido encorreraõ nas meſmas penas declaradas.

E para

E para que melhor ſe poſſa obſervar eſta Pregmatica, ordeno, que o Regedor da Caſa da Supplicaçaõ, & Governador da Caſa do Porto ſejaõ executores della, aos quais a hey por muy recomendada, confiado da Authoridade de ſuas peſſoas, & do lugar que ocupaõ, que a façaõ obſervar pontualmente: & outro ſim ordeno, a todos os Deſembargadores das ditas Cazas, & a todos os Corregedores, & Provedores, Juizes, Juſtiças, Officiaes, & peſſoas deſtes meus Reynos, que a cumpraõ, & guardem, & façaõ inteiramente cumprir, & guardar como nella ſe contem. E aſſim mando ao Doutor Joaõ de Roxas, & Azevedo do meu Concelho, & Chanceller Mòr deſtes meus Reynos, & Senhorios, que envie logo cartas com o teslado della ſob meu ſellò, & ſeu ſinal, a todos os Corregedores, Ouvidores das Comarcas deſtes Reynos, & aos Ouvidores das terras dos Donatarios, em que os Corregedores naõ entraõ por Correyçaõ, para que a todos ſeja notorio, & faça publicar na Chancellaria: a qual ſe regiſtarà nos livros do Deſembargo do Paço, & no das Caſas da Supplicaçaõ, & Relaçaõ do Porto, onde ſemelhantes leys ſe coſtumaõ regiſtar, & eſta propria ſe regiſtarà na Torre do Tombo. Domingos de Almeyda a fez em Liſboa a nove de Agoſto de ſeiſcentos, & oitenta, & ſeis. Franciſco Galvaõ a fez eſcrever.

R E Y.

Abeſſe itaque debent ea omnia, quibus fæminari quis poteſt. 16
Certum enim eſt illud, *qui corpore ſtudet, nimis negliget animum:* & illud, *ſerico, & purpura inducti Chriſtum induere non poſſunt, & auro, & margaritis, & monilibus adornati ornamenta corporis; & perdiderunt*; moribus hodiernis ſæverior illa pæna in uſu eſſe deſiit: forte, quia vilior effecta pur- 17
pura, & byſſus, remanſit tamen prohibitio, eaque ſæpe reiterata veluti lex ſumptuaria, quæ indicit, ne viri veſtium uſu ab ſumant, quod reipublicæ debetur; prorſus 18
aurata fræna balthea, calçaria, thoraces intertextum veſtibus aurum, & argentum? Intereſt enim Principi locupletes habere ſubditos, ne vè quis re ſua male utatur, & materia nummis ſubtrahatur. Qua ratione Carolus Quintus in 19
Hiſpania, Germania, & Belgio uſum ſericæ veſtis certis tantũ perſonis habita cenſus, & honorum ratione permiſit, ipſe lanea, & plebea veſte utebatur. Edicta plura lata refert *Zipeus in nottis juris.* 20
Belg. extat in Hiſpania *l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ recopilationis*, *& ibi Azevedus*, & pragmarica Sanctio Philipi 3. in Gallia quoque ſæpius ſimilia edicta emanarunt adverſus ſericas veſtes, præcipue regnantibus *Philipo pulchro*, *Carolo* 9. *Henrico* 2. *& Henrico* 4. qui onmem auri

auri uſum interdixerunt. In noſ-
tra Luſitania plures circa mate-
riam pragmaticæ repetitæ fue-
runt.

21 Sed ad quid hæc pragmaticarum
repetitio, ſi non datur opera, ut
obſerventur. Res quidem perni-
cioſa eſt, melius enim eſſet rela-
xare habenas, quam chamo debi-
li, & fræno fragili indomitum re-
tinere equum, leges non debent
22 eſſe ludibrio, nec per quemquam
irrideri; *l. ſi prætor ff. de judicijs* §.
1. *& ibi gloſ. in authentica de æ-
qualitate dotis*, & pro hoc factus
eſt titulus de *Cenſoribus*; prout
tradunt *Cavalcanus de brachio Re-
gio parte* 6. *n.* 685. *Bollerus dicta
quæſt.* 10. *n.* 13. ſuper quod extat
elegans emblema *Solorzani emble-
ma* 67. *per totum.*

23 Satius eſt diſſimulare, & luxum
moderatum permittere, quam tot
edicta, & ſanctiones pragmaticas
proponere, quæ ſæpe cum con-
temptu excipiuntur, & vix un-
quam executioni mandantur, &
hoc aſſequantur Principes, ut pa-
lam fiat, quibus flagitijs ſint impa-
24 res, ſubjectis vero, ſi prohibita im-
pune tranſcenderint, neque me-
tus ultra, neque pudor eſt. *Tacitus
lib.* 3. *annalium*, *Peres ad Cod. lib.*
11. *tit.* 8. *n.* 9.

25 Utiliuſque reipublicæ eſt pau-
ciſſimas habere leges, dummodo
ſtrenue vires ſuas exerceant, & ex-
equantur; *Portugal de donationi-
bus Regijs* 2. *p. cap.* 10. *n.* 17. *So-
lorzanus emblema* 68. *pre totum*, &
tunc promptam habebunt execu-
tionem, quando Princeps legi, 26
quam fecerit, ſe ſubjecerit, quod
benè cognoverunt in re, de qua
agimus *Alexander Severus*, de
quo refert *Fulgoſius lib.* 4. *cap.* 1.
quod ne conjugi ſuæ permiſiſſet 27
uſum pretioſæ, & auratæ veſtis
dicens: *Imperatoriam mageſtatem
virtute conſtare, non corporis cultu*;
Aurelianus, de quo narrat *Lam-
pridius*, quod ejus uxor petiiſſet,
ut unico palio Baltheo ſerico ute-
retur, reſpondit: *Abſit, ut auro fila
penſentur*; *Carolus Quintus*, de
quo refert *Peres ſuprà n.* 8. quod
lanea, & linea tantum veſte ute-
batur. Princeps licet legibus ſo-
lutus ſit, legibus tamen vivere de-
bet: *ex l. Princeps ff. de legibus*, &
nulla tam propria eſt regnantis, 28
quàm legibus alligatum ſe profi-
teri: *ex l. digna vos Cod. de legibus.
Portugal ſuprà numer.* 19. ubi ex
multis docet Principem teneri in
foro conſcientiæ leges ſuas ſerva- 28
re non ex vi coactiva, ſed ex vi di-
rectiva: ut docet *Jul. de Almend.
in Hiſtoria Divi Joan. de Sanag.*

Ninguna ley tiene eſtima.
Quando no la es fuerſa ElRey:
Que es como muerta la ley.
Quando ſu Rey no la anima.

Nulla materia inter omnes, 30
quæ politicam, ac chriſtianam gu-
bernationem reſpiciunt, tot, &
tantas conſequentias, aut utiles,
aut pernicioſas continet, quam iſ-
ta, ideo nullã maiori cura dignam
eſſe exiſtimamus, quia ultra dam-
na,

na, quæ ſuprà retulimus, veren-
31 dum eſt, ut ſi opes defecerint, ad
facinora ſubditi incendantur, ex
quibus ſubſequi ſolet mutatiò,
& evertio ſtatûs publici, quod
prædixit *Ariſtoteles libr.* 5. *politi-*
32 *corum: Fiunt in republica*, inquit
mutationes, cùm homines ſuum
conſumunt prodigè viventes, hi
etiam tales res novas quærunt;
exemplis hoc politicum dogma
illuſtra *Joannes Chochier in ſuo*
theſauro politico libr. 5. *capit.* 19.
addit *Fragozo de Regimine Rei-*
33 *publicæ libr.* 1.*diſputat.*2.§.10.*nu-*
*mer.*5.acerbe Deum reprehendiſſe
Iſraelitas, quod peregrinas veſ-
tes induerent.Conſtat ex Sophom.
1. *Vizitabo ſuper omnes, qui indu-*
cti ſunt veſte peregrina, ſive exter-
na: quia quando peregrinæ ve-
34 ſtes placent, mores, ac vitia pe-
regrina non diſplicent, nec eti-
am religio; ut ait *Peres ſuprà nu-*
mer. 10. & in quos quadrat illud,
quod de Adam dictum eſt!

Pellitus nunc es, fueras ſine veſ-
tibus ante!
Nudus eras purus, crimen amic-
tus habes.

35 Quamobrem oportet pere-
grinos mores, externaſque veſ-
tium formas reſpuere, & odio ha-
bere, ne ex peregrina veſte reli-
gionis contemptus inducatur, &
ſequātur damna; de quibus ſuprà.
Satius eſt, inquit *Jutinianus*, re-
36 tinere mores fideliſſimæ vetuſta-
tis, & patrias veſtes, quàm ex-
ternas quærere cum diminutione
ſæpe patrimonij; *in lege* 18. *Cod.*
de teſtamentis; qua propter Solor-
zanus fecit emblema 51. cui titu-
lum impoſuit, novum omne cave, 37
in quo damna novitatis latiſſimè
tradit. O beata illa tempora, in
quibus parentes, ac maiores noſtri
veſtibus laneis, & lineis tantum
utebantur; & in quibus in conſ-
pectu Luſitanorom totus ſiluit or-
bis, qui ad Luſitanorum gloriam,
& victorias ſufficere non vide- 38
batur; & in quibus opes Regni
opulentiſſimæ erant, ac ad fa-
cinora omnia peragenda per uni-
verſum orbem capaces; ſed poſt-
quam luxui veſtium nos tradi-
dimus, omnia miſere declinarunt:
quod nno eſt mirum, quia cul-
tus corporis opes exhaurit, fæ-
minas reddit meretrices, homineſ-
que transformat in fæminas; ut 39
clarè docet *Pater Fr. Ludovi-*
cus de Leon in tractatu de la pre-
fecta caſad fol. 59. ibi: *E aſſi*
lo que ſe conclue de todo lo dicho es,
que affectarſe, y hermoſearſe, a las
mugeres haſe rameras, y a los hom-
bres haſe afeminados; id tradit *O-*
*venius in monaſt.epigr.*100.

O quam turpe viro muliebri in-
cedere cultu.
Moliaque evulſis reddere cru-
ra pillis.

Et ibi D.Franciſcus de la Torre.

Que torpemente pareſe
El varon con mucha gala,
Hurtando a la muger
Compoſturas delicadas.

40 Exulenter igitur noſtri temporis corruptellæ, reddeantque iterum mores, veſteſque maiorum noſtrorũ, videant denuo exteræ nationes Luſitanos robore, fortitudine, moderatione, & honeſtate antiqua: proprio ordini, & dignitati veſtes convenientes dentur, quia
41 hoc a gere oportet: *ex leg.* 15.§.1. *ff. de uſufructu*, ut per decentiam, & moderationem veſtis extrinſecæ morum honeſtatem intrinſecam omnes oſtẽdemus, etenim, ut in alijs rebus mediocritas, ita & in veſtibus placeat: *ex lege patronus*, *l. ſuo victu ff. de operis libertorum*, *Paulus in lege* 2. *ff. de verborum ſignificatione*, ibi *Alciatus*, *Seneca epiſtola* 9. *Non fulgeat veſtis, ſed neque ſordeat*;
42 non gloriam, non pulchritudinem noſtram in veſtibus ponamus; ut nos docet Sacra Pagina *Eccleſiaſt. capit.* 11. *Eſther capit.* 14. *& Divus Paulus* 1. *ad Thrimot.*
43 6. ſed corpora noſtra veſtibus virtutum exornemus, & ad corpora noſtra induenda, laneæ, ac lineæ veſtes ſatis ſufficiunt, quæ fuerunt veſtes protoparentum noſtrorum; ut conſtat *ex capite* 3. *Geneſ. Caſſaneus in Cathalogo Gloriæ mundi parte* 12. *conſiderationem* 95. quæ ſunt omnium veſtium nobiliſſimæ: ut probatur *ex lege ſi cui lana §. proinde ff. legatis* 3. ne dicamus noſtræ Luſitaniæ cum *Ovenio libr. unic. epigrama* 39.

Urbs veterum cultrix, rerumque inimica novarum.
Impoſuit fauſtos cur ſibi Roma novos.
Cinge caput lauro, gemis tege corpus, & aurum;
Si fueris pridem, remanebis Ruſticus idem.

Alexander Severus Impera- 44
tor non officialibus tantum, ſed & omnibus veſtem cujuſcumque dignitatis propriam dare in animo habuit, ut veſtitu à privatis dignoſcerentur, ſed quia hoc Ulpiano, & Paulo diſplicuit decentibus: *Plurimum rixarum ferè, ſi facile homines eſſent ad injurias*; tantum conſtituit, ut Equites Romani à Senatoribus clavi qualitate diſcernerentur, aſſentiens *Livo*, qui *lib.* 33. ſic ſcribit: *Omnia talia diſcrimina, quibus ordines diſcernerentur, & concordiæ, & æque libertatis minuendæ eſſe*; ita ad exemplum tales veſtes ſunt conſtituendæ, ut ſine æquivocatione videantur, & reverentur nobiles, & humiles, & non æquo paſſu procedant, neque pari jure utentur, qui diſpari jure tam divino, quam humano ad varios juris effectus judicantur, *Eſtephanus Nath. de juſtitia vulnerata* 2. *p. tit.* 4. *cap.* 1. *à n.* 1.

CAPUT XXIII.

Judices fiſcales Scribæ, cæterique fiſci Sanctæ Inquiſitionis officiales an privilegijs familiaribus, & officialibus Sanctæ Inqui-

Inquiſitionis conceſſis gaudeant, & quibus?

SUMMARIUM.

1 *Judices fiſcales, officiales fiſci Sanctæ Inquiſitionis privilegijs omnibus conceſſis familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis gaudent.*

2 *Quod ſit privilegium ad inſtar.*

3 *Quando dicatur conceſſum.*

4 *An habeant privilegium per communicationem, vel ad inſtar.*

5 *Verbum* de que *eſt relativum ſubſtantiæ.*

6 *Conſiderantur variæ leges communicationem inducentes.*

7 *Judices, officialeſque fiſci eodem numero, & in individuo potiuntur privilegio.*

8 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

9 *Hoſpitalia, quibus ad inſtar Eccleſiarum conceſſa ſunt privilegia, eis numero gaudent, quibus Eccleſiæ.*

10 *Eborenſis Univerſitas, quibus ad inſtar Conimbricenſis conceſſa ſunt privilegia, eiſdem gaudent.*

11 *Auguſta privilegiata ad inſtar Auguſti eiſdem potitur privilegis.*

12 *Ideo ſicut fiſcus Auguſti privilegium tacitæ hypothecæ habet, ita & fiſcus Auguſtæ.*

13 *Moniales Sanctæ Claræ eiſdem potiuntur privilegijs, quibus minores fratres.*

14 *Princeps concedendo alicui privilegia ad inſtar alterius cenſetur omnia in individuo referre.*

15 *Privilegium conceſſum Prælatis, ut poſſint exigere debita ſua ad inſtar regalium, eoſdem operatur effectus.*

16 *Imitatio hæc non eſte adumbrata, ſed vera.*

17 *Privilegium ad inſtar reſpectu exemplaris concederandum eſt tamquam menſura, & menſuratum.*

18 *Perperàm judicavit Senatus, dum judicavit judicem fiſcalem tenere ſolvere gabellam.*

19 *Officiales continui Sancti Officij non ſolvunt gabellas niſi negotiationis cauſa.*

20 *Officiales continui Sancti Officij, qui dicantur.*

21 *Judices fiſcales, & cæteri fiſci Sanctæ Inquiſitionis ſunt Sanctæ Inquiſitionis officiales cōtinui.*

22 *Inquiſitores Apoſtolici ſunt officiales Papæ, & Cameræ Apoſtolicæ, & eodem nomine veniunt.*

23 *Munus Judicis fiſcalis in exteris regnis regularitèr Inquiſitores exercent.*

24 *Auctis privilegijs familiarum, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis non augentur privilegia judicum, officialiumque fiſci.*

25 *Niſi tam præſentia, quam futura*

tura ad inſtar conceſſa ſunt.
26 Refertur contra ſententiam,& ejus DD.
27 Reſolvitur quæſtio ſub diſtinctione.
28 Auctis privilegijs Judicum officialiumque fiſci, non ex eo aucta cenſentur familiarium, officialiumque.
29 Exemplatum non infundit in exemplum.
30 Derogatis privilegijs familiarum, officialiumque derogata Judicum, officialiumque fiſci non judicantur.
31 Nec è contra.
32 Hæc doctrina declaratur.
33 Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis,licet per non uſum ſua privilegia amittant, non tamen Judices, officialeſque fiſci.
34 Et contra.
35 Proponitur,an confirmatis privilegijs familiarium, officialiumque,Judicum,officialiumque fiſci confirmata cenſeantur.
36 Sub diſtinctione reſolvitur.
37 Contrariorum eadem eſt diſciplina.
38 Confirmata non cenſentur, ſi confirmatio ex certa ſcientia non fiat.
39 Niſi præſentia, & futura ad inſtar fuerunt conceſſa.
40 Quæritur,an conceſſio ad inſtar aliquid operetur,ſi non conſtat de relato.
41 Nihil prodeſt, ſi conceſſio eſt generalis.
42 Privilegiorum alienorum conceſſa participatio ad inſtar importat, ut ſortiatur eundem, & parem effectum.
43 Prodeſt vero,ſi conceſſio ſit ſpecialis cum relatione individua privilegiorum.
44 Confirmatio privilegiorum ex certa ſcientia, quæ ſerioſe totum tenorem privilegiorum continet, valet,licet de conceſſione non appareat.
45 Quando quis condemnatur ad certum ſolvendum, ſicut ſuit Anteceſſores, ſolvere tenetur, licet non appareat, quod Anteceſſores ſolviſſent.
46 Si in ſtatuto referente ſe ad aliud inſeratur totus tenor ſtatuti ; ad quod ſit relatio, nan eſt neceſſe, quod de relato conſtet.
47 Dictiones pro ut,vel,ſimiles relativæ in privilegijs, cæteriſque diſpoſitionibus, in quibus poſſit perſona referens de novo diſponere,conditionem non important,ſit tenor diſpoſitionis inſeratur.
48 Judicibus, officialibuſque fiſci non tantum communicantur privilegia familiarium,officialiumque Sanctæ Inquiſitionis,quæ ex conceſſione coſtãt, ſed quæ ipſi per cõſuetudinem acquiſierunt.
49 Conceſſa alicui privilegia alterius etiam ex conſuetudine acquiſita communicantur.
50 Conſuetudo, ut ex ea privilegi. um

um acquiratur, debet eſſe preſcripta.

51 *Quæ autem dicatur conſuetudo preſcripta remiſſivè traditur.*

52 *Communicãtur tantum privilegia quæ ſunt in uſu tempore conceſſionis.*

53 *In uſu ſunt, quæ vel ſunt in actu, vel potentia utendi.*

54 *Comenſalis dicitur, qui habet potentiam comedendi, licet actu non comedat.*

55 *Judices, officialeſque fiſci, ſicut familiares, nec juriſdictionem prorogare poſſunt, nec foro renuntiare.*

56 *Eodem modo, quo familiares, officialeſque utuntur privilegio contra alios judices officialeſque fiſci.*

57 *Non confunduntur privilegia, ſed Rei potiora ſunt.*

58 *In paritate privilegiorum melior eſt conditio Rei.*

59 *Vidua contra viduam non utitur privilegio, quando in eodẽ loco habitant.*

60 *Non privilegiatus Actor Reum privilegiatũ in judicio ſui privilegij convenire debet.*

61 *Et ſimiliter Actor privilegiatũ Reum privilegiatum niſi actoris privilegium ſit fortius.*

62 *Familiares officialeſque agentes contra Judices, officialeſque fiſci, vel è contra forum Rei ſequi tenentur.*

63 *Privilegiatus utitur privilegio contra alterum privilegiatum quando tractat de damno vitando.*

64 *Dicta, & dicenda circa familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis aplicanda ſunt Judicibus, officialibuſque fiſci.*

Regimen fiſcale *capit.* 45. reſolvit Judicem fiſcalẽ Theſaurarium, Scribam, cæteroſque fiſci officiales gaudere eiſdem privilegijs, quibus fruuntur officiales, & familiares Sanctæ Inquiſitionis; ut ex illo patet ibi: *O Juis do Fiſco, Theſoureiro, & mais officiaes poderaõ trazer armas defenſivas, & gozaraõ dos privilegios, de que gozaõ os officiaes, & familiares do Santo Officio da Inquiſiçaõ* à quibus verbis apertiſſimè conſtat Judicem fiſcalem, cæteroſque fiſci officiales habere privilegia ad inſtat officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis. 1

Eſt enim privilegium ad *inſtar*, quod alicui ad alterius privilegiati ſimilitudinem conceditur: *ex Horatio Mandozio de privilegijs ad inſtar, ſive de communicatione privilegiorum quæſt.* 2. *Peg. ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 52. §. 9. *gloſ.* 11. *numer.* 4. ubi advertit, quod ad hoc, ut dicatur privilegium conceſſum ad inſtar alterius, non requiritur, quod in novo privilegio ſit verbum ad inſtar, ſed ſufficit, quod ponatur altera dictio ſimilis; prout eſt adverbium; ſicut, ita ut, prout, quemadmodum; *Mandozius dict. quæſt.* 2. *Suares de legibus libr.* 9. 2 3

cap.25. Salgado de ſupplicatione ad Sanctiſſimum 2.parte cap. 20. à n. 5. Benedictus Pereyra in ſua Academia, ſive republica literaria lib. deſput. quæſt. Thom. Vas alleg. 66. Barboſa in capit. quod nonnullis 27. de privilegijs numer. 2. Valaſcus conſ.12. Pereyra in ſua Academia lib.3.diſp.2. q.4.per tot.

4 His præ libatis quæro primo, an Judices fiſcales, cæterique fiſci officiales familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis privilegia eadem habeant pre communicationem, vel privilegiati dicantur ad inſtar? Reſpondeo Judices fiſcales, cæteroſque officiales fiſci in præſenti non habere privilegia ad inſtar officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis; ſed per communicationem habere privilegia: & probo primo ex verbis, quibus hæc communicatio fuit conceſſa ibi: *E gozaraõ dos mais privilegios, de que gozaõ os officiaes, & familiares do Santo Officio*; cum illud participium *gozaraõ* in verbum relativum reſolvatur, *Corneus libr.3. conſ.212. numer. 5. Mandoz. ſupra quæſt. 2. numer.6.*

5 Probo ſecundo, quia illud relativum *de que* eſt relativum ſubſtantiæ, non autem ſimilitudinis, vel accidentis, *Barthol. in l. vi ff. ſi certum petatur numer.3. Mandoz. ſupra num.7. gloſ. in l. unica Cod. de ſententijs; quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur, & in §. alteri Inſt. de inutilibus.*

6 Probo tertio varijs juribus, quibus non ſimilia, ſed eandem huic, & illi privilegia communicantur; ſicuti in *l. Princeps ff. de legibus, l. fiſcus in fine ff. de jure fiſci, l. idem privilegium ff. de privilegijs creditorũ, l. eiſdem privilegijs Cod. de advocatis diverſorum judicum. l. 2. Cod. de com. conſiſtor. lib.2.* ſed circa hoc parum eſt immorandum, cum idem ſit effectus privilegiorum per communicationem, ſeu privilegiorum ad inſtar.

7 Quæro ſecundo, quid operetur hæc generalis conceſſio? Reſpondeo operari Judices fiſcales, officialeſque fiſci eiſdem numero, & in individuo gaudere privilegijs, quibus utuntur familiares, officialeſque Sancta inquiſitionis: qui certe hujuſmodi conceſſio referens ſe ad privilegia familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis non minus operabitur, quam ſi privilegio omnia, & ſingula familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis ſingilatim ſpecifice conceſſa, illaque in conceſſione ſeriatim narrata fuiſſente, cum relatum dicatur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus: 8
ex l. aſſe toto ff. de hæredibus inſtituendis, l. ſi ita ſcripſero ff. de conditionibus, & demonſtrationibus; & in ſpecie ita docet Mandoz. de privilegijs ad inſtar quæſt. 4. n. 1. Oldradus conſ. 300. Pariſius lib. 4. conſ. 22. n. 5. Bertrandus conſ. 149. Peg. ad Ordin. lib. 2. titul. 52. §. 9. gloſ. 11. n. 6. in fine

*fine.melius . ac fuſius de maioratu cap.*3. *à numer.*40.*cumpluribus ſequentibus* , *Parexa de univerſa inſtrumentorum editione tit.* 7.*reſolutione* 9.*per totam*, qui nihil deſiderandum omiſit.

9 Qua ratione videmus , quod hoſpitalia , quibus ad Eccleſiarum inſtra privilegia ſunt conceſſa : *ex l.omnia* 33.§.*fia.Cod.de Epiſcopis, & Clericis* gaudent omnibus , & ſingulis privilegijs , quibus,& ipſæ Eccleſiæ, *Barboſa in dicta l.omnia* 33.*num.*5.*Garcia de beneficijs parte* 5.*cap.*1.*num.*612.*Mandoſ.dicta quæſt.* 4. *num.* 2. *ubi innumeros refert.*

10 Pari ratione,quod Univerſitas Eborenſis , cui quantum ad ſtudium privilegia Univerſitatis Conimbricenſis ſint conceſſa , gaudet comnibus privilegijs dictæ Univerſitatis , non ſecus, ac ſi ſpecialiter illa ſibi conceſſa fuiſſent; *Benidictus Pereyra in ſua Academia* , *ſeu republica literaria libr.*3.*diſput.* 2.*quæſt.* 4. *per totam*, ut de Civitate Peruſij , cui conceſſa ſunt privilegia Civitatis Conſtantinoplæ : tradit *Bartholus in l. unica Cod.de proceſſoribus lib.*12.

11 Sic etiam videmus Auguſtam legibus ſolutam eſſe , non quia id ſibi ſpecialiter eſſet indultum , ſed quia eidem Auguſtæ Principis privilegia conceſſa erant , unde erant etiam eidem in conſequentiam conceſſum illud Principis privilegium , quod eſſet legibus ſoluta; *l.Princeps ff.de legibus. Ludovicus Romanus ad ſimilem caſum inferens, conſ. Mandoſ. d.quæſt.* 4.*num.*4.

Ad quod confert *tx.in l.Fiſcus ff.de jure fiſci* , ubi quia Princeps habet privilegium fiſci , pariter quoque , & ipſa Auguſta , cui , ut dixi , privilegia Principis in univerſum conceſſa erant ; unde ſicuti fiſcus habet privilegium tacitæ hypothecæ ſuper bonis ejus , qui cum ipſo contrahit , & alijs certis caſibus ; ut in *leg.* 2. *Cod.in quibus cauſis pignus,vel hypotheca contrahatur, l.aufertur* §.*fiſcus ff. de jure fiſci, l.* 1. *Cod. de jure fiſci libr.* 1. *l.* 3. *&* 4. *Cod. de privilegijs fiſci, l. ſi quis poſt hoc Cod.de bonis preſcriptorum* , ita etiam Auguſta habet idem tacitæ hypothecæ privilegium , *Mandoſ. ſuprà numer.* 5. *Antonius Capicius deciſ.* 129. *à numer.* 6. 12

Ex quo *Natta conſ.*432.*lib.* 2. *Mandoſ. ſupr. n.* 6. docent moniales Sanctæ Claræ habere jus ſepulturæ , non ſecus , ac fratres minores , ſtante conceſſione *Bonifacij* 8.*& Sixti* 4. quod dictæ moniales gaudeant in omnibus , & per omnia privilegijs fratrum minorum in his, in quibus ſexus non repugnat , licet privilegium conceſſum fratribus minoribus non intelligeretur conceſſum ſororibus. 13

*Mandoſius de privilegijs ad inſtar quæſt.*2. *num.*13. *&* 14.tenet, quod quando Summus Pontifex concedit alicui privilegia diſcriptorum 14

torum in Chancellaria, quod ſæpe factum extat, ſive ipſe concedat ſimpliciter privilegia deſcriptorum, ſive eadem privilegia, quibus deſcripti gaudent, vel quod uti poſſit privilegijs æquè, & pariformiter, perinde, ac ſi eſſet deſcriptus; ſemper cenſebuntur illi eadem privilegia concesſa, quæ habent deſcripti.

15 Confert etiam *Ordinatio noſtra libr.2. tit.* 52. §.9. ubi privilegium conceſſum Prælatis, Magiſtribus, Ordinibus, & alijs perſonis, ut poſſint exigere ſua debita ad inſtar regalium, extenditur ad omnia, ad quæ ſuum exemplar extenditur, atque adeo ideo de ſe dicere imitationem perfectam, non adumbratam tantum, vel fictam;

16 ut in terminis docet *Peg. in dicto* §. 9. *gloſſa* 11. *n.* 1. *Suares de legibus libr.* 8. *cap.* 15. *num.* 1. *&* 2. *cap.* 16. *num.* 5. *&* 7. ultra quos probatur in terminis ſimilis privilegij: *ex gloſſa ultim. in fine Cod. de profeſſoribus, qui in Urbe Conſtantinop. lib.* 12. *firmat ibi Lucas de Penna, Mandoſ. de privilegijs ad inſtar quæſt.* 2. 3. *&* 4.

17 A quibus, & alijs ex conſulto omiſſis, ne in infinitum excurreret calamus, ſatis probatur Judices fiſcales, cæteroſque fiſci officiales gaudere omnibus, & ſingulis privilegijs conceſſis officialibus, familiaribuſque Sanctæ Inquiſitionis, nullo excepto: quia privilegium *ad inſtar* reſpectu exemplaris conſiderandum eſt tamquam menſura, & menſuratum; ut egregiè docet *Pegas dict.* §. 9. *gloſſa* 11. *n.* 7. *Suares de legibus libr.* 8. *cap.* 15. ubi ſic ait, dicendum eſt per illud inſtar ſignificari propriam, & adæquatam limitationem ita ut menſuratum adæquetur menſura, necque ſuperet illam, nec ab illa deficiat. Probatur, quia ſi non eſſet propria imitatio, non eſſet univoca, ſed analoga, vel æquivoca conceſſio, & ſi non eſſet adæquata, eſſet incerta, & ambigua; & ita in utroque modo eſſet inutilis, & ambigua conceſſio: privilegium ergo ad inſtar concedit omnem favorem, & gratiam contentam in ſuo exemplari, & in eodem ſenſu, in quo in exemplari continetur, & cum eâdem extenſione, & reſtrictione, & non maiori, nec minori, quia hoc tantum ſpectat ad propriam, & adæquatam imitationem, eſtque neceſſarium, ut privlegium ſit utile, & certum: hoc ſentit clarè *Navarrus in commentar. de jublleo notab.* 26. *n.* 2. *cum Bald. in lege omnia* 33. *de Epiſcopis, & Clericis; ita Pegas d. num.* 7. *Salgado de ſuplicatione* 2. *parte cap.* 20. *à num.* 5. *Barboſa de clauſulis clauſula* 5. *per totam, & in cap. quod nonnullis* 25. *de privilegijs n.* 2.

Unde jam patet perperam judicatum fuiſſe Judicem fiſcalem 18
Eborenſem teneri ſolvere gabellam ex bonis, quæ emeret, vel vendiderit, prout judicatum tradit *Pegas ad Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 14. *n.* 376.

num. 376. *&* 377. *& ad Ord. lib.*
2.*tit.ult.in fine n.*238.tum, quia Ju-
dices fiſcales habent eadem pri-
vilegia, quæ habent officiales
continui Sancti officij; ut pro-
19 batur *ex Regimine fiſcali* §. 46. &
ex hactenus abunde dictis: Atqui
officiales continui Sancti Officij
non ſolvunt gabellã ex rebus, quas
vendut, vel emunt: ut probavi-
mus *cap.* 2. *num.* 139. *&* 140.
niſi negotiationis cauſa emant,
vel vendant: ergo ſimiliter Judi-
ces fiſcales, cæterique fiſci officia-
les gabellas ſolvere non tenẽtur ex
rebus, quas emunt, vel vendũt non
negotiationis cauſa: tũ, quia Judi-
ces fiſcales, cæterique fiſci officia-
les ſunt officiales continui Sancti
officij: ſed ſic eſt, quod officiales
continui non ſolvunt gabellas, ſe-
cluſo caſu negotiationis, ex rebus
emptis, vel venditis: ergo &c.
20 Minor eſt certa, conſequentia
legitima, niſi in maiori ſillogiſ-
mus claudicet, prout nõ claudicat:
quia probatur; nam officiales con-
tinui Sancti Officij ſunt omnes
illi, qui actui inſerviunt miniſte-
rio Sãcti Officij: ut patet ex verbis
privilegiorum; ſed judices fiſcales
ſunt actu exercito miniſterij San-
cti Officij: ergo ſunt continui.
21 Minor probatur, quia Judices
fiſcales cæterique officiales fiſci ſũt
executores quo ad pennas tẽpora-
les hæreſis, nempe confiſcationis,
ut per ſe patet, & ſunt inceſſanter
in executione bonorum condem-
natorũ ad alendos pauperes carce-
ratos in Sãcto Officio, & ad ſolvẽ-
da ſalaria Miniſtrorũ, officialium-
que omnium Sanctæ Inquiſitionis:
ergo ſunt officiales continui San-
cti Officij: nam illis deficientibus
pauperes carcerati ali non potu-
iſſent, ſalaria Miniſtrorũ non ſol-
verẽtur, executio ſentẽtiæ Apoſt-
licorũ Inquiſitorum, quo ad penas
cõfiſcationis, deficeret, & conſe- 22
quenter Hæretici immunes à peña
confiſcationis manerent, ac per
conſequens deficeret miniſterium
Sancti Officij, ſi pauperibus alimẽ-
ta deficerent, miniſtris, officiali-
buſque ſalaria non ſolverẽtur; &
ita ſicut Apoſtolici Inquiſitores ap-
pellatione officialium Papæ veni-
unt, & gaudent privilegijs offi-
cialium Pontificis, & Sedis Apoſ-
tolicæ: *Delbene de officialibus Sãctæ
Inquiſitionis* 1. *parte dubitat.* 14.
n. 5. *Molin. de juſtitia, & jure tra-
ctat.* 5. *diſp.* 27. *n.* 21. ita Judices fiſ-
cales, cæterique fiſci officiales
appellatione officialium conti- 23
nuorum Sancti Officij veniunt, eo,
vel maximè, cum in toto fere Chri-
ſtiano Orbe, secluſo noſtro Re-
gno, Judex fiſcalis fiſci Sanctæ In-
quiſitionis ſit unus ex Apoſtilicis
Inquiſitoribus; teſte *Simanch. de
Catholicis inſtitutionibus tit.* 21.

Quæro tertio, an auctis privi- 24
legijs officialium, familiariumque
Sanctæ Inquiſitionis cenſeantur
aucta privilegia Judicum, officia-
liumque fiſci Sanctæ Inquiſitio-
nis? Reſpondeo duas eſſe in hoc
caſu ſententia: prima negautium,

ex eo quod verba *ad inſtar, ad exẽplum*, & ſimilia denotent reſpectũ imitantis aliud, quatenus jam exiſtunt, ſeu jam factum eſt, non etiam quatenus futuram, uti & concedens realiter privilegium, non aliter concedit, quatenus jam conceſſum eſt, & quatenus jam ſe habet quod ſit relatio, argumento *tx. in l. in teſtatus* 17. *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*: niſi temen exemplatum etiam ad futura ſe
25 referat; ſecundum *text. in lege omnia* 33. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis, Abbas in cap. fin. ne Clericis, vel Monachi n.* 5. *& ita tenet Zoezius ad decretales ad titulũ de privileg. num.* 18. *Mandoſ. de privilegijs ad inſtar infinitis relatis, quæſt.* 9. *per totam, Baldus in dicta l. omnia, Barboſa in cap. quod nonnullis* 51. *de privilegijs n.* 4. *Pereyra d. quæſt.* 4. *num.* 333.

26 Secunda affirmantium, quam tenentur, ac defendunt *Crotus in l.* 1. *ff. de legat.* 3. *n.* 3. *& melius Jacobus de Nigr. in d. l.* 1. *n.* 2. *Paulus Paris, n.* 3. *&* 6. *Peg. ad Ord. lib.* 2. *tit.* 52. §. 9. *gloſ.* 11. *n.* 8. *Romanus in l. damni infecti* §. *ſi is qui ff. de damno infecto num.* 8. *text. in capite quia circa de privilegijs, ibi cum infinitis Barboſ. medicis conſ.* 51. *Anna lib.* 1. *conſ.* 61. *Rovitus ad pragmaticas Neapolitanas pragmat.* 1. *de jure, & exaction. fiſci à num.* 8. *uſque ad* 63. *Novarius tom.* 1. *quæſt.* 127. *num.* 15. *Pacianus de probationibus lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 36. *&* 37. *Barboſa in lege divortio* §. *quod in anno ff. ſoluto n.* 16. *Olar. adus de privilegijs, & literis Principis* 1. *parte præludio* 11. *à num.* 14. *Sallas de legibus quæſt.* 94. *tract.* 14. *diſp.* 17. *ſect.* 9. *& tract.* 16. *diſp.* 17. *ſect.* 6. *plures apud Barboſ. d. n.* 4.

Auguſtinus Barboſa de clauſulis claſula 5. *n.* 8. *&* 9. *cum Suares de legibus lib.* 8. *cap.* 15. *à n.* 5. *& cap.* 16. *à n.* 11. *Frater Emmanuel Rodr. tom.* 7. *quæſt.* 55. *art.* 19. *Azeved. conſ.* 36. *per tot.* noſtro videri legitime diſtinguit inter caſum, quod privilegiũ cõmunicatur nõ per ſe, & principaliter, ſed depẽdenter à primo, & inter caſum, quo nõ ſic dependenter, ſed directè per ſe, & æquliter; ita ut in primo caſu vera ſit ſecunda ſententia, quia non poteſt ille, cui communicatur privilegiũ, eo uti niſi ſecundũ modum, juxta quẽ eo utitur principalis, ideo aucto privilegio principali neceſſariò augetur in perſona eorum, quibus communicatur; at vero in ſecundo veriſſima ſit prima ſententia: quia in iſto caſu utrumque privilegium ſtat per ſe, ut re ipſa diſtinctum; ſolumque apponi particulam, vel relationem ad aliud, ad terminandam ſignificationem verborum, ideoqne aucto primo non aufertur ſecundum. 27

Infertur igitur, quod auctis privilegijs familiariũ, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis non augentur Judicum, officialiumque fiſci privilegia: quia ut ex verbis cõceſſionis

nis pateſcit, privilegium iſtorum fuit conceſſum independenter à primo, & per ſe ſtat.

28 Infertur ſecundo, quod ſi augeantur privilegia Judicum, officialiumque fiſcis Sanctæ Inquiſitionis, non ideo aucta cenſeri debent privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis nam ſi exemplatum augeretur novis privilegijs, non ideo gauderet exemplar eiſdem, cum exemplatum non ſit cauſa ſui exemplaris, nec novum privilegium detur per reſpectum ad exemplar, cum hæc
29 duo ſint ſeparata, & in privilegijs non habeat ſolum extentio, ut novum privilegium non poſſit redundare in exemplar, ad quod licet exemplatum referatur, non tamen viciſſim, *Zoezius ſuprà d. n.* 18. *Suares d.cap.* 15.*n.* 3.4. & 5. *Navarr.d.notabili* 26.*n.*8.

30 Infertur tertio, quod derogatis privilegijs familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis Judicum, ac officialium fiſci, privilegia abrogata non cenſentur, quæ re ipſa ſunt dictincta à ſuo exemplari, à quo, & ſi dependeant, quo ad productionem ſui, non tamen quo ad conſervationem: ut rectè aiunt *Zoezius, Navarrus, Suares, Pegas ſuprà, Barboſa dicta clauſula* 5. *n.* 7. & 8. qui alios refert *Mandoſ. de privilegijs ad inſtar quæſt.*6. *per totam, ubi infinitos citat num.*1. 2.& 3. *Pereyra d.quæſt* 4. *n.* 334.

Infertur quarto, quod revocatis privilegijs Judicum, officialiumque fiſci Sanctæ Inquiſitionis, 31
non ideo revocantur privilegia officialium, familiariumque Sanctæ Inquiſitionis, quia exemplar ab exemplato minimè dependet, *Mandoſ. d.q.*6.*n.*3.

Secùs autem ſe haberent, quæ 32
diximus in ſecunda, & tertia illatione, ſi vel privilegia Judicum, officialiumque fiſci Sanctæ Inquiſitionis fuiſſent conceſſa dependenter à privilegijs familiarium, officiliumque Sancti Officij: quia tunc auctis, vel revocatis his illa etiam aucta, & revocata cenſerentur; *Barboſa d. clauſula* 5*num.* 8.& 9. vel fuiſſent conceſſa per modum cauſæ fiendæ, ideſt, in futurum: ut loquuntur *Barboſa, ubi proximè num.*10. *Azevedus conſ.* 36. *num.*6. *Mandoſ. d. quæſt.* 6. *num.*3. *Marta de clauſulis* 1.*parte clauſula* 206.*Barboſa in d.cap.nonnullis* 25.

Infertur quinto, quod privilegia conceſſa Judicibus, & officialibus fiſci non amittuntur; etſi 33
familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis per non uſum ſua amitterent privilegia: quia in communicatione privilegiorum non communicatur non uſus. Unde 34
aiunta *Rodrigues d.art.*19.*Barboſa dicta clauſula* 5.*num.* 9.quod licet releligio, cui primo conceſſa ſunt, illis non utatur, & propter non uſum ea amittat, tamen alia religio utitur, cui independenter communicata ſunt.

Quæro quarto, an confirmatis privilegijs familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis confirmata cenſeantur privilegia Judicum, officialiumque fiſci? Diſtinguendum autem putamus inter confirmationem factam in forma communi, & inter ea, quæ dicitur ex certa ſcientia.

36 Primo enim caſu, ſi privilegia eſſent confirmata in forma communi, negativè reſpondendum eſſe, quia ſicuti per revocationem privilegiorum alicujus non cenſentur revocata privilegia ad inſtar, ut ſuprà diximus; ita per confirmationem privilegiorum alicujus non debent cenſeri confirmata
37 privilegia ad ejus inſtar conceſſa, cum contrariorum eadem ſit diſciplina, & pariformis ratio, *l.* 1. *in principio ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris* §. 1. *Inſt. eodem principium Inſtit. de tutellis*, §. *plus autem Inſt. de actionibus*, *Mandoſ. de privilegijs ad inſtar q.* 7. *n.* 2.

38 Secundo caſu, ſi confirmatio eſſet ex certa ſcientia, aut privilegiato ad inſtar Princeps conceſſiſſet alterium privilegia præſentia, vel præſentia, & futura, Primo caſu dicendum eſt privilegia non intelligi cofirmata, quia licet iſta confirmatio cum privilegijs habeat, tamen non poſſet dici illam ſub conceſſione privilegiorum præſentium includi, immò nec ſub ſimplici privilegiorũ conceſſione, quæ ad futura privilegia non protrahitur, *Mandoſ. d. num.* 2. *Cujac. de confirmatione utili cap.* 4. *Garcia de nobilitate gloſ.* 1. §. 1. *à num.* 66. *& gloſ.* 21. *num.* 75. *Gutierr. lib.* 3. *practicarum quæſt.* 17. *n.* 41. *Gregorius Lopes in l.* 2. *gloſ.* 10. *& in lege* 27. *gloſ.* 2. *tit.* 18. *partit.* 3. *Pegas ad Ordinat. lib.* 2. *titul.* 35. *ad rubricam cap.* 4. *& tit.* 38. §. 1. *gloſ.* 3. *à n.* 9.

At ſi ne dum præſentia, ſed etiam futura privilegia Princeps conceſſerit, non dubitamus, quin confirmatis alicujus privilegijs ex certa ſcientia, etiam privilegia ad inſtar confirmata cenſeantur, quia hujuſmodi generis confirmatio eſt qnaſi nova privilegiorum conceſſio; adeo, ut confirmans ex certa ſcientia contra confirmationis naturam dare videatur: ad ea, quæ ſcribit *Barthol. in lege more maiorum ff. de juriſdictione omnium Judicum*, *Decius ſuper rubricam de confirmatione utili, vel inutili*, *Mandoſ. de privilegijs ad inſtar quæſt.* 7. *num.* 2. & hujuſmodi confirmatio dicitur gratia; *Decius ſuprà*, *Baldus in capit. cum ſuper de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*; qua de re videndus eſt *Barboſa de clauſulis clauſula* 59. *à num.* 1. *uſque ad* 63. *& ad titulum de confirmatione utili, vel inutili*, *Cancer.* 3. *var. cap.* 3. *ferè per tot.* 39

Quæro quinto, an conceſſio privilegiorum Judicum, officialiumque fiſci ad inſtar familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis aliquid operetur, ſi non conſtet de privilegijs familiarium, 40

um, officialiumque, ad quæ fit relatio? Pro cujus quæſtionis reſolutione concedendum eſt conceſſiones hujuſmodi *ad inſtar* interdum dici generaliter de privilegijs alteri conceſſis, ut in ſpecie, de qua agimus: quo in caſu certum eſt conceſſionem generalem
41 *ad inſtar* nihil operari, niſi conſtet de privilegijs, ad quæ fit relatio; ut ſentit *gloſſa in capit. contra morem in verbo conſuetudines diſtinctione* 100. *Mandoſ. cum alijs ſuprà quæſt.* 5. *n.* 2. quia privilegiorum alienorum, ſeu exempti-
42 onum conceſſa participatio ad inſtar importat, ut ſortiatur eundem, & parem effectum cum alijs, ad quæ adæquatur, niſi conſtet de relato: nil probat referens latiſſimè *Parexa de univerſa inſtrumentorum edictione lib.* 7. *reſolutione* 9. *per totam à num.* 1. *uſque ad* 71.

43 Aliquando vero hujuſmodi conceſſiones ſunt ſpecialiter de aliquo, ſeu aliquibus privilegijs alteri conceſſis, illis, eorumque totis tenoribus ſigillatim ſpecificatis, addita tamen clauſula, prout habet, ſeu inſtar talis, vel alia ſimili; & in iſto caſu licet hæc conceſſio referat ſe ad privilegia alteri conceſſa, nihilominus operantur, etiam ſi non conſtet de privilegijs ad quæ fit relatio: *Barthol. in extravag. ad reprimendam*, *Pariſius lib.* 1. *conſ.* 25. *num.* 50. *&* 33. *pre tot. Mandoſ. d. quæſt.* 5. *num.* 4. tum, quia confirmatio privilegiorum ex certa ſcientia, quæ ſerioſe totum tenorem privilegi- 44
orum continet, valet, licet de cōceſſione privilegiorum non appareat: cum infinitis *Mandoſ. num.* 5. tum, quia quando quis condem- 45
natur ad aliquid certum ſolvendum, prout ſui Anteceſſores ſolvere conſueverunt, tenetur ſolvere, licet non appareat, quod unquam Anteceſſores ſolverint: *Barthol. in lege eum qui* §. *Julianus ff. de conſtituta pecunia cum multis Mandoſ. num.* 7. tum, quia ſi in ſtatuto referente ſe ad aliud ſtatu- 46
tum inſeratur totus tenor ſtatuti, ad quod fit relatio, non eſt neceſſe, quod conſtet de illo ſtatuto, *Baldus in leg. ad finem Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; *cum infinitis Mandoſ. dicta quæſt.* 5. *n.* 8. *Parexa dicto tit.* 7. *quæſt.* 9. *per totam, & maximè à n.* 20.

Ex quibus ferè omnes ſcriben- 47
tes uno ore concludunt dictiones *pro ut*, vel ſimiles relativas maximè in privilegijs, aut in ijs, in quibus poteſt perſona referens de novo diſponere, conditionem non denotare, unde non ſit neceſſe verificare illud, ad quod privilegium, ſeu alia diſpoſitio ſe referat, dum tamen ejus tenor inſeratur, *Romanus conſ.* 328. *&* 336. *Gramma deciſ.* 59. *n.* 25. *Ferretus conſ.* 86. *Natta lib.* 2. *conſ.* 340. *num.* 17. *& lib.* 3. *conſ.* 636. *n.* 172. *Mandoſ. dicta quæſt.* 5. *n.* 9. *ubi infinitos refert cum infinitis Barboſa de dictionibus dictione* 296. *n.* 14.

*Surdus conſ.*366.*num.*17.*Menoch. conſ.*1.*num.*64.*latè Decianus conſ.* 58.*à numer.* 61.*volumine* 2. quod aliter ſe habet, vel quando perſona referens non poteſt de novo diſponere, vel quando in referente tenor diſpoſitionis relatæ totus non inſeritur; ex his, quæ latè infinitis citatis docet *Barboſa dicta dictione* 296.*à num.*1.*uſque* 19.ubi latè de vi hujus dictionis *prout*, *Caſanete conſ.*43.*à num.*89.omninò videndus, *Afflictiſ. deciſ.* 273. *num.* 3. *&* 4. *Parexa de univerſa inſtromentorum editione tit.*7. *reſolutione* 9.*à.n.*20.

48 Quæro ſexto, an Judicibus, officialibuſque fiſci conceſſa cenſeantur privilegia, quæ familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ex conſuetudine extra cõceſſionem acquiſierunt? Reſpondeo affirmativè; quia privilegium non minus conſuetudine, quam conceſſione acquiritur; ut probavimus *cap.* 16.*&* 18. & alijs in lo-

49 cis; & ita conceſſa alicui privilegia ad inſtar alterius communicantur etiam privilegia conſuetudine acquiſita, *Oldrad. conſ.* 172. *Mandoſ. de privilegijs ad inſtar gloſſa* 15. *numer.* 61. ubi plures refert.

50 Conſuetudo autem, ut ex ea privilegium acquiratur, debet eſſe preſcripta: quia illa proprie dicitur conſuetudo, *cap. cumana de electionibus*; *ibi Barboſa*, *Baldus in lege binos Cod. de advocatis diveſorum judicum*, *Mandoſ. cum alijs ſuprà num.*6.*Bobadilha lib.* 2. *politicorum cap.*10.*num.*36. *Dianna tomo* 9.*tractat.*2.*reſolut.* 190.*à num.* 10.

Quæ autem dicatur conſuetudo præſcripta, & quod tempus, & actus exigat; tradunt DD. Hiſpani *in lege* 5.*tit.*2.*partit.*5.*Guttuerr. libr.* 2. *practicarum quæſt.* 73. *Bobadilha dicto cap.* 10.*num.* 27.40. *&* 43. *Zevalh. quæſt.* 357. *Molin. de primogenitis lib.* 2.*cap.* 6. *num.* 24. *ibi Addentes*, *Salgado in laberyntho* 1.*parte cap.* 1.§.2.*num.*98. *Barboſa in rubrica de conſuetudine ibi Zoezius*, *& Vallenſis*, *Vela diſert.* 3.*à num.*28. *Garcia de expenſis cap.*9.*à num.* 43. *Larrea deciſ.* 2.*à num.*19.*Gomes in lege* 1.*Tauri num.*8. *Riccius parte* 4. *collectaneo* 1009. *Mariſcotus* 2.*var.cap.* 100. *Dianna tom.* 6. *tractat.* 2. *reſolut.* 2. *&* 4. *num.* 3. *Menoch. de arbitrarijs lib.* 2. *caſu* 81.*&* 83.*Mandoſius infinitis relatis ſuprà numer.* 63. 51

Quæro ſeptimo, an Jucibus fiſcalibus, officialibuſque fiſci communicentur omnia privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, vel tantum ea, quæ tempore conceſſionis erant in uſu? Reſpondeo communicari omnia, quæ tempore conceſſi- 52

onis, vel actu, vel potentia in uſu erant; non vero ea, quæ per diſuetudinem eran abrogata, quia non dicitur privilegium non eſſe in uſu, ex quo actu non eſt in uſu. dummodo adſit potentia utendi, 54

quæ

quæ occaſione eveniente ad actũ reduci poſſit, nam licet privilegium ex non uſu decenali amittatur:
54 *ex l.1.ff. de nundinis*, tamen quando non adeſt occaſio utendi per non uſum decenalem; ad quod optime facit, quod, qui comedendi potentiã habet, licet actu non comedat, dicitur comenſalis; & ita pluribus alijs relatis fundamentis docet *Mandoſ. in ſimili dicta gloſſa* 15. *à n.* 42. *cum pluribus ſequentibus.*

55 Infero ex dictis, quod eòdem modo, quod familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis non poſſunt prorogare juriſdictionem, nec foro renunciare; ita ſimiliter Judices, officialeſque fiſci, quibus ad inſtar conceſſa ſunt privilegia.

56 Infero etiam, quod eodem modo, quo familiares officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegio fori utuntur contra alios, ita & Judices, ac officiales fiſci, quia inter duos habentes fori privilegium non confunditur privilegium, ut in judicio ordinario unus ab altero conveniri valeat, ſed potius Reum poſſe declinare ad forum privilegij: ut docet *Baldus in*
57 *authentica habita Cod. ne filius pro patre num.* 61. *Moneta de Conſervatoribus cap.*7.*num* 345.*&* 350. *Cancer.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 22. *Arouca alleg.*101.*num.*3. *Phœbus* 1. *parte areſto* 16. *Fontanell.de pactis nuptialibus clauſula* 4.*gloſ.* 11. *numer.*83.& nos diximus *cap.*18.*Pegas ad Ord.lib.*1.*tit.*87. §.45.*gloſ.* 47.*n.*56.*&* 57.

Et ratio eſt, quia in paritate 58
privilegiorum, quando nullum præponderat, potior eſt conditio poſſidentis, & prævalet Reus: *Ordin.lib.* 3.*tit.* 5. §. 3.*&* *lib.*2. *titul.* 62. §.1. *Giurba deciſ.* 22. *num.*3. *cum alijs Arouca dicta alleg.* 101. *numer.* 4. qui ita tradit judicatum *num.*8.*Botilier.cap.*2.*theorema* 75. *num.*25.

Nec obſtant *Covas practicarum cap.* 7. *Cabedo* 1.*parte deciſ.* 59
54.*num.*14. quia loquuntur in caſu ſpeciali de duabus viduis in eodem loco commorantibus, quarum una ſi ab alia conveniatur, & declinare velit ad judicem privilegij, hoc eſt, ad judicem curiæ, ſua declinatoria non admittitur, quia malitioſe illam allegare cenſetur alterius vexandæ cauſa, ut faceret illam extra domicilium peregrinari: ut his formalibus verbis reſpondet *Arouca ſuprà num.*5.

Subinſero parificatos eſſe duos 60
caſus, in quibus ſemper in foro privilegiati Rei cauſa agitanda eſt: primus, ſi actor non habens privilegium velet litigare adverſus Reum privilegiatum; ſecundus, privilegiatus agere velit ad- 61
verſus Reum habentem idem privelegium: ut probat *tx. in leg. Magiſteriæ* 6. *Cod. de juriſdictione omnium judicum*, *Arouca ſuprà numer.*8.*&* 7.

Unde ſi Judex fiſçalis, aut officialis

62 cialis fiſci velit agere contra familiarem, aut officialem Sanctæ Inquiſitionis, vel è contra coram judice privilegij Rei agere debet, ſive agat civiliter, ſive criminaliter: quia cum ſint æqualiter privilegiati, præponderat privilegium Rei à parte agentis de damno evitando: quia privilegiatus utitur privilegio contra alterũ privi-
63 legiatum, quando unus tractat de damno, & alter de lucro; *Conciol. alleg.* 77. *num.* 25. *&* 79. *numer.* 41. 42. 43. *&* 44. *Barboſ. axioma* 190. *n.* 2. *Mareſcot.* 2. *var. cap.* 98. *n.* 15. & nos diximus *cap.* 18.

64 Tandem ut unico verbo materiam hujus capitis concludamus, ſemota formidine regulam generalem in materia damus, quod omnia, quæ circa privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis reddimus, aplicanda ſunt Judicibus, officialibuſque fiſci.

CAPUT XXIV.

Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis an, & quando privilegium amittant, & quibus?

SUMMARIUM.

1 *Privilegia varijs modis amittuntur.*
2 *Morte privilegiati amittitur privilegium.*
3 *Mandatum morte mandantis finitur.*
4 *Privilegia Principis perpetua ſunt.*
5 *Gratiæ, & favores morte concedentis non expirant.*
6 *Per abuſum amittitur privilegium.*
7 *Privilegia conceſſa ad tempus eo tranſacto deficiunt.*
8 *Contraventione amittitur privilegium.*
9 *Ex dilicto.*
10 *Ex non uſu.*
11 *Præſcriptione.*
12 *Ex ceſſatione cauſæ ipſius privilegij.*
13 *Si incipiat eſſe valde damnoſum.*
14 *Per ſententiam.*
15 *Per ſecundum ſpecialem faciens mentionem de primo.*
16 *Per renunciationem.*
17 *Per revocationem.*
18 *Referuntur DD. de materia tractantes.*
19 *Morte concedenlis an expirent privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis.*
20 *Reſolvitur negativè.*
21 *Gratia ſemel obtenta morte cõcedentis non expirat.*
22 *Privilegium gratiæ ſpecies eſt.*
23 *Conceſſa ad beneplacitum morte concedentis expirant.*
24 *Privilegium, de quo agimus, eſt favorabile.*
25 *Privilegia odioſa morte concedentis expirant ſecundum aliquos.*

26 Gratia

26 *Gratia, ut facta eſt, habet perfectum effectum.*
27 *Gratia de eligẽdo confeſſore ad libitum morte concedentis non expirat.*
28 *Morte familiarium, officialiumque an expirent privilegia, quo ad uxorem, & filios.*
29 *Reſolvitur affirmativè.*
30 *Privilegium patroni, patris, ſocij morte expirat.*
31 *Privilegium muneri conceſſum extinguitur extincto munere.*
32 *Familiares, officialeſque per abuſionem amittunt privilegia.*
33 *Princeps poteſt privilegia Baronum caſſare, ſi eis abutantur.*
34 *Abuſus proprie ſignificat defectum in uſu privilegij.*
35 *Conſiſtit in extentione extra limites ipſius.*
36 *Vel quando ex eo accipitur occaſio peccandi.*
37 *Beneficiatus privilegiatus ſtudiorum cauſa abutitur privilegio deficiendo ſtudio.*
38 *Clerici conjugati laicè viventes amittunt privilegia.*
39 *Hujuſmodi abuſus culpabiles ſunt, & punibiles.*
40 *Non ſemper in univerſum amittuntur.*
41 *Sed prout culpa poſtulaverit.*
42 *Et ammittitur in illo actu, in quo abutitur.*
43 *Lapſu temporis familiares, officialeſque non amittunt privilegia.*
44 *Lapſu temporis regulariter amittuntur privilegia.*
45 *Familiares, officialeſque Sãctæ Inquiſitionis per contraventionẽ non amittunt privilegia.*
46 *Familiares, officialeſque ob abliqua dilicta privilegio privantur*
47 *In crimine tabaci privilegio nõ muniuntur.*
48 *Senator quando ob dilictum privilegium amittit.*
49 *Ex non uſu an privilegia amittant.*
50 *Privilegium faciendi ex non uſu per decennium amittitur.*
51 *Limitatur, quando non venit caſus.*
52 *Quando quis ignoravit ſe habere privilegium.*
53 *Niſi tranſacti ſint triginta anni.*
54 *Quando quis ex legitimo impedimento uſus non eſt.*
55 *Quando ei, qui privilegium conceſſit, ſolvitur annua penſio.*
56 *Quando facultas faciendi totaliter eſt poſita in arbitrio privilegiati.*
57 *Quando privilegium non eſt cõceſſum uti quibus, ut ſingulis, ſed ut univerſis.*
58 *Tunc tot ſunt perſonæ, quot cenſentur conceſſiones.*
59 *Quando privilegia tendunt ad exceptionem.*
60 *Quando privilegiata eſt Eccleſia.*
61 *Quando privilegium eſt pecunia*

nia quæſitum.
62 Quando remunerationis cauſa eſt conceſſum.
63 Privilegium non faciendi ex contrario uſu amittitur.
64 Sive actus contrarius ſit factus à Principe, ſive à perſonis ſingularibus.
65 Privilegium de facili amittitur.
66 Privilegium ex contrario actu ignoranter facto non perditur.
67 Scientia non præſumitur.
68 Nec amittitur, quando quis non recordatus de privilegio actũ contrarium fecit.
69 Nec quando in privilegio adeſt decretum irritans.
70 Niſi privilegium ſolum favorem privilegiati concerneret.
71 Nec quando cum proteſtatione contrarius actus operatur.
72 Vel quando actus contrarius effectum ſortitus non fuit.
73 Aut quando ex diſpenſatione contravenit.
74 Sive ex amiſſione reſultaret præjudicium concedenti.
75 Privilegio quis in præjudicium Principis concedentis renunciare poteſt.
76 Privilegium habens effectum ſucceſſivum, & reiterabile ex contraventione in univerſum non tollitur.
77 Requiritur tunc continuatio actuum per triginta annos.
78 Niſi contraventio eſſet univerſalis.
79 Privilegiatus ad plura contraveniens uni privilegio alterum non ammittit.
80 Privilegiatus quo ad diverſas perſonas, ſi quo ad unam contraveniat privilegio, quo ad alias privilegia retinet.
81 Vel quando contraria præſumptio capi poſſit.
82 Aut quando quis coactè privilegio contravenit.
83 Vel privilegium eſt conſuetudine acquiſitum.
84 Tunc nec bona contraventione amittitur.
85 Nec quando actus contrarius fit per eum, qui privilegio renunciare non poteſt.
86 Niſi tranſactis quadraginta annis.
87 Cives contravenientes privilegio civitati non præjudicãt.
88 Nec Clerici ſtatu clericali.
89 Ex actu contrario non amittunt familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegia.
90 Privilegia primario Sancto Officio ſunt conceſſa.
91 Per contraventionem indirectum privilegium non amittitur
92 Privilegiatus ad munera publica acceptans aliquod, non ideo denuo invictus, acceptare cogitur
93 Unica contraventio in actibus ſucceſſivis non facit amittere privilegium.
94 Cotrarius actus nihil operatur, ubi

ubi alia præſumptio capi poteſt.

95 Privilegium momentaneum unica cõtraventione amittitur.

96 Privilegium, quo quis large uti poterat, ex ſtricto uſu reſtringitur.

97 Conſuetudo, & modus, quo quis utitur privilegio, illud ampliat, & reſtringit.

98 Ex ſtricto uſu privilegium non reſtringitur, quando non evenit caſus utendi large.

99 Ad retinendum jus ſufficit aptitudo, & potentia.

100 Privilegium ex renunciatione expreſſa, ſeu tacita amittitur.

101 Ex hac cauſa familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegia non amittunt.

102 Sub generali renunciatione an veniant privilegia.

103 Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis eo ipſo, quod tales eſſe deſierint, amittunt privilegia.

104 Privilegium conceſſum perſonæ intuitu alicujus miniſterij ceſſat eo ceſſante.

105 Familiares, officialeſque amittunt privilegia ceſſante cauſa ipſorum.

106 Ceſſante cauſa privilegij ceſſat privilegium regulariter.

107 Deſtructo ſacro Tribunali Fidei familiares, officialeſque privilegia amittunt.

108 Deſtructo loco, aut Univerſitate, cujus intuitu fuerunt conceſſa, privilegia ipſa deſtruantur.

109 Per ſuſpenſionem ad tempus non ceſſant privilegia.

110 Familiares, officialeſque, qui ſua culpa, miniſterio ſuo deficiunt, privilegium amittunt.

111 Privilegia cõceſſa ratione alicujus miniſterij ceſſant, quãdo culpa privilegiati ceſſat miniſterium.

112 Privilegium conceſſum familiaribus intuitu domini ceſſat, ſi familiares deceſſerint à ſervitio domini.

113 Proprietarij nõ ſervientes officia, privilegia eorum non retinent: ſed ſerventuarij.

114 Per revocationem an ceſſent privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis.

115 Privilegia ob merita conceſſa tranſeunt in contractum, & revocari non poſſunt.

116 Privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis ob merita conceſſa fuerunt.

117 Prædicta privilegia ſecundum plures ſunt Eccleſiaſtica.

118 Privilegia Eccleſiaſtica à Principe ſæculari revocari non poſſunt.

119 Ad privilegia ſemel conceſſa revocanda juſta cauſa requiritur.

120 Regum proprium eſt non revo-

 care

care conceſſa.

121 Nulla cauſa excogitari poteſt, quæ legitima ſit ad revocanda privilegia Sanctæ Inquiſitionis conceſſa.

122 Hujuſmodi privilegia contractu tacito conceſſa fuerunt.

123 De illis eſt aſſerendum, quod de privilegijs ex contractu conceſſis judicatur.

124 Princeps ex contractu non minus obligatur, quam privatus.

125 Iſtiuſmodi privilegia à pluribus Principibus fuerunt ceſſa, & confirmata.

126 Privilegia ab Anteceſſoribus conceſſa revocare honeſtum non eſt.

127 Privilegia Anteceſſorum favore Eccleſiæ conceſſa ſucceſſor continuat, & confirmat.

128 Privilegia Anteceſſorum Imperatorum pijs locis conceſſa in robore ſuo bonus Imperator relinquit.

Præſertim ſi in contractũ tranſierunt: ibid.

129 Succeſſor in regno tenetur ſervare contractus nomine dignitatis geſtos.

130 Regnum ſemper eſt unum, & idem.

131 Privilegium conceſſum non ſubdito revocari nequit.

132 Privilegium non ſubdito cõcedi valet, ſed non revocari.

133 Revocare eſt actus juriſdictionis, quæ exerceri non poteſt in non ſubditum.

134 Ideo nec diſpenſare in præjudicium non ſubditi, etiam cum juſta cauſa, Princeps poteſt.

135 Privilegia conceſſa collonis, & inquilinis Eccleſiæ, & Monaſteriorum à Principe ſæculari ab eo revocari non poſſunt.

136 Privilegia hujuſmodi immediatè miniſterio Sancti Officij fuerunt conceſſa, & mediate familiaribus, officialibuſque.

137 Princeps non ſolum poteſt privilegia à ſe data moderare, ſed in totum tollere.

138 Privilegium Principis non eſt ſervandum, quando ex poſt facto incipit eſſe damnoſum.

139 Et ſi non ſubdito ſit conceſſum.

140 Privilegium immunitatis decimarum revocatur, quando privilegiatus tot acquirit prædia, pro quibus ſi non ſolveret, Eccleſiæ grave damnũ reſultaret.

141 Privilegium exemptionibus à procurationibus cõceſsũ Clericis alicujus loci non eſt ſervandum, caſu, quo ita multiplicati eſſent, quod procurationem abſorberent.

142 Traditur bona diſtinctio in re, de qua agitur.

143 Princeps ex juſta cauſa poteſt ad tempus tollere, & ſuſpendere privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis.

144 Ve-

144 *Veluti ſi inceperint eſſe nocivæ.*
145 *Vel ſi tanta urgeat neceſſitas, ut aliter ſubveniri nõ poſſit.*
146 *Privilegium de non ſolvendis decimis extinguitur, ſi miniſtri Eccleſiæ indigeant.*
147 *Privilegia à Principe ſæculari Eccleſiæ, & pijs locis conceſſa ad ipſo poſſunt tolli, & immutari.*
148 *Non præſumitur Principem uno verbo voluiſſe revocare privilegia.*
149 *Revocatio, aut eſt expreſſa, aut tacita.*
150 *Per legem generalem abrogantur privilegia in corpore juris inſerta, non vero non inſerta.*
151 *Princeps non præſumitur ſcire jus privatum.*
152 *Revocatio facta per legem generalem tunc operatur effectum, quando lex eſt ſufficienter promulgata, & eſt tranſactum tempus neceſſarium obligationem.*
153 *Revocatio tacita etiam fit per mandatum particulare, & quomodò.*
154 *Reſcriptum contra jus commune nõ valet, niſi de eo mentionem faciat.*
155 *Fit etiam per ſententiam, & quomodò.*
156 *Et etiam per novum privilegium.*
157 *Secundum privilegium nõ faciens mentionem de primo cenſetur ſubreptitiè impetratum.*
158 *Sive utrumque ſit generale, ſive ſpeciale.*
159 *Generale prius non tollitur per ſecundum ſpeciale, quod de primo nõ facit mentionem.*
160 *Princeps concedendo generalem favorem nõ cenſetur ſibi auferre facultatem alicui ſpecialiter elargiendi.*
161 *Expreſſa revocatio quomodò fiat.*
162 *Privilegia clauſa in corpore juris non ſunt privilegia, ſed jus commune.*
163 *Jus commune revocatum non cenſetur ex clauſula* non obſtantibus.
164 *Sed indiget ſpecialiſſima derogatione.*
165 *Attento noſtro Luſitano jure jus commune non revocatur per clauſulam* non obſtantibus legibus in contrarium.
166 *Quæ de jure communi ſufficiebat, niſi forma legis aliter ſe haberet.*
167 *Privilegia non inſerta in corpore juris per clauſulam* non obſtantibus privilegijs *tolluntur.*
Facilius tolluntur jure ſpeciali introducta, quam jure communi ſtabilita: ibid.
168 *Niſi hujuſmodi privilegia habeant clauſulam derogatoriam ad futura privilegia, requirantque ſpecialem mentionem.*

 169 *Vel*

169 *Vel niſi ſint à pluribus Principibus confirmata.*

170 *Aut quando in conceſſione adjecta eſt clauſula*, quod non poſſint revocari.

171 *Aut privilegium eſt conceſſum ratione publicæ utilitatis , quæ exemplificatur.*

172 *Aut eſt ratione contractus conceſſum.*

173 *Tunc enim nec ex ingratitudine valet revocari.*

174 *Similiter ſi non ſubdito eſt conceſſum.*

175 *Ex clauſula* non obſtantibus *privilegia familiarium, officialiumque non revocantur.*

176 *Non ſobſiſtente juſta cauſa Princeps privilegia conceſſa revocare non poteſt.*

177 *Niſi privilegia ex mera liberalitate procedant.*

158 *Ad quæ revocanda generalis revocatio ſufficit.*

179 *Gaudentes ſimilibus privilegijs illa præcario cẽſentur habere.*

180 *Secus eſt dicẽdum circa privilegia pecunia obtenta, vel ob merita conceſſa.*

181 *Tres in materia dantur cõcluſiones.*

182 *Princeps privilegium ſuum gratioſum revocare poteſt.*

183 *Non vero non gratioſum.*

184 *Nec quod non revocare promiſit.*

185 *Niſi feudum , vel aliam rem præcario conceſſit.*

186 *Vel quando conventionem ſuã revocat ſecundum ipſius privilegij naturam.*

187 *Aut quando juriſdictionalia conceſſit.*

188 *Princeps privilegia non ſubdito conceſſa revocare non poteſt.*

189 *Niſi juriſdictionalia conceſſiſſet.*

190 *Vel privilegium ex poſt facto enormitèr lædit.*

191 *Aut privilegiũ ſit re integra.*

192 *Similiter quando concurrit juſta cauſa cum privilegio gratuito.*

193 *Pariter quando agitur de modico præjudicio.*

194 *Revocatio privilegij requirit intimationem, vel quo ad notitiam partis de veniat.*

195 *Quãdo Princeps ex juſta cauſa privilegia irrevocabilia revocat , ad æquipolens tenetur.*

196 *Sicut quando revocat dominium, tenetur ad pretium.*

197 *Revocatio ad futuros tantum, non ad præteritos caſus privilegij pertinet.*

198 *Princeps non præſumitur voluiſſe ſtatutum Civitatis tollere.*

199 *Princeps concedens facultatẽ legitimam non obſtantibus quibuſcumque legibus ſtatuta Civitatis non derogat.*

200 *Et ſi dixerit* non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus.

201 *Vel addatur clauſula* motu proprio.

202 *Ni-*

202 *Niſi in privilegio expreſſa ſit clauſula* pro expreſſis habẽtes
203 *Quæ vim ſpecialis expreſſionis habet.*
204 *Idem eſt dicendum, quando Princeps ſcivit, vel ſaltem in genere cogitavit extare ſtatuta Civitatis.*
205 *Privilegia ad incogitata non extenduntur.*
206 *Ex ſecundo privilegio non faciente mentionem de primo derogatum primum non cenſetur.*
207 *Conceſſio generalis nõ refertur ad ea, in quibus ſpecialiter eſt proviſum.*
208 *Privilegium generale ſubſequens non derogat privilegio ſpeciali.*
209 *Privilegium alicui conceſſum non debet alterius privilegijs operari revocationem.*
210 *Privilegium generale non trahitur ad ea, quæ Princeps non eſſet in ſpecie conceſſurus.*
211 *Eo vel maximè, ſi primum privilegium habeat clauſulam derogatoriam.*
212 *Aut ſi ſecundum ſpeciale tulleret in totum generale*
213 *Vel primum ſit generale, & ſecundum ſpeciale, aut è cõtra, vel utrumque ſit generale, vel ſpeciale*
214 *Sive ex primo privilegium ſit acquiſitum jus in re, ſive tãtum ad rem.*
215 *Quid ſit jus in re, & quid jus ad rem.*
216 *Quando primum privilegium eſt conforme juri communi, tollitur per ſecundum; etſi de eo nulla mentio fiat.*
217 *Id eſt aſſerendum, quando primum privilegium eſt inſertum in corpore juris, ſed non quo ad nos.*
218 *Similiter quando primum eſt obreptitium.*
219 *Vel quando primum eſſet multum vulgare.*
220 *Princeps præſumitur ſcire, quæ à jure civili conſtituta ſunt.*
221 *Pari modo, quando Princeps concedendo ſecundum cogitavit de primo.*
222 *Aut quando ſecundum quo ad partem derogat primum.*
223 *Ita de reſcripto.*
224 *Primum tollitur per ſecundum, quando in eo adjecta eſt clauſula* non obſtantibus quibuſcumque privilegijs, etiam ſi de illis opus eſſet ſpecialem mentionem facere, quorũ tenores de verbo ad verbum haberi volumus pro expreſſis.
225 *Hoc procedit, quando hoc ſit per legem generalem quo ad privilegia non inſerta in jure.*
226 *Vel per viam alterius privilegij, quo ad ea, quæ non fuerint in corpore juris, non quo ad clauſa in juris corpore.*
227 *Clauſulæ utriuſque privilegij ſunt ponderandæ.*

228 *Si*

228 *Si vero clauſulæ utriuſque ſint paris efficaciæ, tunc diſtinguendum eſt.*
229 *Privilegio renunciare quis non præſumitur.*
230 *Renunciatio eſt donatio, quæ non præſumitur.*
231 *Per actum contrarium privilegij illi cenſetur renunciatum.*
232 *Quo ad perſonam actum facientem.*
233 *Et quo ad illum tantum actum.*
234 *Ni fiat ab eo, qui privilegio renunciare non poteſt.*
235 *Traduntur alij modi, in quibus ſibi non præjudicant privilegiati ex actibus cõtrarijs.*
236 *Privilegia an ex defectu confirmationis amittantur.*
237 *Familiares extranumerarij nullo hodie fruuntur privilegio.*
238 *Fundans ſe in aliqua qualitate eam probare compellitur.*
239 *Satius eſt pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægravare.*

1 VArijs modis privilegia amittuntur, quos breviter narrabimus,& de uno quoque,
2 poſtea latius, agemus. Primo amittitur privilegium morte privilegiati, ſi ſit perſonale: *ex capit. privilegium de regulis juris in* 6. cæte-
3 rum licet mandatum morte mandantis finiatur, non tamen privilegium morte concedentis: quia privilegia Principis perpetua ſunt & docet eſſe manſura *Can.* 1. *&* 4
223. *quæſt.* 2. *cap. decet de regulis juris in* 6. ſunt enim favores, & 5
gratiæ, quæ morte concedentis nõ extingũtur; ut colligitur *ex cap. ſi cui nulla de præbendis in* 6. Se- 6
cundo per abuſum, ſi privilegiatus ſuo privilegio abutatur, aut aliorum privilegijs deroget, *capit. dilecta.cap. privilegia* 24. *de privilegijs.* Tertio lapſu temporis, 7
quo privilegium conſtitutum eſt: *ex l.quoties Cod.de precibus Imperatori offerendis.* Quarto, ſi privi- 8
legiatus contravenirit ſuo privilegio. Quinto per dilictum. Sex- 9
to, ſi datum ſit ad faciendum aliquid, eoque per decennium non utatur privilegio data facultate, 10
& occaſione, *l.* 2. *ff. de nundinis.* Septimo contraria preſcriptione 11
triginta, aut quadraginta annorum, *cap.ſi de terra, cap. antecedentibus* 15. *de privilegijs*, Octavo 12
ceſſante ex toto cauſa finali, *cap. cum ceſſante de appellationibus*, No- 13
no, ſi incipiat alicui eſſe perniciofum, maximè ei, in cujus bonum dactum eſt, *cap. ſugeſtum de decimis.* Decimo per ſententiam la- 14
tam contta privilegium in judicio exhibitam, à qua non fuit appellatum; argumento *textus in capite ſuborta de ſententia, & re judicata.* Uudecimo, privilegium ſpe- 15
ciale prius tollitur per ſpeciale poſterius, faciens mentionem de priori, *cap. cum ordinem de reſcriptis*

16 *tis*, Duodecimo per renunciationē
tacitā, vel expreſſam. Decimo ter-
tio per revocationem, quos modos
17 tradunt *Andreas de Vallenſis*,
Henricus, *Zoezius in paratl. ad*
libr. 5. *Decretalium titulo* 33. *de*
privilegijs, *Caſtilho de tertijs ca-*
18 *pit.* 19. *num.* 33. *Salgado de regia*
protectione 3. *parte capit.* 10. *à nu-*
*mer.*100. *Barboſa de officio, & po-*
*teſtate Epiſcopi alleg.*26.*à num.*10.
*& in cap.*8.*de conſtitutionibus*, *Gi-*
urba conſ. 59. *à num.* 8. *Cyriacus*
controv. 57.155.*&* 158. *Solorza-*
nus tom. 2.*de jure Indiarum lib.* 3.
cap. 9.*à num.* 9. *Jullius Cauponius*
tomo 2. *diſcept.* 91. *artic.* 1. *Mo-*
*lina de primo genitis lib.*2.*cap.*7.*nu-*
me. 71.*ibi Addentes*, *Gracia de no-*
bilitate gloſſa 1.§. 1.*à num.* 79. *&*
gloſſa 6. *per totam*, *Bobadilha libr.*
5. *politicorum cap.* 10. *& quam-*
plurimi alij in diſcurſu referendi,
Cardozo in praxi Judicum verbo
privilegium, *Pegas ad principium*
*Ord.lib.*2. *tit.*25.*num.*4.*Pereyra in*
ſua Academia lib. 3.*diſp.*1.*à quæſt.*
3.*uſque ad* 7.

19 His præhabitis quæro primo,
an privilegia familiarium, offici-
aliumque Sanctæ Inquiſitionis
morte Regum concedentium ex-
20 pirent? Reſpondeo negativè:
quia privilegium ſemel rite acqui-
ſitum non ceſſat, nec demittitur
morte cōcedentis per ſe ex regula
juris, quod gratia ſemel obten-
ta non ceſſat per mortem conce-
21 dentis, *capit. ſuper gratia de officio*
Delegati, *cap. ſi cui nulla* 31.
de præbendis in 6. eſt enim privile- 22
gium ſpecies gratiæ, & ad dona-
tionem ſpectat, quæ non ceſſat
morte donantis; *Zuezius ſupra n.*
30.*& ſupr.* diximus *n.*4. niſi ad be- 23
ne placitum, vel quandiu vixerit,
aut volueri cōcedens, ſit conceſſū:
quia hæ clauſulæ ſola morte con-
cedentis expirare faciunt privile-
gia; *Zoezius ad Decretales titul. de*
*privilegijs n.*33. *ibidem Vallenſis n.*
4. *Suares de legibus lib.*8. *cap.* 30.
latè Barboſa clauſula 3. *&* 6. *per*
totas, ubi latè de natura harum
clauſularum.

Eo vel maximè, quia cùm privi- 24
legium, dequo agimus, ſit ſavora-
bile, ut ſæpe diximus, & nullus ſit
Doctor, qui aſſerat privilegia fa-
vorabilem morte concedentis ex-
pirare, licet non defuiſſent affir-
mantes privilegia odioſa morte
concedentis expirare, & quia res
jam non ſit integra, cum privile-
gia ſuæ executioni tradantur: unde
non poteſt in præſenti adaptari 25
ſententia eorum, qui dixerunt
morte concedentis expirare pri-
vilegia, quæ tempore mortis ſunt
re integra; ultra quod, hæc ſenten-
tia vera non eſt, quia gratia, ut facta
eſt, habet perfectum effectū, nec di-
ſtinctio res integra ſit, nec ne, in
ea locum habet: quia *tx. in capite* 26
licet. cap. relatum, *cap. gratum de*
officio Delegati loquuntur in reſcri-
ptis juſtitiæ, in quibus locum ha-
bet prædicta diſtinctio; & *tx. in cap.*
ſi cui nulla de præbendis in 6. loqui- 27
tur de gratia facienda, & non fa-

Tt cta

ēta: *Suares dicto libr.* 8. *cap.* 31. ubi ait, quod ſi alicui detur licentia aligendi pro libito confeſſarium, gratia iſta etiam mortuo concedente ante electionem non expirat, *tx. in cap. gratioſe de reſcriptis in* 6. *ibi Barb. à n.* 1. *uſque ad* 10.

28 Quæro ſecundo, an morte familiarium, officialiumq; Sanctæ Inquiſitionis expiret privilegium? Quo ad ipſos, & eorum viduas, ac filios, filiaſque, totaliter extingui abunde diximus *cap.* 6. & *cap.*
29 7. ita ut ad hæredem non pertineat: nam ſecundum regulam juris in omnibus cauſis id ſervatur, ut ubi perſonæ conditio locum facit, beneficio ibi deficiente, ea beneficium quoque deficiat: *ex lege in omnibus ff. de regulis juris*,
30 Tale eſt privilegium competentiæ, quod habet pater, patronus, ſocius, donator, maritus: *ex lege ſunt qui* 16. *l. item miles ff. de re judicata. l. maritum* 12. *cum*
31 *ſequentibus ff. ſoluto.* Dignitati item, aut muneri ſi ad nexum ſit privilegium, & defungatur dignitate, Prælatus eſto exuitur, quia dignitati ad hæret. *Ordin. lib.* 2. *titul.* 59. *in principio ibi Pegas gloſſa* 2. *à numer.* 10. *Bobadilha libr.* 5. *politicorum cap.* 6. *Salgado de regia protectione* 3. *parte capit.* 11. *Solorzanus libr.* 4. *politicorum capit.* 1. *Olea deciſſione jurium titulo* 6. *quæſt.* 2. & 3. *per totas, latè Xamar de officio Judicis* 2. *parte à numer.* 49. *quæſt.* 2.

Quæro tertio, an familiares, officialeſq; Sanctæ Inquiſitionis privilegijs ſuis abutentes illa amittant? Reſpondeo affirmativè; quia, ut inquit *textus in capite tuarum* 11. *de privilegijs*, qui privilegijs abutuntur, privilegia merentur demittere: conſonat *tx. in cap. ubi* 24. *in principio eodem titulo cap. contingerit* 2. *de ſententia*, & *re judicata. l. ſi quis ſine* 40. *ff. de negocijs geſtis, Eſcobar de puritate* 2. *parte gloſſa* 8. *num.* 3. *Barboſa in dicto capit. tuarum numer.* 25. *Suares de legibus libr.* 8. *cap.* 36. *Cancer.* 3. *var. capit.* 3. *num.* 83. ubi ait Principem poſſe 33
privilegia Baronum caſſare, ſi eis abutantur, *Bobadilha libr.* 5. *politicorum cap.* 10. *num.* 21. *Barboſa infinitis relatis in capit.* 43. *de reſcriptis*, Zoezius *ſupra num.* 38. *Gonſales in reg. gloſſa* 56. *à num.* 1. *Themudo deciſ.* 2. *num.* 12. *Cabedo* 2. *parte areſto* 3. *infinitos citat. Pegas ad Ordinat. libr.* 2. *tit.* 45. §. 7. *gloſſa* 19. *n.* 3. & *tit.* 2. §. *in principio à n.* 4. & *titul.* 29. §. 2. & 3. & *titul.* 25. *in principio numer.* 4. *cum infinitis Cortiada deciſ.* 208. *numer.* 18.

Abuſus proprie ſignificat de- 34
fectum in ipſo uſu privilegij, vel in his, quæ illud concernunt, id que per expreſſum utendo privilegio ultra ejus limites, alio tempore, loco, in materia perſonæ non conceſſis; *Canon ubi* 7. *diſtinct.* 74. *Canon privilegium* 11. *quæſt.* 3. aut etiam ex cauſa 35
privile-

privilegij quis accipit occaſio-
36 nem peccandi : *ex capite contingit*
45. de ſententia excommunicati-
oni ibi Barboſa , vel ejus fini
repugnat per pravos mores. Sic
37 eneficiatus, privilegiatus, abſens
ſtudiorum cauſa, ſtudium negli-
gens, vel aliàs contra finem privi-
legij peccans dicitur abuti pri-
vilegio: *textus in capite* 3. *de ſtatu*
Monachorum, capit. ex parte de
Clericis conjugatis ibi Barboſa,
& communitèr DD. cap. 1. *eodem*
titul. 1. *in* 6. ubi Clerici conjuga-
ti laicè viventes privilegio Cleri-
38 cali, quod habetur *in capite ex*
parte 27. *de privilegijs*, *Tridenti-*
num de reformatione. ſect. 13. *ca-*
pit. 6. *ibi Barboſa* , *Pegas in locis*
proxime citatis, amittunt privile-
gium.

39 Sunt autem hujuſmodi abu-
ſus culpabiles, ut merito punian-
tur abutentes: *ex leg. Judeos ff. &*
Cod, de Judeis, cap. privilegium
63.11.*quæſt.*3.*l.* 42. *tit.* 18.*partit.*
3. *Gratianus forenſ. capit.* 186.
non ſemper tamen in univerſum;
40 & quo ad totalem amiſſionem ; ut
patet *ex text. in capit. cum in cun-*
ctis 7. *de electione, ubi latè Bar-*
boſa , *& Gonſales*, ubi tantum
in illo actu quis amittit privilegi-
41 um, nec ſempre in perpetuum; ut
reſolvit *Ordin.libr.* 2.*titul.*45.§.7.
judicatumque tradit *Cabedo* 2. *p.*
areſto 3.*& deciſ.*9.*num.* 8.*Barboſa*
ad Ord.d.§.7.*Fragozo de regimine*
Rei publicæ 1.*parte lib.* 3. *diſputat.*
7.*num.*42.*Hermoſilha in lege* 3.*tit.*
5. *partit.* 5. *gloſſa* 5. *num.* 3. *Spa-*
doza in theatro viduali deſquiſiti-
one 7.*num.*14.ſed prout culpa poſ- 42
tulaverit, nec regulariter ante
ſententiam declaratoriam : *ex d.*
Canon.ubi 7.*diſt.*74. *Zoezius ſupr.*
num. 38.

Quæro quarto, an familia- 43
res lapſu temporis amittant pri-
vilegia? Reſpondeo negativè; quia
licet privilegia, quo ad tempus
conceſſa, eo lapſo finiantur :
ex Riccio parte 6. *collectaneo* 2281.
Caſtejon in alphabetico juris verbo
privilegium numer. 9. tamen cum
privilegia familiarium, officiali- 44
umque Sanctæ Inquiſitiónis non
ſint ad tempus conceſſa, ſed inde-
finite, nullo temporis lapſu amit-
tuntur.

Quæro quinto, an familiares, 45
officialeſq́ contravenientes ſuo pri-
vilegio illud amittant? Reſpon-
deo negativè: nam licet regula ſit,
quod contraveniens privilegio ſuo
illud amittit, ut infra apparebit;
familiares tamen, officialeſque
Sanctæ Inquiſitionis privilegium
non amittunt: quia non ipſis, ſed
miniſterio Sancti Officij fuit con-
ceſſum; ut latè diximus *cap.*19.&
infra dicemus.

Quæro ſexto, an familia- 46
res, officialeſque Sanctæ Inqui-
ſitionis ob crimen privilegium
amittant? Reſpondeo, quod ſi
familiares, officialeſque San-
ctæ Inquiſitionis committant cri-
mina; de quibus *capit.*13.&14.
privilegio fori non gaudent, non

 quia

quia privilegia amittant, ſed quia, quo ad ea, privilegium non habent, nec quo ad crimen tabaci, prout obſeruatum vidi contra quendam officialem continuum Sanctæ Eborenſis Inquiſitionis; & contrà
47
48 militem judicatum tradita *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 47. ad rubricam gloſa 1. num. 72. qui ad Ord. libr. 2. tit. 59. §. 10. gloſſa* 12. *num.* 3. *&* 4. docet Senatorem propter crimen aliquando privilegium amittere.

49 Quæro ſeptimo, an ex non uſu familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegia amittant? Cui dubio ut plene ſatisfaciam, tres concluſiones cum ſuis limitationibus proponam.

50 Prima concluſio ſit, quod privilegium, quo datur facultas aliquid faciendi, ex non uſu per decennium amittitur; ut probatur *ex l.* 1. *ff. de nundinis, in qua ſunt unanimes omnes DD. de quibus numer.* 8. & quæ procedit in omnibus caſibus, quæ conſiderari poſſunt, exceptis ſequentibus.

51 Primus, quando non venit caſus utendi privilegio, quo in caſu privilegium per non uſum non amittitur; ut infinitis relatis docet *Mandoſius de privilegijs ad inſtar gloſſa* 15. *num.* 9. & nos diximus *num.* 10.

52 Secundus eſt, quando quis ignoravit ſehabere privilegium; argumento *text. in l. is, qui uſumfructum ff. quibuſmodis uſusfurctus amittatur, ibi Baldus, & Albericus, Mandoſ. ſuprà num.* 12. *qui*
53 *num.* 13. hoc intelligit, niſi elapſi ſint triginta anni.

Tertius eſt, quando quis ex aliquo legitimo impedimento ſua culpa non cauſato privilegio uti non potuit; ut notant *DD. ad text. in lege, & attilicinus ff. de ſervitutibus; cum pluribus Mandoſ. dicta gloſſa* 15. *num* 11. *Hortigas in patrocinio pro Cæſare parte* 3. *num.* 9. *ubi cum Jaſone, Padilha, & alijs* aſſerit non poſſe dici, amiſiſſe privilegia per non uſum illum, qui non uſus eſt privilegio, quia eſt legitime impeditus, *cap. Abbate* 25. *de verborum ſignificatione ibi Barboſa n.* 12. 54

Quintus eſt, quando ei, qui privilegium conceſſit, ſolvitur annua penſio ratione privilegij conceſſi, *Mandoſ. ſupra num.* 10. *Baldus de preſcriptionibus in quarta parte quartæ partis q.* 4. 55

Quintus eſt, quando facultas faciendi totaliter eſt poſita in arbitrio privilegiati, veluti, ſit Princeps alicui facultatem concederet, quod in flumine molendinum ad ipſius privilegiati beneplacitum conſtituere poſſet, *Mandoſ. ſupra multis relatis n.* 14. *&* 15. ſed in hoc caſu puto diſtingui oportere, an arbitrium, ſeu libera facultas privilegiato conceſſa referatur ad privilegium, an ad tempus; ut primo caſu, veluti, ſi dictum eſſet, concedimus privilegium conſtruendi molendinum, ſi volueris, vel ad libitum voluntatis tuæ privilegium ex non uſu amittatur: 56

mittatur: Secundo caſu, veluti, ſi dictum eſſet, concedimus tibi privilegium conſtruendi molendinum, quandocumque volueris: privilegium perpetum intelliguntur *Herengius de molendinis*, *Boſſius de Principe*, *& privilegijs ejus*.

57 Sextus,quando privilegium nõ eſt conceſſum aliquibus, ut ſingulis, ſed ut univerſis, quia tunc non uſus privilegij Univerſitati conceſſi non facit amittere privilegium, quod ad omnes, ſed tatum quo adeos, qui privilegio uſi non ſunt: quia vitium, aut negligentia unius non nocet omnibus,*Cancer.*3.*variar.cap.*3.*num.*21. *&* 22.

58 Etenim omnes privilegiati veniunt ad privilegium ex propria perſona, cum omnibus ſingularibus præſentibus, & futuris ſit conceſſum, & cenſeantur tot conceſſiones, quot ſunt perſonæ: *ex lege ſi arogata verſ. penult. ff. de ad optionibus, l. cohæredi* §.*cum filiæ ff.de vulgari.*

59 Septimus eſt, quando privilegia tendunt ad exceptionem veluti ſi alicui, quod ſuper aliqua re conficienda moleſtia non poſſit referri, ſemper enim privilegiatus ope exceptionis moleſtiam inferentem repellere poterit ex vi iſtius privilegij; ut notant, *DD. ad text.in lege pure* §.*fin.ff.de doli exceptione cum infinitis Mandoſius de privilegijs ad inſtar gloſſa* 16. *num.*16.

60 Octavus caſus eſt,quando privilegiata eſt Eccleſia, aut Monaſterium: quia tunc privilegia non amittuntur niſi ſpatio quadraginta annorum, ut notant omnes in *cap. accedentibus de privileg. Mandoſ. ſuprà n.* 6. *&* 7.

Nonus eſt, quando privilegium eſt pecunia quæſitum, quod per non uſum decennalem non amittitur, *Mandoſ. ſup.n.*18. 61

Decimus eſt, quando privilegium remunerationis cauſa eſt conceſſum: cum multis *Mandoſ. ſup. n.* 19. *Caſtaldo Imperatore queſt.* 55.*n.*9. 62

Secunda concluſio ſit, quod privilegium non faciendi ex contrario uſu, ſeu actu contrario ipſi privilegio, amittitur: ut habens immunitatem attributorum onere illa ſoluat, *cap.* 6.*cap. accedentibus* 15. *de privilegijs, ibi Barboſa*, ubi communiter vim ponunt in tacita renunciatione, quæ ex contrario uſu colligitur, quod verum eſt, quo ad illum actum, & frunctum pro ea vice privilegij, nam ut privilegium in totum tollatur, non ſufficit tacita iſta renunciatio, neceſſaria eſt legitima preſcriptio contra privilegiatum, qui debito tempore non utitur privilegio, quod in Eccleſiaſticis juribus eſt quadraginta annorum, *dicto capit.* 15. ante iſtud tempus legitime completum ipſo privilegio quo ad ſubſtantiam ſuam non poſſunt dici privati, quibus illud competit: quia per ſolam contraventionem non poteſt quis dici renunciare 63

toto privilegio, niſi in eo, in quo contravenirit, in actu ſcilicet illo non in futuris: *Zoezius ad Decretales libr. 5. tit. 33. de privilegijs num. 36. latè Giurba conſ. 59. n. 8. l. 2. Cod de jur. domin. impetr. l. commiſſoriè Cod. de pactis inter emptorem, & venditorem, capit. cum acceſſant 8. de conſtitutionibus, ubi Barboſa, & Gonſales multos dant concordante*, quibus adde, quos refert
64 *Giurba d. num.* 8. ubi docet privilegium contrario actu amitti, ſive actus contrarius geſtus ſit à Principe, ſive à perſonis ſingularibus ejuſdem loci, dummodo in aliorum civium notitiam venerit, qui non contradixerint, quia de fa-
65 cili amittitur privilegium: *ex dicto cap. cum acceſſiſſet. Gironda de privilegiorum, & exemptionum explicatione num.* 103. *Surdus conſ.* 509. *num.* 7. *Giurba d. num.* 8. quæ quidem regula certiſſima eſt apud omnes; de quibus *num.* 18. cum ſequentibus limitationibus.

66 Prima eſt, quando ignoranter quis ſuo privilegio contravenerit. *capit. ſi de terra de privilegijs, ubi Barboſa, Mandoſ. de privilegijs ad inſtar gloſſa* 15. *num.* 30. *Giurba d. conſ.* 59. *num.* 44. nec ſcientia præ-
67 ſumitur *ex lege verius de probationibus, Giurba dicto numer.* 44. *referens alios.*

68 Secunda eſt, quando quis non recordatus de privilegio, aut aliqua alia de cauſa per errorem privilegio contravenit, puta, ſi quis ſolvere ex privilegio non tenetur, & per errorem ſolvit: nam hoc caſu ex ſolutione facta per errorem privilegiatus privilegium non amittit, immò ſolutum repetit. *Baldus, & alij relati Mandoſ. ſupra num.* 31.

Tertia eſt, quando in privile- 69
gio adeſt decretum irritans, cui nullo temporis ſpatio per actus contrarios renunciari poſſet Archidiaconus, & fere omnes Ordinarij; in *capit. cum beneficio de præbendis in* 6. *Mondoſ. n.* 32. *Martim. de Laudenſ. in tractatu de privilegijs, & reſcriptis quæſt.* 84.
quod tamen non procedit, quan- 70
do privilegium totum concerneret ſolum in favorem privilegiati, quo in caſu privilegiatus, non obſtante decreto irritante, poteſt privilegio per actu contrarios renunciare, *Mandoſ. cum alijs dicto num.*

Quarto eſt, quando faciens ac- 71
tum contrarium expreſſe proteſtatur ſe nolle ex hoc actu privilegium amittere: proteſtatio enim reſervat in hoc caſu privilegium: *Barthol. Baldus, & communiter omnes in leg. 2. Cod. de his, qui ſpõte munera publica*: cum infinitis *Mandoſ. ſupra num.* 33. *cum alijs, Zoezius ſupra numer.* 36. *prope finem, & nos de Recuſationibus libr.* 4. *capit.* 1.

Quinta eſt, quando actus con- 72
trarius privilegio non eſſet fortitus effectum; *Mandoſ. ſupra num.* 34. ubi infinitos citat: quia per actum imperfectum privilegia quis renun-

renunciare non cenſetur *Mandoſ. d.num.* 34.

73 Sexta eſt, quando quis ex diſpenſatione privilegio contravenit. *Jaſon in l.fin. ff. de conſtituta pecunia, Mandoſ. ſupra num.* 37. *ubi alios citat.*

74 Septima eſt, quando ex amiſſione, aut tacita renunciatione privilegij Principi, qui privilegium conceſſit, præjudicium reſultaret: non enim poteſt quis tenunciare privilegio in præjudicium
75 Principis concedentis, *cap. cum pro eo tempore de arbitris, ibi Borboſa Mandoſ. de privilegijs ad inſtar gloſ.*15.*n.*38.

76 Octava eſt, quando privilegium habet effectũ ſucceſſivũ, & reiterabile, veluti, in privilegio eximente aliquem annua pẽſione, ſeu quæ pluribus vicibus fieri debet: tunc enim ex unico actu contrario puta ex unica ſolutione annua, privilegium non amittitur, nec illi, niſi quantum ad illum actum cenſetur renunciatum, *Baldus in cap. plerumque de reſcriptis, & in lege Senatores ff. de Senatoribus, Mandoſ. ſupra num.* 22. *l. voluntaria Cod. de excuſatione tutorum, Valenſuella conſ.*79.*num* 134. *Giurba conſ.* 59.*num.* 49. *Gaillus lib.* 2.*obſerv.*60.*num.*11. *Fontanella de pactis nuptialibus clauſula* 4.*gloſ.*10. *num.*132.

77 Requiritur enim continuatio actuum contrariorum per triginta, ſeu quadraginta annos, *Barthol. & alij in ſin. ff. de conſtituta pecunia enim infinitis Mandoſ. ſuprà num.* 22. *Vivius communium lib.*2.*opin.*237.

78 Quæ autem non procederet, quando contraventio eſſet univerſalis, quo ad omne actus, vel ab actu, in quo quis contravenerit, cæteri actus dependerent; veluti, ſi exemptus à gabellarum ſolutione pateretur ſe ſcribi in libro communis extimi, nam licet iſte exemptus ex unica ſolutione non amitteret privilegium, niſi quo ad illum actum; quia eſt actus particularis alios non concernens; tamen patiens ſe ſcribi in libro communis extimi amitteret privilegium; quia hujuſmodi contraventio eſt actus univerſalis, à quo cæteri de pendent, reſpiciens etiam ad ſolutiones futuras, *d. l. voluntarie cum multis, Mandoſ. dicta gloſſa* 15. *num.* 23. & ita procedit id; quod multi tenent exemptum à ſolutione gabellarum ex unico actu amittere privilegium, qui debent inteligi, quando concurrit actus univerſalis, *Barboſa in capite accedentibus* 15. *de privilegijs numer.*7.

79 Nona eſt, quando quis in pluribus unico privilegio contentis eſt privilegiatur; quia tunc contravenieus privilegio in uno non dicitur amiſiſſe privilegium, quo ad alia, in quibus parites eſt privilegiatus; *Mandoſ. alijs relatis num.*24. *Barboſa in dict. leg. voluntarie num.*3.

80 Decima eſt, quando privilegium

um

um puta non ſolvendi reſpicit diverſas perſonas, quibus non exiſtente privilegio eſſet aliquid ſolvendum; quo in caſu privilegiatus ſolvens uni, & in hoc cotraveniens privilegio, non amittit privilegium, quod ad alias perſonas, ut illis ſolvere teneatur, *Ruinus libr. 4. conſ. 93. cum alijs, Mandoſ. n. 25. Barb. d. n.* 3.

81 Undecima eſt, quando actus privilegio contrarius eſſet ejus generis, quod in eo alia preſumptio, quam renunciationis privilegij, cadere poſſit, quia tunc non amittitur privilegium, veluti, ſi Canonici, qui privilegium habent de certo canonicorum numero alium canonicum de mandato Papæ ſupra numerum recipiant, quo caſu cadit præſumptio obedientiæ, nec ex hoc privilegium dicetur amiſſum: multis citatis *Mandoſius ſupra n.* 26.

82 Duodecima eſt, quando quis coactè, vel per vim privilegio contravenit, *l. cura ff. de muneribus, & honoribus, Mandoſ. n.* 27.

83 Decima tertia eſt, quando privilegium eſt conſuetudine acquiſitum, quod per unum actum contrarium non amittitur; quia conſuetudini non cenſetur unico actu contrario, immò nec bina contrafactione, derogatum, niſi actus
84 contraventionis eſſet factus collegialiter, *Felinus in cap. cum acceſſiſſet* 8. *de conſtitutionibus, Natta libr.* 3. *conſ.* 636. *n.* 118. *Mandoſius alijs citatis dicta gloſſa* 15. *num.* 35. *&* 36.

Decima quarta eſt, quando actus 85
privilegio contrarius fit per eum, qui privilegio expreſſe renunciare non poſſet; tunc enim ex ſolo actu contrario, niſi lapſus
quadraginta annorum concurrat, 86
privilegium non amittitur; veluti, ſi per unum monachum fieret actus contrarius privilegio monaſterio conceſſo; ut cum infinitis
firmat *Mandoſ. ſupra num.* 28. *&* 87
29. ex actu contrario Cives contraveniendo nec præjudicant privilegio Civitati conceſſo, ſicut nec Clerici præjudicant Eccleſiæ,
DD. in cap. accedentibus de privi- 88
legijs, ubi latè Barboſa Giurba infinitis relatis conſ. 59. *num.* 47. *Mandoſ. dict. num.* 29. *Magonius deciſ.* 67. *num.* 39. *Barboſa in capit. cum acceſſiſſent* 8. *de conſtitutionibus numer.* 6.

Ex quibus colligitur, quod ex 89
actu contrario privilegio non amittunt familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis privilegia: quia privilegium, quod ne dum privilegiati favorem reſpicit, ſed etiam alterius in ejus præjudici-
um contrario actu renunciari non 90
poteſt; *capit. cum tempore de arbitris, cap.* 2. *de reſtitutione in integrum cap. cum olim de privilegijs in* 6. *ubi DD. & Felinus num.* 28. *Decianus num.* 84. *cap. accedentibus de privilegijs, Trintacinquo variarum libr.* 1. *titul. de reſcriptis, & privilegijs reſolutione* 10. *numer.* 1. *Giurb. conſ.* 59. *n.* 47. *Menoch. lib.* 6. *præſum-*

*præſumpt.*41. *à numer.*5. *& conſ.* 1261. *à numer.*23. *Otallora de nobilitate parte* 2.*&* 3. *capit.*9.*n.* 13. & privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis primario miniſterium Sancti Officij reſpiciunt, & ſecundario ipſos familiares, officialeſque, ut ſæpe decantavimus.

91 Decima quinta eſt, quando quis contra veniendo directe obviat privilegio; directe autem dicimus, ſi actus contra jus in totum privilegio adverſetur, secùs ſi indirecte contra ventũ ſit privilegio; ut erit, quando quis habet privilegium generale, ne teneatur ad aliqua munera publica ſubeunda, ipſeque poſteà ſponte acceptavit unum, non præjudicat ſibi in alijs, nec etiam in illo, ſi
92 denuo vocetur ad illud, *dicta l. voluntaria ff.de muneribus*, *Giurba ſupra numer.* 48. *Trintacinq. ſupra reſolut.*9.*num.* 5. *& reſolut.* 10. *num.* 2.

93 Decima ſexta eſt, quando contraventio conſiſtit in unico actu: nam licet controverſum ſit, an unus actus contrarius ſufficiat! vera tamen eſt negativa reſolutio, quæ probatur jure, & ratione. Jure *ex lege voluntaria Cod.*
94 *de excuſatione tutoris*; quæ habet voluntariæ tutelæ munera privilegijs nihil derogare; ratione, quia contrarius actus non debet operari ultra illum caſum, in quem cum poſſit cadere alia præſumptio, quam renunciationis illa ad ſumenda; ut ſuprà diximus: hic autem alia cadit, ſcilicet, quod tantum in hoc negotio, & in gratiam talis perſonæ actũ contrarium admiſerit; ita *Zoezius ad Decretales libr.*5. *tit.*33.*de privilegijs numer.* 3. *Barboſa in capite cum acceſſiſſent* 8.*de conſtitutionib. num.*6.

Cui reſolutioni non offendit *textus in capite cum acceſſiſſent* 8.*de conſtitutionibus* ad illa verba ibi: *Niſi poſteà Canonici contra venerint aliquem in primicerium eligendo*; per quæ verba videtur ſufficere una controverſio ad privilegium diſtruendum: quia reſpondetur, quod ex eo, quod reſcriptum, de quo ibi conſtiterit in unico actu momentaneo, qui in continenti fit, vel tollitur, ut per unam contraventionem potuerit amitti, cum in tali materia renunciatio, quo ad unum actum ſit renunciatio ſimpliciter; nihilmirum, quod una contraventio ſufficiat, quæ non ſufficeret, ſi actus eſſet reiterabilis; ut diximus *num.* 76. *Zoezius d.num.*37. 95

Tertia concluſio ſit, quod privilegium, quo quis large uti poterat, ex ſtricto uſu reſtringitur, & in parte ob non uſum amittitur; *Mandoſius de privilegijs ad inſtar gloſſa* 15.*n.*38. ubi infinitos citat, quibus omnes, quos citavimus *numer.* 18. *Barboſa in capite* 8. *de conſtitutionibus,& in cap.*8. *de conſuetudine à numer.* 6. *&* *voto* 9. 96

Vu *Math.*

Matheu de re criminali controv. 6. *à num.* 61. *Molina de primogenitis libr.* 2. *cap.* 6. *à num.* 59. *Cardoſo in praxi judicum verbo privilegium. Salgado de regia protectione* 1. *parte cap.* 9. *à n.* 9. *&* 37. *&* 61. *Vela deſertatione* 30. *à num.* 61.
97 *&* 33. *à n.* 70. conſuetudo enim, & modus, quo quis utitur privilegio, illud ampliat, reſtringit, & declarat; *Mandozius cum multis n.* 40. qui *num.* 41. multis laudatis
98 docet, quod privilegiũ ex ſtricto uſu non reſtringitur, quando non evenit caſus utendi large, qui ad retinendum jus ſufficit aptitudo, & potentia: *ex Barthol. in lege ar-*
99 *boribus* §. *nam ſi ægrum ff. de uſufructu, Gaillus libr.* 2. *obſervat.* 60. *Garcia de nobilitate gloſſa* 6. *numer.* 37. *Barboſa in capite cum acceſſiſſent de conſtitutionibus numer.* 5.

100 Quæro octavo, an familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis per renunciationem amittant privilegium? Reſpondeo negativè; nam licet regulare ſit, quod privilegium per renunciationem ſive expreſſam, ſive tacitam amittatur; ut pluribus laudatis docent; *Zoezius ad Decretales libr.* 5. *tit.* 33. *de privilegijs numer.* 34. *&* 35. *latè Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 41. *per totam*, quibus adde pene infinitos, quos citavimus *cap.* 4. *&* 19. *& quos citat Pegas ad principium Ord. lib.* 2. *titul.* 25. *num.* 4.

101 Verum tamen cum privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis non intuitur ipſorum ſint conceſſa, ſed intuitu miniſterij Sancti Officij; ut probavimus *d. cap.* 4. *&* 19. rectè ſequitur,
tur, quod per renunciationem non 102
amittuntur, cum privilegia in favorem alicujus introducta ab ipſo, & non ab alio valeant amitti: *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſputat.* 5. *quæſt.* 5. *num.* 300. ubi an ſub generali renunciatione veniant privilegia. 103

Quæro nono, an familiares, officialeſque Sancti Officij amittant privilegia, quam primùm officiales, familiareſque eſſe deſierint? Reſpondeo affirmativè; quia privilegia conceſſa perſonæ intuitu alicujus miniſterij, mutatione perſonæ, aut miniſterij amittuntur; ut nos cum multis do-
cuimus *cap.* 6. *& tradunt Salgado* 104
de regia protectione parte 3. *capit.* 11. *à numer.* 20. *latè Olea deceſſione jurium tit.* 6. *quæſt.* 2. *&* 3. *Solorzanus libr.* 4. *politicorum capit.* 1. *folio mihi* 503. apoſitè *Pegas ad Ordinat. libr.* 2. *tit.* 59. *in principio gloſ.* 2. *n.* 10. 11. *&* 12. ubi alia jura, & DD. citat *Zoezius ſuprà num.* 32. *&* 33. 105

Quæro decimo, an familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis amittant privilegium ceſſante in totum cauſa finali ipſius privilegij? Reſpondeo affirmative; quia ceſſante cauſa finali, quæ eſt principalis cauſa privilegij, à qua dependet, & in fieri, & in

in conſervari, privilegium ceſſare neceſſe eſt: *ex regul. text. in capite ceſſante de appellationibus* uti carens fundamento, *Zoezius dicto num.* 32. *&* 33. *Pegas dicto num.* 10 *&* 11. *& ad Ordin. libr.* 2. *tit.* 29. §. *fin. gloſſa* 7. *Frater Dominicus Maria, Brancaccinus de jure doctoratus lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 6.

107 Infero hinc, quod deſtructo Sacro Tribunali Sancti Officij, quod Deus avertat, ceſſant privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis; quia regula eſt, quod deſtructo loco, communitate, aut Univerſitate, cujus intuitu privilegium fuit conceſſum, extinguitur jus omne illi cohærens tamquam deſtructo
108 fundamento, cui adhæret, *Zoezius ſupra num.* 43. *Bobadilha lib.* 5. *politicorum cap.* 6. *Salgado de protectione* 3. *parte cap.* 10. *à num.* 280.
109 *Caſtilho de tertijs cap.* 36. dummodo tollatur in perpetuum, ſecus, ſi ad tempus ex aliqua cauſa ſuſpendatur, vel ſi illius exercitium per vim hominum, aut alio caſu ſuſpendatur, *Zoezius d. n.* 43.

110 Similiter infero, quod ſi familiares, officialeſq; Sanctæ Inquiſitionis ſine licentia, aut legitima cauſa miniſterio Sancti Officij actu, vel aptitudine defuerint, privilegia amittunt; quia privilegia cõceſſa ratione alicujus miniſterij ceſſãt, quãdo culpa privilegiati reſpectu illi-
111 us ceſſat miniſteriũ: *ex lege fin.* §. *fin. ff. de pœnis facit text. in lege* 1. *Cod. ubi Senator vel clariſſimi.* ideo privilegium conceſſum familiaribus intuitu Dominorum ceſſat, ſi familiaris deceſſerit à ſervitio Domini, cui privilegium fuit cõceſſum; *Pegas ad Ordin. libr.* 2. *tit.* 112
59. §. 1. *gloſſa* 3. *num.* 7. *in fine*, *& ad rubricam Ord. libr.* 2. *tit.* 33. *numer.* 222. *&* 223. & expreſſum eſt in §. 10. reformationis juſtitiæ: ibi latè *Thome Vas, Almeyda de numero quinario cap.* 5. *n.* 6.

Subinfero, quod privilegia 113
conceſſa aliquibus ratione officiorum, quorum ſunt proprietarij, ceſſant, ſi ipſi officia non exercuerint, & illis fruuntur, qui officia ſerviunt, prout bis judicatum vidi: *ex l. binos* 10. *de advocatis diverſorum Judicum, ubi Barboſa cum multis n.* 20. *Pegas d. n.* 223. *& omnes ſupra citati.*

Quæro decimo, an privilegia 114
familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis amittantur per revocationem? Pro parte negativa ſtat primo, quod privilegia ob remunerationem ſervitiorum ſanguinis pro Regibus effuſi, vel civium benemerita, aut alia decenti ratione conceſſa, nec mere gratia exiſtimantur, ſed actus onoroſi in vim contractus, quæ penitus revocari, aut retractari non
poſſunt, *l. ſed & ſi lego* §. *conſulti* 115
ff. de petitione hæreditatis, ubi Barthol. Giurba conſ. 59. *num.* 62. *& conſ.* 94. *per totum*, ubi coacervat pene infinitos *Cabedo* 1. *parte deciſ.* 20. *&* 95. *num.* 14. quibus adde, quos referunt, & ſequuntur

Cyriacus controv. 310.*Creſpus obſerv.* 15. *ubi. quis cognoſcat de revocatione*, *Julius Cauponius tomo* 5.*diſcpt.* 398. *Valenſuel. conſ*.85. *Fontanel.deciſ*.138. *à num*.1.*Barboſa in lege* 1.*ff.ſoluto parte* 1.*à numer*.5.*Hermoſilha in l.* 53.*gloſſa* 1. *num*.13.*&* *gloſſa* 6.*à num*.5.*tit*.5. *partit.* 5. *Solorſanus de jure Indiarum libr.* 1.*cap*.22. *à num*.54.*&* *libr*.5. *cap*.1.*à num.* 94.*Caſtilho de tertijs cap.* 16.*num.fin.&* *cap.* 8. *à num.* 138.*&* *cap* .41. *à num*.192. *Salgado de protectione* 3.*part.à numer* .95. *Vellar libr.* 1. *reſponſo* 8. *apud quos pene innumerabiles invenies Pegas ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 25.*in principio n.* 4.*&* 11.*&* *titul.* 44.*in principio à n*.12.

116 Atqui privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis ipſis fuerunt in remunerationem ſervitiorum, quæ ipſi fami. liares, & officiales Deo, & Regi fecerunt, & faciunt; ut ex ipſis privilegijs patet relatis *in capite* 3. nec non ipſis miniſtris Sancti Officij ob ſervitia continua, quæ ipſi Deo, & ipſi Regi, ac toto Regno quotidie fiunt, quibus nihil apud Deum, & homines nullum aliud ſervitium comparari poteſt: nam ex labore, & ſudore horum miniſtrorum Verus Deus amatur, & diligitur, vera religio colitur, pax, & quis publica conſurgit, quas ob rationes verè, & propriè vocantur fidei tutamen, ac præſidium, veritatis patrocinium, bonorum morum Zellatores, pacis, & quietis publicæ defenſores invicti: ergo hujuſmodi privilegia revocari non poſſunt.

Secundo conſiderari poteſt, 117 quod privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inqviſitionis ſunt eccleſiaſtica, & non ſæcularia; ut docent plures, quos citavimus *cap.* 19. *num*.121. ſed pri- 118 vilegia eccleſiaſtica à Principe ſæculari revocari non poſſunt; teſte Zoez. *cum alijs ad Decretales lib.* 5.*tit*.33. *de privilegijs num.* 40. ergo privilegia familiarium, & officialium Sanctæ Inquiſitionis per revocationem Principis ſæcularis non amittuntur.

Tertio, quia ad revocanda pri- 119 vilegia ſemel conceſſa requiritur juſta cauſa: nam Regum proprium eſt non revocare conceſſa; *Gi-* 120 *urba conſ*.94.*num*.2. *ubi citat Bardellus conſ*.22.*num*.17.*Peregrinum conſ*.4.*num.* 36. *&* *alios*, & quod privilegia ſemel conceſſa ſine juſta cauſa non revocantur; tradunt, ac docent omnes, quos citavimus *n*.114. quibus adde *Sanches de matrimon.lib*.8.*diſp.* 33.*Molin.de primog.lib*.4.*cap*.3.*n*.7.*Eſcobar de puritate* 1.*p.q*.7.*à.n*.123.*Diana tomo* 9.*reſolut.* 7.*n*.3. *&* *reſol*.196.*n.fin.* *&* *reſol.* 325. *Rodericū Suares al. legat.* 9. *Julius Cauponius tomo* 2. *diſcept*.91.*art*.1.*à num*.11.& quā- 121 plurimis alijs: Atqui nulla poteſt juſtificari cauſa, ac excogitari legitima, quæ prævaleat favori religionis, & ſuper cauſam, ob quam ipſa privilegia fuerunt conceſſa,

ceſſa, quæ fuit religionis, ex qua in fieri, & in conſervari tota ſalus ſpiritualis, & temporalis depende: *Solorzanus emblema nono per totum*: ergo hujuſmodi privilegia nullo modo ceſſare valent per revocationem: cum irrevocabilia ex ſua natura ſint, utpote fundata in cauſa, ſeu ratione ſemper valitura, & quacumque alia ſemper potentiori, urgentiori, ac utilliori.

122 Quarto, quia privilegia illa tranſierunt in vim cõtractus, cum illis conceſſis laborem ulli alio comparabilem ſubierunt Apoſtoli Inquiſitores, ut de eis id ſtatuendum ſit, quod de contractu:
123 ex hiſque *Barthol. in lege 2. ff. de jure immunitatis num. 2. Baldus in l. qui ſe patris Cod. unde liberi num. 34. Peregrinus de jure fiſci libr. 1. tit. 3. num. 28. & conſ. 160. num. 4. Sixtinus de regalibus libr. 1. cap. 5. num. 61. Giurba conſ. 94. numer. 4.*
124 ubi infinitos citat: Atqui Princeps privilegia, quæ in contractum tranſierunt, revocare non poteſt, *Valaſc. conſ. 72. num. 5. & 120. num. 9. Giurba infinitis relatis d. conſ. 94. num. 5. & conſ. 59. num. 62. ubi tot. citat.* DD. ut eum allegare ſufficiat, nec enim minus contractibus, quam privatus obligatur Princeps: *ex lege donationes Cod. de donationibus inter*, unus cum omnibus in materia *Giurba conſ. 94. num. 6.* ergo hujuſmodi privilegia utpote in vim contractus tranſacta irrevocabilia ſunt, ac per conſequens per revocationem non amittuntur.

Quinto pro hac parte ponderari poteſt, quod hujuſmodi privilegia fuerunt conceſſa per tot, tantoſque Reges, & per tot, tantoſque Reges illorum ſucceſſores conſervata, ut ſalva honeſtate revocari non poſſint, cum prædeceſſorum privilegia revocare honeſtum non ſit: *Gonſales in regulis glоſſa 9. §. 2. à num. 74. Caſtejon in Alphabetico juris verbo privilegium numer. 8. & probatur ex lege privilegia quæ 12. Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs, ex qua Barboſa ibi num. 1.* eam deducit concluſionem nempe, quod privilegia Anteceſſorum favore Eccleſiæ ſucceſſor continuat, & confirmat; & *ex lege omnia privilegia 33. Cod. de Epiſcopis, & Clericis ubi Barboſa num. 1. alijs relatis* eam dat concluſionem ſcilicet, quod privilegia Anteceſſorum Imperatorum pijs locis conceſſa in robore ſuo bonus Imperator relinquit; eo, vel maxime cum prædicta privilegia in vim contractus tranſierunt, & ſucceſſores in regno teneantur cuſtodire, & ſervare contractus Anteceſſorum nomine dignitatis geſtos, *Cabedo 1. parte deciſ. 19. numer. 1. unus cum omnibus, Giurba deciſ. 94. num. 7.* cum idem, & unum ſemper ſit regnum, *Giurba num. 8. Gratianus cap. 167. num. 51.* 125 126 127 128 129 130

Sexto pro hac parte conſiderari poteſt, quod quando privilegi- 131

um conceſſum eſt non ſubditis, prout ſunt Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ, revocari non poteſt,
132 maxime, ſi habet effectum conſummatum; ut multis laudatis docet *Pegas ad principium Ordin.*
133 *libr. 2. tit. 25. num.* 6. ubi eam præſtat rationem, quia non ſubdito privilegium concedi, & beneficium conferri poteſt, non autem revocari, & aufferri, quia juriſdictio non exercetur in non ſubditum: *ex capite 2. de conſtitutionibus in 6. l. fin. ff. de juriſdictione*
134 *omnium Judicum*, & ubi etiam ampliat, ut nec etiam contra id diſpenſare in præjudicium non ſubditi etiam juſta cauſa exiſtente; & ad id citat plures, & ob id concludit Regem noſtrum non poſſe revocare privilegia conceſſa agricolis, colonis, & inquilinis Eccleſiarum, aut Monaſteriorum;
135 de quibus agit *Ordin. dicto tit. 25. Barboſa in cap. cum olim 6. de conſuetudine num. 8. latiſſimè ad cõtrarium reſpondendo. Pereyra in ſua Academia libr. 3. diſput. 1. quæſt. 5. per totam.*

136 Sed ſic eſt familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis privilegia fuerunt conceſſa immediate miniſterio Sancti Officij, quod Eccleſiaſticum eſt, & mediate ipſis familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis; ut probatur ex prima conceſſione Henriquiana relata *cap.* 3. *num.* 54. & 55. ibi: *Pelo grande dezejo, que tenho de em tudo favorecer, & ajudar o Santo Officio da Inquiſiçaõ, & para que os Miniſtros, Officiaes, & Familiares delle com mais diligencia, & vontade ſirvaõ ſeus cargos*; & ex ſecunda ejuſdem Regis relata *dicto cap.* 3. *numer.* 58. ibi: *Que pela experiencia, que tenho dos negocios do Santo Officio, em que por muitos annos entendi, ſendo Inquiſidor Geral neſtes Reynos de Portugal antes de ſuceder na Coroa delles, me pareceo muito importante para conſervaçaõ da ſua authoridade, & do reſpeito, que ſe lhe deve ter*; & ex conceſſione, de qua *cap.* 3. *numer.* 67. ibi: *Hei por bem, & me pras, que os privilegios, que pelos Reys deſte Reyno de Portugal meus Anteceſſores ſaõ concedidos ao Santo Officio da Inquiſiçaõ dos ditos Reynos, ſe cumpraõ, & guardem*; & ex alia, de qua *dicto cap.* 3. *num.* 68. ibi: *E por fazer merce ao Santo Officio*; & ex alia, de qua *cap.* 3. *num.* 70. ibi: *Hei por bem, que daqui por diante naõ venha mais em duvida ſe he, ou naõ maior o privilegio do Santo Officio*; & ex alia, de qua *dicto cap.* 3. *n.* 73. ibi *O Conde Apoſentador Mòr tenha entendido, que aos Familiares do Santo Officio hà de dar apoſentadoria, quando lha pedirem na forma de ſeu privilegio, que ſupoſto ſe naõ ache confirmado naõ he por falta ſua, ſe naõ em rezaõ de naõ haver confirmaçoens geraes, que he ſò quando as Communidades ſaõ obrigadas a confirmar, & o farà o Santo Officio nas primeiras*

meiras confirmaçoens, que houver; & ex alia, de qua *d.cap.*3.*num.*85. ex quibus apertiſſime probatur privilegia familiarium, officialiumque Sancti Officij non ipſis immediate fuiſſe conceſſa, ſed Sancto Officio, & mediate tunc familiaribus, officialibuſque: ergo tamquam conceſſa Eccleſiaſtico miniſterio à Principe ſæculari, ab ipſo revocati non poſſunt. *Pereyra in ſua Academia lib.*3.*diſp.*1. *q.*5.*per totam.*

137 Affirmativa vero ſententia videtur probari: quia Princeps non ſolũ moderare, ſed in totum tollere privilegia per ſe data poteſt; probãt *tx. in cap. fin. de ſententia excõmunicat. in 6.cap ne aliquid de privileg.in 6.* docentque infiniti apud *Giurbam conſ.*59.*n.* 62. *Avil. in cap. prætorum cap.*19. *gloſ. privilegios n.fin. Cancer.*3.*var.cap.*3. *num.*150.*Oliva de foro Eccleſiæ* 1.*parte cap.*13. *per tot. Gracia de nobilitate gloſſa* 6.*num.* 41. *& apud citatos numer.* 18. *&* 115. quibus adde *Petr. de poteſtate Principum cap.*24.*à num.* 227.*Maſtrilh.de magiſtratibus lib.* 3.*cap.*10.*num.*24.ubi etiam ad nutum *Rollandum tomo* 2.*conſ.* 1.*nu-*
138 *mer.* 162. ubi etiam privilegium Principis non eſſe ſervandum, quando expoſt ſe incipit eſſe damnoſum, ſed ſtatim perdere vires quamprimum re incidit in iniqui-
139 tatem: & *num.*163.*&* 164.docet privilegium conceſſum non ſubdito, quod ex poſt facto lædit cõcedentem præpter ejus intentionem, reſolvi ipſo jure, & poſſe revocari. Unde ibi *num.* 170. con- 140 cludit privilegium immunitatis conceſſum alicui à ſolutione decimarum, caſu, quo poſt privilegium immunis acquireret tot prædia, pro quibus, ſi decimas non ſolveret, inferreretur grave damnum Eccesiæ; & *num.* 171. affir- 141 mat privilegium exemptionis à procurationibus conceſſum Clericis alicujus loci non eſte ſervandum, caſu, quo adeo multiplicati eſſent Clerici, quod procurationem abſorberent, *Pegas infinitis laudatis ad Ordin.libr.*2. *tit.* 25.*in principio à num.* 1. *uſque ad* 14. *Marcus in deciſionibus parlamenti Delphinalis deciſ.* 528. *per tot. Pereyra d.q.*5.*n.*282.*&* 283.

142 In conflictu horum fundamentorum placet diſtinguere inter caſum, quo Princeps in totum tollit, & revocat privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis; & in hoc caſu firmiter credimus non poſſe Principem de poteſtate Ordinaria id facere, ex conſideratis *à num.* 114. uſque ad præſentem numerum; & inter caſum, quo Princeps ſuſpendit, ſeu revocat ad tempus, ſeu quo ad certam ſpeciem: & in hoc ſubdiſtinguimus inter caſum, quo Princeps interveniente juſta cauſa id facit, & inter caſum, quo ſine legitima cauſa ſic operatur.

143 Inprimo caſu aſſerendum eſt Principem etiam de poteſtate Ordinaria poſſe ad tempus, & ad certam,

tam, & determinatam ſpeciam ſuſpendere, ſeu revocare privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis, veluti, ſi in-
144 ceperint eſſe nociva: *ex Solorzano libr.2.politicorum capit.33.folio mihi 202. Cyriacus controv. 310. DD. ad textum in capite ſugeſtum de decimis, & apud Hiſpanos probat textus in lege 48.tit.23.partita* 3. ubi DD. illius regni latè *Franciſcus Marcus in deciſionibus Sena-*
145 *tûs Delplinalis deciſ.* 528. diſcurrendo per totam varia exempla demonſtrat, vel ſi urgeat magna, & publica neceſſitas, cui ſub veniri non poſſit non ſuſpenſis, aut revocatis ad tempus hujuſmodi privilegijs; ut latè diximus *cap.*10 *&*11.*& ſupr. à numer.* 139. *plures apud Giurbam conſ.*59. *numer.* 64.*& conſ.*94.*per totum*, *Cardoſo in praxi judicum verbo privilegium ad finem*, *Barboſa in reportorio juris verbo privilegium*, *Pacheco in apollecta utriuſque juris verbo privilegium*, *Caſtejon in alphabetico juris verbo privilegium*, *Bertachinus in alphabetico juris verbo privilegium*, *Sabelli in alphabetico juris verbo privilegium*, *Themudo*
146 *deciſ.2.num.*49.ubi, quod privilegium de non ſolvendis decimis extinguitur, ſi Miniſtri Eccleſiæ indigeant: quia privilegia omnia Clericis, aut Eccleſijs, aut pijs locis à Principe laico conceſſa poſſunt adimi, & immutari per eundem Principem laicum: *Barboſa*
147 *ad rubricam Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis num.*5. *Menchaca in præfactione libr.*1.*de ſucceſſionis progreſſu* juſta cauſa interveniēte, *Pegas ad principium Ordin.libr.*2.*tit.*25.*gloſſa* 2.*num.*9.*&* 10. *ubi alios dat concordantes*, *Dianna tomo* 6. *tract.*1.*reſol.*54.*per.totam.*

Verum cum privilegia ex me- 148
ritorum cauſa conceſſa uno verbo revocare Principem voluiſſe non præſumitur; ut ex pluribus tradit *Giurba conſ.* 94. *num.* 1. in- 149
quirere oportet, an, & quando revocatio, vel ſuſpenſio privilegiorum facta cenſeatur? Ad quod prius notare oportet, quod revocatio, vel eſt expreſſa, vel tacita: expreſſa eſt, quæ ex verbis expreſſis colligitur; tacita, quæ ex 150
circunſtantij colligitur: idque primo fieri poteſt, ſi Princeps legem univerſalem univerſaliter, ut ſonat, intellectam ferat, per quam abroget privilegia omnia, quo in caſu abrogantur privilegia in corpore juris contenta, non e- 151
tiam non contenta, cum legiſlator nō præſumatur ſcire jus privatum: *ex capite* 1. *de conſtitutionibus lib.* 6.*ita Zoezius ad Decretales libr.*5. *tit.*33. *de privilegÿs num.*40. qui *num.* 42. advertit, quod quo ad 152
effectum revocationis, ſi facta ſit per legem publicam, neceſſe eſt, quod prædicta lex ſit legitime promulgata; & tranſeat tempus neceſſarium ad obligationem omnino videndus *Pegas ad Ord. libr.* 2.*tit.*44.*per totum.*

Secundo fieri poteſt per man- 153
datum

datum particulare cum derogatoria clauſula ſpecifica, vel ſpecificæ æquipolenti: quia non præſumitur Principem habere ſcientiam privilegij, ut iſta clauſula opus ſit: quo facit *text. in lege penul-*
154 *tima Cod. de precibus Imperatori offerendis*, ubi reſcriptum contra jus commune elicitum non valet, niſi illius mentionem facit, ut nec reſcriptum valeat contra privilegium non facta ejus mentione, *Zoezius*, *ad Decretales libr.* 5. *titul.* 33. *de privilegijs num.* 40. *Barboſa in capite* 6. *de reſcriptis à numer.* 1. *Dianna tomo* 9. *tract.* 3. *reſolut.* 7. §. 3. *Barboſa in cap.* 1. *de reſcriptis*, *& in cap.* 1. *de conſtitutionibus.*

155 Tertio fieri poteſt per ſententiam latam contra privilegium, quod eſt in judicio exhibitum; per quem tamen modum ab eo, qui poteſt privilegium revocare, non tam cenſetur revocatum, quam reprobatum, ut quia vel male obtentum, vel ex cauſa amiſſum: ſupponit enim ſententia defectum in actu, vel in jure, de quo agitur; ut ſi tale factum, vel jus pendeat ex privilegio, ſententia etiam indirecte cadat vi privilegij qualitatem: *ex capite ſuborta de ſententia*, *& re judicata*, quam non immutat: ſed inſufficientem declarat ad jus illud obtinendum, *Zoezius dicto num.* 40. *Dianna tomo* 9. *tractat.* 2. *reſolut.* 7. *num.* 3. *& reſolut.* 13. §. 1. *& tomo* 8. *tractat.* 2. *reſolut.* 9. *Sanches libr.* 6. *conſiliorum capit. dubitat.* 8. *Jullius Cauponius tomo* 5. *diſceptatione* 398. *Barboſa voto* 126. *numer.* 289. *Cyriacus controv.* 310.

Quarto fieri poteſt per no- 156
vum privilegium, per quod tamen non videtur prius tolli, niſi ejus mentione habita; ut patet *ex capite veniens* 19. *ubi gloſſa in verbo nullam de preſcriptionibus*, *Carleval de judicijs tit.* 1. *diſp.* 2. *num.* 8. *&* 13. *cum ſequentibus*, *Menoch. libr.* 6. *preſumpt.* 40. ubi ex duobus privilegij ſuper eâdem re à diverſis impetratis, quod ſit potentius, & an poſterius tollat prius *Zoe-*
zius d. num. 40. ubi cõcludit, quod 157
prius non tollitur per poſterius, non facta mentione de priori, ex ea ratione, quia poſterius videtur ſubreptitiè impetratum à Principe ignorante primum; argumento *text. in capite* 1. *de conſtitutionibus in* 6. *Phœbus deciſ.* 214. *n.* 7. *Pereira in promptuario juris verbo privilegium numer.* 1535. *Zoezius dict. num.* 40. *Salgado de regia protectione* 3. *parte cap.* 10. *à numer.* 87. *Caſtilbo de tertijs capit.* 36. *Guttierr. libr.* 3. *practicarum quæſt.* 15. *à num.* 3. *Gonſales ad regulas gloſſa* 36. *à numer.* 1. *Zevallbos quæſt.* 611. *per totam*, *Barboſa voto* 126. *num.* 290. ubi quæ privilegia generali derogatione tollantur, Idem *Barboſa in capite ex multiplici* 3. *de decimis num.* 4. *Pegas ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 44. *& tit.* 59. §. 14. *gloſſa* 16. *num.* 1. *Cabedo*

1.*parte deciſ.*213.*num.* 1.*Balmaſſeda de collectis quæſt.* 49. *Phæbus deciſ.* 33. & 146. *de quo infra à num.*206.

158 Et hoc verum eſt, ſive utrumque ſit generale, ſive utrumque ſpeciale, ſive prius ſit ſpeciale, poſterius generale, quia nihilo magis ſpeciale aufferri poteſt: *ex capite generi* 34. *de regulis juris in* 6.*ubi latè Pechius*, & *ita Zoeſius dicto numer.*42.& omnes proxime citati.

159 Dubitatur, ſi generale ſit prius an per ſpeciale ſubſequens ei derogetur? Reſpondetur videri idem dicendū, ſcilicet, nec eo caſu vallere poſterius contra prius ex eâdem ratione ſubreptionis; & cauſa ignorantiæ ipſius concedentis: ſed aliter ſentiendum eſt, quia in toto jure generi per ſpeciem derogetur, etiam ſi in ſpecie ſubjuncta nulla fiat mentio prioris: cenſetur enim Princeps concedendo generalem favorem non aufferre ſibi fa-
160 cultatem alicui ſpecialem gratiam largiendi; ut probatur *ex capite dudum* 14.§.*nos igitur*, *cap. quamvis* 38. *de præbendis in* 6.*ibi Barboſa laudatis pluribus*; & *ita docent in terminis Zoezius d. num.* 40.& 41. *Suares de legibus libr.*8. *cap.*49.*à n.*6.

161 Expreſſa revocatio fit, quando in particulari expreſſis verbis derogatur alicui cōceſſum privilegium, facta expreſſa mentione illius; vel quando in generali derogatur privilegium per clauſulam *non obſtantibus quibus cumque privilegijs*, quo in caſu facienda eſt differentia inter privilegia clauſa in corpore juris, & inter privilegia non inſerta in juris corpore; & quo ad illa eſt certiſſima regula, quod privilegia clauſa in corpore juris derogata, non cenſetur per clauſulam *non obſtantibus quibus cumque privilegijs in contrarium*, ex 162
ea ratione, quia privilegia clauſa in corpore juris non ſunt privilegia, ſed jus commune; *Barboſa*, *authentica*, *quia in provincia Cod. ubi de crimine agi oporteat numer.* 23. & *ita nos docent Barboſa ubi proxime numer.*21.& 22. & *de clauſulis clauſula* 83. *per totam*, *Pereyra in promptuario juris verbo privilegium numer.* 1533.*Phæbus deciſ.*146.*num.*4.& 32. *num.* 7. *Zoezius ad Decretales libr.* 5. *tit.*33.*de previlegijs numer.* 40. *Franciſcus Marcus in deciſionibus Senatûs Delphinalis deciſ.* 533. *num.*13.*Pegas ad Ord.libr.*2. *tit.*44.*ad principium n.*16.*Barboſa in lege quia tale ff.ſoluto numer.*16. & *in lege* 1.*parte* 1. *à.num.* 4. *Cabedo deciſ.*94. *numer.*1.*Cardoſo in praxi judicum verbo*; & jus commune,quod revocatū non cenſetur 163
ex prædicta clauſula; ut cum infinitis docet *Barboſa dict. clauſula* 83.*num.*2.*Pegas latiſſime ad principium Ordinat. libr.* 2. *titulo* 44. *à numer.*1.*uſque ad* 21.& *maxime à n.*14.ſed neceſſaria,& ſpecialiſſima

ſima derogatio facta cum deroga-
164 tione ſubſtantiæ legis: *ex Ordin. libr. 2. tit. 44. ibi Pegas numer. 14. Capicius deciſ. infra citanda per totam.*

datur, etiam cum derogatione juris, aliter forent inutilia, licet illius derogationis non contineant mentionem *cap. in his* 30. *de privilegijs*; ubi privilegium conceſſum Minoribus, & Prædicatoribus, ut utique cum Altari Viaticũ celebrare poſſint, declaratur eſſe intelligendum ſine licentia Prælatorum, licet hoc non ſit formaliter in eo expreſſum, facienda enim interpetratio, ut res potius valeat, quam pereat, & privilegium non ſit illuſorium, *cap. inter* 6. §. *cæterum, ubi Gl. ſuprà. de Fide inſtrum.* Si tamen jus qualificatum per ſpecialem clauſulam reſiſtentem privilegijs, ijsque derogantem, neceſſe eſt, ut in forma privilegij fiat mentio iſtius juris, vel in ſpecie, vel ſub clauſula generali ſufficiente ad ei derogandum, veluti, non obſtante: aliàs privilegium nõ prævalebit iſti juri, eritque inutile *Card. in Clem.* 1. *quæſt.* 3. *de cenſibus*, Ratio reddi poteſt, quod plus neceſſarium ſit, uti firmiori modo ad derogandum legi firmiùs ſtabilitæ, communi modo latæ; quia aliàs præſumeretur privilegium per importunitatem, aut inadvertentiam eſſe à Principe indultum, quæ non poteſt præſumi per ſubjectam derogationem. Uti nec præſumitur contra ſimplex jus non habens clauſulam derogatoriam per importunitatem, aut inadvertentiam extortum, etiam ſi illi deroget, quod eſt ordinarium; qua de re vide *Felin. in capite nonnulli n.* 19. *& ſeqq. ſuprà de reſcript. & Suares cap.* 14. *n.* 6. *& ſeqq.*

Prodeſt autem privilegium ſolis, ſive perſonæ, ſive loco, expreſſis; vel ex vi vocis, aut actionis, ſeu materiæ, vel aliqua juris diſpoſitione comprehenſis. Valent enim privilegia tantum, quantum ſonant, & non amplius, ſive quo ad res, ſive quo ad perſonas, cum illis tantum concedantur; ad quos dirigitur intentio concedentis, ex cujus voluntate pendet cõceſſio, & extenſio privilegij, quæ contra ejus mentem non debet extendi ultra verba expreſſa, ſunt enim privilegia ſtricti juris. Ita fere *Suares cap.* 10. *num.* 2. 3. *&* 4. Hinc exemptus reſpectu unius loci, non eſt exemptus reſpectu alterius; ut reſpondit *Pont. in capite cum Capella* 16. *de privilegijs*. Privilegium enim iſtud tantum loco datum, ut ſit reale, Canonico competens, eo in loco tantum, ejusque reſpectu, non etiam alterius: ut quo ad allum ſubſit ordinario, ejusque animadverſioni, & correctioni ſubjaceat. Nec exemptio Monaſterio conceſſa Capellam exemptam facit, cum alia ſit à Monaſterio; *cap. ex ore* 17. *de privilegijs*, niſi privilegium tale ſit datum Monaſterio, Eccleſijsque utroque jure illi ſubjectis, *cap. quoniam* 21. *de privilegijs*, ſic & exempti, ut non niſi ſub certo judice reſpondere teneantur ratione dilicti, contractûs, aut rei, non gaudẽt 18

guadent eo privilegio in loco non exempto, *cap.1.in princ. Cod.in 6.* Et datum Monachis privilegium exemptionis à juriſdictione Ordinarij non obtinet; ſi ad Prioratus Ordinarijs ſubjectos mittantur, *dicto cap. 1. in fine.* Item datum aliquibus privilegium, ut tempore interdicti poſſint celebrare Divina, januis clauſis, non eo extendendum, ut alios admittere valeant, ne quidem familiares; ſi Cõventui ſit datum tale privilegium: nam ſi ſingulari perſonæ privilegium tale competat, aut etiam audiendi tali tempore divina; ejus etiam familia admittetur, *cap. licet* 11. *Cod. in 6.* Et Epiſcopis, quibus conceſſum cum altari viatico celebrare; ità uti privilegio permittitur, ut non violent loci interdictum, *cap. fin. Cod. in 6.* Denique conceſſum privilegium, ut interdicti tempore confratres ſuos aliqui ſepeliant, non accipiendum, de quibus vix confratribus, ſed de ijs tantum, qui bona ſua obtulerunt Monaſterio, mutato habitu; aut etiam de ijs, qui oblatis bonis in ſæculo remanent, retento eorum uſufructu pro vita: non de quibus licet alijs, qui parum quid obtulerunt, *dicto cap. ut privilegia* 24. *de privilegijs*, ne eccleſiaſtica diſciplina dilabatur, & vileſcat. Tales tamen confratres, donec in domibus ſuis moram faciunt, non ſunt immunes à juribus Epiſcopalibus, *cap. quidam* 32. *de privilegijs.*

Stricte itaque accipiendum 19
privilegium, & interpetrandum, ut ne quidem ex rationis identitate extendi poſſit ad alia loca, vel perſonas, *cap. ſane 9. de privilegijs*, nec proſit quidquam ad extenſionem correlativorum, ſi aliud non pateat, vel ex materia, vel ex verbis, vel alia juris diſpoſitione. Ratio eſt, quod tale privilegium ſimpliciter ſit perſonale, & relatio, vel connexio ad aliam perſonam non faciat identitatem; ut ceſſare debeat communicatio, etiam ex ratione correlativorum.

Unde pendet reſolutio quæſti- 20
onis, an marito conceſſum privilegium cenſeri debeat communicatum cum uxore? Reſpondeo perſonale privilegium mariti non competere uxori, ſive marito vivo, ſive eo mortuo regulariter obtineret; tradit *Jaſon in lege non tantùm numer.* 4. *ff. de re judicata*; & *probatur per text. in lege Princeps ff. de legibus*, ubi Princeps quidem dicitur ſolutus legibus, non etiam ipſa Auguſta; & per *text. in lege 6. §. immunitati ff. de jure immunit.* ubi privilegium naviculariorum patri naviculario datum non competit liberis, quãvis cenſeantur una cum patre perſona, uti & uxor cum marito, ex eo, quod perſonæ cohæreat. Quæ tamen ita accipienda, niſi diſpoſitio juris aliter habeat; ut in materia nobilitatis, cujus privilegium ejus nomine competens marito, prodeſt & uxori, etiam poſt mar-

tem

tem marti; per text. clarum *in lege fin. Cod.de incolis lib.*10.niſi poſtea ordinis virum ſit ſortita. Idem dicendum de liberis, ut ſola habitudo relationis non ſufficiat ad hoc, ut privilegio patri conceſſo fruantur: quod quia perſonale non egreditur perſonam, nec trãſit ad hæredes,niſi aliunde ex vi alterius juris fiat communicatio, vel tranſmiſſio, uti cõtingit in beneficio, quod habet, ne ultra id, quod facere poteſt, condẽnetur uxor:de quo *in l. maritum* 12.*ff. ſolut matrim.* Quod alia lex etiam filijs ejus attribuit, *l. etiam* 18.*ff. eod. Vide Barboſ. ad d.l.quia tale* 14. *numer.*22.*& ſeqq.ff.ſoluto matrim Suar. d. lib.*8. *de l. cap.* 11. *num.*1.*&* 2.

21 Eſt & quæſtio,an Clerici cõjugati uxor guadeat ejus privilegijs? Reſp. de privilegio canonis,& fori dictum ſuprà in fine eam privilegio iſto nõ gaudere, cum tale privilegium ſit indultum propter dignitatem Clerici, quod,ut per nullum jus communicatur uxori, ita, nec privilegiũ. Immo ſunt textus potius ejuſmodi privilegia reſtringẽtes in tali Clerico, propter matrimoniũ,*cap. unico de Cler. conjug. in* 6.ad quod ſe refert *Trid.ſeſſ.*23. *cap.*6. *de Reform.* Detrahitur enim per matrimoniũ divino obſequio, cujus nomine privilegium iſtud datum. Quantum ad locorum immunitatem, nec eam communicari uxori, quo ad ejus bona verius eſt, cum hæc immunitas ſit ſpecialiter perſonæ conceſſo ratione Clericatûs, qui non eſt in uxore; niſi ratione matrimonij bonã ſint communia & quaſi indiviſa; tũc enim uſus privilegij ex parte mariti eſt connexus cum uxore, nec poteſt ab ea ſeparari;aliàs non poſſet ipſe maritus uti ſuo privilegio: quomodo videtur accipiendus *textus in lege* 2.*cap.de Epiſcop. & Cler. Vide Suar. d. cap.* 11. *n.*3. *Sanches* 7.*de matr.diſput.*47.*nos de Munere Judicis Orphanor. tract.* 2. *libr.* 6. *cap.* 1. *Reynoſo obſ.* 1. *& ſuprà cap.*5.

Itaque illi ſoli privilegium cõpetit, qui in cõceſſione eſt expreſſus, ſi aliter per ſuperiorẽ non extendatur, qui poteſt privilegiũ uni cõceſſum, & alteri attribuere, per verba, ad inſtar, ad exemplum talium ſcilicet privilegiorum, quibus illi guadent. Exemplum eſt *in cap.* 2. *de privileg.in* 6.*& l.penult. Cod. de ad voc.diverſ.judicior.* quo caſu idem privilegiũ, quod primo datum eſt, competet ſecũdo; cenſetur enim datum ad imitationem prioris, ut omnia eidem cõpetere dicenda ſint,quæ priori cõceſſa, in eadem extenſione, & reſtrictione. Quo facit, quod tradit *Navar. de Jubileo Notab.* 26.*num.*2. *ex Baldo in leg. omnia* 35. *Cod. de Epiſc. & Cler.* privilegia conceſſa uni Univerſitati, ad inſtar privilegiorũ alterius, perinde valere,ac illius privilegia; qua de re plura *Mandoſ. in tract.de privileg.ad inſtar q.*4.*de* quo latè diximus *cap.*23. 22

23 Quid, ſi prius privilegium, ſive exemplar poſtea augeatur, an ea res concernet poſterius? Reſp. veriorem eſſe ſententiam negãtium, ex eo quod verba, ad inſtar, ad exemplum, & ſimilia denotẽt reſpectum imitantis aliud, quatenus jam exiſtit, ſeu jam factum eſt, non etiam quatenus futurum. Uti & concedens taliter privilegium non aliter cõcedit, quam quatenus jam cõceſſum, aut quatenus jam ſe habet id, ad quod ſit relatio; argum. *l. in teſtamento* 17. *ff. de condit, & demonſtr.* niſi tamen exemplatum etiam ad futura ſe referat: ſecundum textum *in dicta l. omnia Cod. de Epiſc. & Cler. Abbas in cap. fin. n.* 35. *ſup. Ne Cler. vel Monachi* &c. Uti & è contra, ſi exemplatum augeretur novis privilegijs, non ideo gauderet & exemplar ijſdem, cum exemplatũ nõ ſit cauſa ſui exẽplaris, nec novũ privilegium detur per reſpectum ad exemplar, cum hæc duo ſint ſeparata, & in privilegijs non habeat locum extenſio per æquiparationem: ut novum privilegium non poſſit redundare in exemplar, ad quod licet exemplatum referatur, non tamen viciſſim. E cõtra, ſi privilegium exemplaris abrogetur, revocetur, reſtringatur, non cauſabit ea res diminutionem exemplari, quod in re ipſa eſt deſtructum à ſuo exemplari; à quo etſi dependeat, quo ad productionem ſui, non tamen quo ad cõſervationem; ut rectè ait *Navar. d. notab.* 26. *num.* 8. *Abbas, d. n.* 5. *latè hac de re Suares cap.* 15. *n.* 3. 4. 5. *& alij, de quibus cap.* 23.

Privilegium igitur non extendendũ ultra perſonam, & cauſam, ſive rem, cui, & ſuper qua conceſſum, ut exẽplis, & ex textibus juris eſt oſtenſum; nam ex ſpeciali ratione indulta non ſunt producenda ad conſequentias, *l. quod vero ff. de legibus*, cum ſortiantur ſtrictam interpetrationem, *capit. porro* 7. *& cap. ſane* 9. *de privilegijs*, ut quam minimum obvient juri cõmuni, cujus ordinem non præſumitur voluiſſe invertere Põtifex, aut Rex. 24

Recte tamen quis dubitaverit, au hoc univerſaliter procedat? Reſp. dubitãdi rationẽ ſumi ex varijs locis, quæ volunt privilegia eſſe late interpretanda, tamquam beneficia, quorum pleniſſima facienda interpetratio, *capit. quia circa* 22. *de privilegijs, & cap. olim ff. de verb. ſign. ubi gloſ.* Utendum hac in re diſtinctione, & dicẽdum. Primo privilegium derogans juri communi regulariter odioſum reputari in ordine ad interpretationem, atque ita reſtringendũ potius, quam extendendũ; juxta *d. cap.* 7. *& 9. & cap. odia de reg. jur. in* 6. Derogatio enim juris cõmunis eſt odioſa per ſe, ideoque vitãda, aut ſi vitari omnino uequeat, quia privilegium fieret inutile, erit reſtringendum, ſecũdum cõmunem opinionem, *cap. cum dilictus, & ibi gloſa ſup. de conſuetudine, Bart, ad leg. fin.* 25

*leg. fin. num.*3.*ff. de conſtit. Princ. Navar. in ſumma cap.*12.*num.*79. *Sanches de matrim. lib.*8. *diſput.*1. *num.* 1. *&* 4. qui alios refert. Secundo privilegium, quod eſt purum beneficium, eſſe favorabile in ordine ad interpetrationem, & proinde latè interpretandum, quantum permittit recta ratio. Probatur *dicto cap.* 12. *& d. capit. olim, item cap. beneficium de conſtit. Princip.* ex quibus colligitur beneficia Principum eſſe latè interpretanda, cum id ipſum congruat eorum liberalitati, & nemo per ejuſmodi interpretationem lædatur. Quo facit communis regula favores eſſe ampliandos, *l. hoc modo* 64. *ff. de condit. & demonſtr.* idque reſpectu eorum, quibus conceduntur. Quod non tantum procedit in ſupremis, & magnis Principibus, verum & alijs, qui largiuntur beneficia: ſecundum *dicto cap.* 22. Nam & in ijs habet locum ratio, quod ſcilicet concedentis ſit mentem ſuam explicare, ut in dubio contra eum ſit facienda interpretatio, *cap. contra eum* 57.*de regul. juris in* 6. *Vide Suares cap.* 27. *num.* 3.*& ſeqq. & quæ diximus cap.*2.

Volunt & privilegium conceſſum contra jus commune, motu tamen proprio, ampliandum eſſe, quod cenſeatur ſimpliciter favorabile, *cap. ſi motu* 23. *de præbendis in* 6. Ratio eſt, quod motus proprius faciat cenſeri proprium beneficium ipſius concedentis, & ex certa ſcientia fieri, ut extentio in favorẽ, & honorem ejus procedat. Niſi tamen tendat in præjudicium tertij, quia tunc odioſum foret, nec extendendum, ſed reſtringendum, cum non ſit mens Principis alteri jus ſuum auferre, *Suares dicto cap.*27. *num.*8.*&* 9.

26 Cæterum in ampliatione, & reſtrictione privilegij ſervanda verborum proprietas, & extra illam non eſt trahendum privilegium. Sunt enim verba privilegij verba juris, quæ in proprio ſenſu, & ſecundum jus ipſum accipienda; aliàs nihil certum eſſet, ſi ad improprias ſignificationes extendere liceret. Proprietas iſta ſummenda ex uſitata ſignificatione, ſeu uſu communi, ſecundum ſuam materiam. Sic privilegium conceſſum aſcendendi ad maiores Ordines non accipit rectam interpretationem de æqualibus; quia eſt contra verbi proprietatẽ, *cap. licet de tranſlat. Epiſcop.* Nec licentia tranſeundi ad ſtrictiorem ordinem continet æqualem, *cap. licet* 18. *ſuprà de regularib.* Nec facultas providendi alicui ad primam vacaturam per mortem trahitur ad vacantem per renunciationem, vel caſſionem, quia in rigore illa ſunt diſtincta; ut reſpondit *Pont. in capite ſuſceptum* 6. *de reſcript. in* 6. Et hoc ita, niſi alia interpetratio ſit neceſſaria, ut privilegium operetur aliquid ultra jus commune, quod ſine privi-

legio non liceret; quia aliàs eſſet inutile: aut niſi, vel ratio juſtitiæ, vel aliunde voluntas concedentis rationabiliter faciat præſumi aliam interpetrationem. Dependet enim à voluntate Principis privilegium, & ſecundum eam verba ſunt accipienda, quatenus fert juſtitia; quia non cenſetur concedere, quod ſine injuria alterius fieri non poteſt. Quod procedit, etiam ſi ex certa ſcientia privilegium conceſſerit, quia non cenſetur habere ſcientiam nocumenti, ut ceſſet voluntas, niſi aliud expreſſum ſit. Deficit & voluntas in privilegio, quod derogat particulari ſtatuto, aut conſuetudini; argum, *cap.* 1. *de conſtit. in* 6. ubi per conſtitutionem ſubſequẽtem generalem non cenſetut *Pont.* conſuetudines, aut ſtatuta particularium locorum revocare, idque ideo, quod ea ignoret; quæ ratio etiam in privilegio conceſſo obtinet, niſi aliud exprimatur. Plura *Suares d. lib.* 8. *de l. cap.* 28. *num.* 2. *& ſeqq.*

27 Quæres, an ſimilitudo rationis faciat extendi privilegium ad alia loca, aut perſonas? Reſpondeo, ita poſſe videri *per text. in cap. cum dilecta ſup. de confirmat. utili, vel inutili*, vel verbis ejuſdem æquitati ſimilitudine provocati. Ex quo textu multi colligunt legem exorbitantem, ſeu excipientem caſum ſingularem à jure communi extendi ad alios propter ſimilitudinem; *Abbas, & Felin. in capite quoniam ſup. ut lite non conteſt.* & communiter admittunt extentionem legis exorbitantis in cauſa pia; *Barboſa in lege ſi conſtante* 25. *num.* 73. *&* 74. *ff. ſoluto matrim.* ut etiam in privilegijs iſtud procedere ſit dicendum. Cõtraria tamen ſententia verior eſt, ſcilicet, ad extentionem nihil facere ſimilitudinem rationis; & pro ea facit *text. in capite ſane* 9. *de privilegijs*, *& Clem. unica de cenſib.* Facit & ratio, quod efficacia privilegij non ſit poſita omnino in ratione, ſed in voluntate concedentis, ut nihil facere poſſit, quod in ſimili cauſa, aut perſona eadem ratio verſetur, ſi voluntas ad illam non extendatur. Quomodo paſſim jura mandant tenorem privilegij obſervari, *cap. porro* 7. *de privilegijs*, etiam ſi ſit pia cauſa: nam aliàs privilegium conceſſum uni religioni poſſet extendi ad aliam æqualem, aut auctiorem ex ſola rationis paritate, quod non admittendum; & eſt contra *cap. privilegium de regul. juris in* 6. Et hoc quando extenſio excedit propriam verborum ſignificationem: aliud, ſi ſignificatio ſuadeat, cum diverſum ſit, derivare privilegium ab uno ad aliud ex ſimilitudine rationis, quod non licet; aliud verò ita interpetrari, ut plura comprehendat, quam in verborum ſuperficie apparet. Exemplum eſt *in capite penult. eod. in* 6. neque enim talis extenſio eſt per ſimilitudinem, ſed per

per virtualem continentiam verborum, juxta rationabilem eorum interpetrationem; & ita accipiendus *Barboſa in dicta l. ſi conſtante num.* 73. Nihil obſtat *dicto cap. cum dilecta*, quia extenſio ibi fit per ipſum *Pont.* ut ſic procedat ex ejus voluntate non tam declarando, quam conſtituendo, *Suares dicto capit.* 28. *numer.* 11. *& ſequentib.*

Tenor itaque, & forma privilegij obſervanda, eaque inſpicienda *dicto cap. porro* 7. *& cap.* 8. *de privilegijs*, neque facile inducendum; niſi ex verbis pateat, quomodo *in capite recepimus* 8. *de privilegijs.* Reſponſum, non probari exemptionem à juriſdictione Ordinarij per ſolutionem cenſus Romano *Pont.* ut nec per hoc, quod Papa aliquem receperit in ſuam protectionem, *cap. ex parte* 18. *de privilegijs.* Quæ res non tantum videtur operatura, quod in protectionem à *Pontifice Romano* ſuſceptis debeatur maior honor; argum, *cap. per tuas* 7. *ſup. de Maiorit. & Obed.*

28 Quid, ſi verba ſint ambigua? Reſpondeo principaliter quærendum eſſe, quæ ſit intenſio concedentis ex conjecturis; ea enim potiſſimum conſideranda, eique verba ſerviunt, *cap.* 6. *& cap. in his* 15. *in fine de verb. ſign.* atque inde pendet tota privilegij vis. Ubi in primis ſpectanda ſupplicatio, cui ſe Princeps ſolet conformare, *cap. inter* 6. §. *cæterum ſup. de fide inſtrum. in verbis*, quamvis ex forma petitionis, quæ in ipſo privilegio declaratur, confirmatorium videretur. Indulti etiam initium, ſive proæmium attendendum; quia ſolet ferè continere cauſam, cui ſubſequentia accommodatur, argum, *l. fin. ff. de hæred. inſtit.* Solent & verba materiæ ſubjectæ accommodari, quæ ide ſpectanda an ambitioſa, an periculoſa cauſa litium, quæ ex ea poſſint oriri. Attendendæ, & circunſtantiæ cauſarum, perſonarum, quæ & ipſæ faciunt ad verborum ſignificationem, & proinde mentem Principis ſignificandam. Venit & unum privilegium per aliud interpetrandum; argum, *l. pen. in princ. ff. de alim. legat. Jaſon in lege Triticum* 94. *num.* 6. *ff. de verb. oblig.* Quod ſi adhuc res ſit dubia, nec definiri poſſit, conſulendus eſt Princeps; ejus enim eſt interpetrari, cujus eſt concedere. *Hoſtien. in ſumma hic num.* 9. Si tamen periculum ſit in mora, probabile eſt uti licere prudenti arbitrio, *Suares d. cap.* 28. *in fine.*

Hæc de privilegiorum effectu, 29
& interpetratione: quorum uſus, ſi certo loco tantum ſit conceſſum privilegium, ibi tantum erit; cum in uno loco privilegiatus uti privilegio ſuo alio in loco neque at; ut dictum ſuprà per *cap. cum Capella* 16. *de privilegijs*, cum cauſa limitata limitatum producat effectum. Ab inferiori quo-

que conceſſi non erit uſus, niſi in concedentis territorio, quia extra illud ceſſat ejus juriſdictio. Et hoc quatenus concernit ſpeciale jus territorij; neque enim poteſt privilegium unius Epiſcopi derogare præcepto; vel juriſdictioni alterius. Facit, quod talis privilegiatus, dum verſatur in alieno territorio, non gerit ſe, ut incola domicilij ſui, ſed ejus territorij, in quo exiſtit, ejuſque legibus eſt ſubjectus. Sic habens privilegium veſcendi extis pecorum in Hiſpania, non utetur eo in Gallia, aut Luſitania. Quod ſi privilegium tale ſit, quo in alieno territorio uti licet, quia actus ſit indifferens, neque communi, neque ſpeciali jure loci prohibitus, licitum eſt eo alibi uti, quia nec per locum iſtum conſtringitur non uti, nec per locum ſuum, cujus exiſtens in alieno territorio legibus non tenetur. Quod ſi actus ſit prohibitus jure communi, non etiam ſtatuto particulari loci diſpenſatus legitime à ſuo Epiſcopo, etiam alibi eo utetur; quia nec prohibetur per jus cõmune, propter diſpenſationem, nec per ſpeciale, quod nullum eſt. Sic abſolutus à cenſura ubique miniſtrat, & impeditus ad petendum debitum ex cauſa voti, aut alia, ſi tollatur impedimentum per Epiſcopum ſuum, etiam alibi copula utetur. Hæc ferè ſumma eſt eorũ; quæ tradit *Suar. lib.* 8. *de l. capit.* 26. *num.* 7. *& ſeqq.* Pontificio privilegio abſolute conceſſo ubique licite quis utitur propter univerſalem ejus autoritatem. Quod & dicendum de eo, quod ab Imp. indultum, ſaltem olim, quando univerſalis ejus erat juriſdictio, non hodie propter diminutum imperium.

Uſus privilegiorum liber permittendus ijs, quibus conceſſa, nec impediendus aut ipſa privilegia violanda, non tantum directe, ſed nec indirecte. Violatores debite puniri vult *Pont. in cap. quanto* 26. *de privilegijs*, dummodo tamen ſe taliter componant in habitu, tonſura, & cæteris, ut ea mereantur, in ijſque ſunt defendendi. Unde Clericos citra habitum, & tonſuram inter laicos vagantes, ac delinquentes non defendendi privilegio fori reſponſum eſt *in capit. ex parte* 27. *de privilegijs*, & privilegium amittit, qui in minoribus ordinibus conſtitutus factus es miles ſæcularis, *Roxas de incompatibilitate quæſt.* 7. *cap.* 5. *num.* 27. 30

Quæritur autem, an privilegio ſit ſua vis, & uſus commodus privilegiato, ante ejus notitiam? Reſpondeo privilegia regulariter non concedi, ut effectum ſuum conferant privilegiato ante notitiam, aut acceptationem, ſaltem per procuratorem, aut epiſtolam; cum nec mens concedentis regulariter talis ſit, nec verba hoc indicent, nec moraliter expediat, ut non ſit admittendum. Ut recte 31

Bart.

Bart. in lege Beneficium num. 4. *ff. de conſtit. Princ.* velit effectum eorum obtinere ab eo tempore, non etiam à tempore conceſſionis; citans in eam rem *l. fin. cap. de conſulibus libr.* 12. Facit pro ea parte *cap.* 1. §. *ex parte, ubi gloſ. de conceſſ. præbend. in* 6. Facit eodem argum. *cap. ſi tibi abſenti de præbend. in* 6. ubi abſenti collato beneficio, jus in illud adquiritur, donec collationem notam habeat. Item abſenti facta manumiſſio, non ante dat libertatem, quam ſervus ſciens acceptaverit, *l. qui abſenti* 38. *ff. de acquir. poſſ.* & re donata, etiam ſi eam penes ſe habeat, neſciens ſibi donatam eſſe, non ſit ejus Dominus, *l. abſenti ff. donat.* Ut idem dicendum ſit de privilegio, quod eſt quædam donatio. Sic eſt legitimatio prolium; quæ eſt quodam beneficium, non aliàs effectum habet, niſi liberi eam ratam habuerint, *Novel quibus modis natur. offic. ſui* 89. §. *illud tamen*, Ratio adæquata eſſe videtur, quia ad effectum privilegij non eſt ſufficiens activa conceſſio, ſed debet accedere paſſiva adquiſitio per eum, cui conceditur, cum beneficium non fiat invito, nec inſcio; *d. l. abſenti, & l. invito* 69. *ff. de regul. jur*, & voluntas non feratur incognitum.

Dixi, regulariter; quia non deeſt Principi poteſtas, quin continuo poſſit velle, ut privilegium operetur ſuum effectum, etiam ante habitam notitiam, quia res ea pendet à Principis voluntate, quæ non tantum operatur in privilegio per modum conſtitutionis indulto, ad quod per ſufficientem promulgationem jus quæritur, verum etiam per reſcriptũ. Ratio eſt, quod cũ in hoc non ſit magis neceſſaria notitia ad adquiſitionem, quam in iſta, ut ſi in illa id velle poſſit ſtatuere Princeps, etiam in hoc poſſit; cum non deſit illi poteſtas ad conferendum continuo motu proprio. Sufficit enim ex natura rei voluntas formalis, & virtualis acceptandi, quod ſibi commodum. Nec facit, quod ad effectum promiſſionum humanarum, ut inducatur obligatio, regulariter requiratur acceptatio, nam poteſt & ante eam obligatio poni virtute legis humanæ, *Covarr.* 1. *var. Reſol. cap.* 14. *num.* 16. *Tiraq. de Privileg. piæ cauſæ capit.* 116. Volunt autem aliqui, etiam ſi Princeps non contulerit privilegium cum tali voluntate, operari tamen in abſente eum effectum, ut revocari non poſſit ante notitiam. Moventur *d. cap. ſi tibi abſenti de præbend. in* 6. Verum iſtud caput loquitur de eo, qui confert beneficium abſenti, non tam liberè & ſuum, quam de neceſſitate officij, qui proinde non revocat, quia officio ſuo functus; ut ſecus ſit in privilegijs, quæ per merum beneficium conferuntur; ut rectè traditum à *Covarr.* 3. *var. cap.* 16. *num.* 1. *Menoch.* 2. *arbitr. caſu* 185. *num.* 46. & 47. & *latiſſimè*

latiſſimè Suares dict. l. 8. *cap.* 25. *per totum.*

Quæſtio item eſt, an privilegiatus utatur ſuo privilegio contra privilegiatum? Reſpondeo æquiparationem privilegiorum propter, aut æqualitatem non obſtare, quominus privilegiatus eo utatur contra pariter privilegiatum, qui & id ſervare teneatur; ſive, ut ait *Covarr. ad capit. Poſſeſſor parte* 2. §. 2. *num.* 4. qui practicè uti vult contra alium, non impeditur, *l. fin. ff. ex quibus cauſis maiores* &c. Ubi abſens Reip. cauſa contra pariter abſentem Reip. cauſa, ſi læſus ſit, reſtituitur: agit enim unus de damno vitando, alter de lucro captando, ut merito ille potior ſit, & utatur ſuo privilegio contra alterum. Sic & duorum nobilium, quibus eſt privilegiũ, ne propter debita in carcerem tradantur, alter conrra alterum privilegio ſuo utetur. Sic & Eccleſia, quæ gaudet privilegio non ſolvendi decimas, eodem utetur contra aliam Eccleſiam, cui eſt idem privilegium. Similiter Eccleſia non præſcribit contra Eccleſiam, niſi ſpatio quadraginta annorũ, & privilegiũ Canonis eſt Clerico reſpectu alterius Clerici æque privilegiati. Ratio eſt, quod illa ſimilitudo in privilegijs ſit valde per accidens ad uſum privilegij, & ideo unum ad alterum non impedit: aut conſideratur hac in parte læſio unius, & adquiſitio alterius. Ita *Suares d. libr.* 8. *cap.* 23. *num.* 3.

Quod ſi privilegiati concurrant cum privilegiatis, tunc privilegiatus non guadet ſuo privilegio, quorum alterum alteri reſiſtit, ut uſus contra alterum. Exemplum eſt *in lege verum* 11. §. *fin. ff. de minorib.* ubi filiusfam, ſi mutuum à minore acceperit, non utetur S. C. Macedoniani beneficio, quod magis ætati habeatur ratio, quam S. C. ſic mulier apud minorem interveniens non utetur ſuo privilegio S. C. Valleani, ſi debitor, pro quo intervenit, non ſit ſolvendus, *l. ſi apud minorem* 12. *ff. de minorib.* Eſt & exemplum *in Nov. de Santiſſ. Epiſc.* 123. §. *ſiquis ſub conditione* 37. ubi Monaſterium, quod ingreditur gravatus, non relictis liberis, excludit quidem ſubſtitutum, non tamen ſubſtitutam aliam piam cauſam, contra quam non utitur ſuo privilegio, *Cov. ad capit. peccatum parte* 2. §. 2. *num.* 4. *Suares d. cap.* 23. *n.* 5. de quo multa diximus *cap.* 18. *&* 23. *prope finem.*

Ex dictis jam patet teneri prædictos Conſevatores ſe contineri intra limites privilegij, tam quo ad cauſas, quam quo ad perſonas; ita ut quidquid ulterius agunt, nulliter agunt, ac delinquiunt, ac puniri poſſunt, ut latè probat infinitis relatis *Pereya in ſua Academia, ſeu Republica literaria libr.* 7. *diſput.* 2. *quæſt.* 2. 3. *&* 4. *per totas*, & ſimiliter teneri intra limites ſuæ poteſtatis tueri eos, quibus privilegia data ſunt, aliter puniri debent;

debent; argum, *tx in authētica habita Cod. ne filius pro patre*, *Pereyra in ſua Academia lib.*3.*diſp.*2. *n.*322. ibi duodecim penas refert, quibus afficiuntur Conſervatores negligentes mutuatis à *Rebuſo in d.authentica*, intra quas eſt, quod peccent mortaliter, & quod teneantur ad omne damnum, quod ex ſua negligentia privilegiatis reſultaret actione in factum.

33 Bellè hic quæritur, an Cōſervatores noſtri poſſint cogere familiares, officialeſq Sāctæ Inquiſitionis, ut inviti ſuo privilegio utātur? Reſpondendum videtur negativè: *ex tx. in cap.* 6. *de privilegÿs*, ubi poteſt quis negligere privilegium eoque per non uſum privari; ut diximus latè *in cap. antecenti*, ex ea ratione, quod ſit inductum in favorem, cui poteſt quilibet renunciare: *ex l. penult. Cod. de pact.* & nos diximus latè *cap.* 4.

Vera hæc eſt ſentētia, quatenus ſecūdum regulam juris privilegiū ipſum tantum concernit uti; de quo *in dict. cap.* 6. *ubi latè Barboſa n.*4. & ſimile, ſecus vero quando privilegium ſpecialiter ejus nomine non eſt inductum, ſed Ordinis, vel tertij; quale eſt privilegium Canonis Clericis conceſſum, cui ideo non renunciant; ut infinitis relatis tradit *Zoezius ad titul. de foro compet. num.* 20. *&* *de privilegÿs n.* 28. *& de ſententia excommunicationis numer.* 4. ex qua ratione poſſunt Conſervatores, de quibus ſermo eſt, cogere familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis, ut privilegio ſuo utentur, cum in eorum favorem primario non ſit inductum; ut latè diximus *capit.* 4. *capit.* 19. *cap.*24.

Huic quæſtioni alia ſuccedit, nēpe, an teneantur Judices Ordinarij ex officio remittere omnes cauſas, tam civiles, quàm criminales familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis ad eorum Conſervatores, ipſis familiaribus non petentibus, nec declinantibus, quæ videtur reſolvenda pro parte negativa, tum, quia quando quis gaudet privilegio, debet illud proponere ante omnia, quia ſi illud non opponat, prorogatur jurisdictio, & tenetur reſpondere coram Ordinario, qui habet intētionem ſuam fundatam in cognitione. *Ord. libr.* 3. *tit.*20. §.9. *Peg. ad princ, Ord. lib.*2. *tit.*47. *n.*30 & nos ex multis diximus *cap.*19.

Tum, quia Judex non tenetur explorare privilegia: quia omnes præſumuntur Judicibus Ordinarijs ſubjecti, *Carlev. de judic. tit.*1. *diſp.* 2. *num.*972. *Peg. cum alÿs ubi ſuprà numer.*31. *ubi infinitos citat.* Tum denique, quia non omnes familiares privilegio fori gaudent ſed tantum numerarij; ut diximus *in cap. antec. n.* 237. *&* 238. & Judex non tenetur ex officio explorare, an familiaris ſit ex numero; vel non; & ita ante omnia videtur dicendū familiarem tenere exceptionē in cōpetentiæ opponere

coram Ordinario, ad hoc, ut cognoſcat, an caſus ſit exceptuatus à ſua juriſdictione: *ex l.ſiquis ex aliena ff.de judic. l.ult. Cod.de except.* aliàs judex rectè procedit: ut in ſimili de milite non excipiente nos docet *Peg. d. n.* 30. & 31. *Amaya in l.*3.*Cod.de Canon.largit.n.*13.& 14. *Morl. in forenſ.tom.*1.*cap.*14. *n.*3.& *cap.*40. *Galeot.reſponſo primo à num.*50.

Verum ſi in memoriam revocemus ea, quæ affatim tradimus *cap.*19.*à. numer.* 78.*cum pluribus ſequentibus*, difficilis redditur hæc reſolutio, & maiori cum ratione ſi *Leytaõ de Inquiſitionibus, ſive de jure Luſitano tract.* 3.*q.*10. aſſerenti judicem tenere ad Conſervatorem remittere Inquiſitionẽ in qua ſcholaſticus deliquens eſt inventus ante pronunciationem, fidem adhibemus; ob quæ affirmativam tuemur partem, quando notoria fuerit familiatura, & conſtiterit etiam notorie familiarem eſſe de numero: ex his, quæ diximus *cap.*19.quæ videnda ſunt, ne temeraria noſtra reſolutio videatur, quæ abſque dubio procedit præcedente Conſervatoris avocatione.

34 QuomodoCõſervatoresprocedere debeãt ad tuẽdos eos,qui ſuæ poteſtati ſubjiciuntur; tradimus *cap.*19.*docetque Pereyr.in ſua Academia, ſeu Republica literaria libr.* 7.*diſp.*2.*quæſt.*6.*per totam*, quibus addimus, quod quando infringũtur privilegia de quibus in primo diplomate Regis Sebaſtiani, qui in pace requieſcat; poſſunt Conſervatores multare frágentes pæna quindecim aureorum; ut ex ipſo diplomate patet.

Putant privilegiati ſuos Conſervatores tenere illis favere, mitiorique pæna eos punire; & ſi illis non contingit,prout, ſpectant Cõſervatores boni Conſervatoris nomen non mereri, inverecunde affirmant: ſed cunctis privilegiatis inoteſcat privilegia non ad abuſũ data eſſe, nec ut privilegiati, ditiores ve fiant, aut palio privilegiorum inſolentes exiſtent,eorumque confidentia, ac fiducia crimina licentioſius committant, & maxime familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis, qui ultra puritatem ſanguinis, bonis moribus fungi debent; ita ut ſint mites, atque ſedati animi; ut docet *Math. de regimine Valentiæ cap.* 7. §. 3.*ſect.* 1. *n.* 41. *Aquila ad Roxas de incompatibilit. parte* 6. *cap.* 4. *numer.*23.aliàs à ſervitio Sancti Officij expelli debent, ne miniſterio tam ſacro, ac venerabili homines malis moribus imbuti inſerviant, ejuſdemq̃ miniſterij pulchritudinem, & authoritatem vilifaciant, ac diforment. 35 36 37

Procedant itaq̃ Conſervatores pro eis, & contra eos ſervato juris ordine legibus ligati *Pereyr. in ſua Academia lib.* 7.*diſp.* 3.*q.*2.*numer.* 1064. & *quæſt.* 5.*per totam*, aliter moraliter peccabunt eodem modo, quo cæteri Judices, qui non ſervato 38

ſervato juris ordine procedunt, & contra leges judicunt; ut latà probat *Pereyra dict. quæſt.*2. *&* 5. *per totas* individuando varios caſus; quos ibi vide: quia ſcitu digni ſunt.

39 Appellatio, & gravamen à noſtris Conſervatoribus interpoſitum ad ſupremum veneradum Sanctæ Inquiſitionis Conſilium pertinet; quia ex ijſdem privilegijs ſunt ſuperiores Judices; & an poſſint ad ſe in prima inſtantia avocare cauſas, inquiri poteſt? Cui quæſtioni videntur affirmativè reſ-
40 pondere *Cov. practic. cap.* 9. *num.* 3. *ibi Faria. Eſcobar de pontificia, & regia poteſtate cap.* 25. *num.* 4. *Pereyra in ſua Academia lib.*3. *diſputat.*4. *quæſt.*2. *num.*403. ſed nos negativè reſpondemus adhærendo deſciſioni *text. in leg. ſolent §. ſicut de officio proconſulis* ibi: *Non debent in conſulto Principe hoc facere*, cui congruè ſupradicti non ſatisfaciunt; nec illis, quæ pro hac etiam parte conſiderari ſolent; ſi in memoriam revocemus tradita *cap.*19. *in principio.*

41 Conſervatores, cæterique Judices privilegia interpretare non poſſunt, quia hoc de regalibus eſt; ut diximus *capit.* 2. *docetque cum multis Pegas ad rubr. Ordin. lib.*2. *tit.*25. *num.*2.

42 Quoties vero non agitur de interpretatione Regij privilegij, ſed de facto eveniente circa illud, tunc inferiores judices poſſunt de eo cognoſcere, *Bal. in capite* 1. à pud quem, vel quos *feudi controver. in uſib. feudor. Anton. de Butrio in cap. cum veniſſent de judicijs.*

Poſſunt etiam de interpretatione privilegij inferiores cognoſcere, ſi incidenter de privilegio fuerit oppoſitum, & de eo in vim exceptionis, replicando agatur; ut notant *Abbas, & Felin. in dicto capit. cum veniſſent, ubi Decius, & communiter ſcribentes Joaõ Garcia de Hiſpano Nobil. gloſa* 1. *§.* 1. *num.* 3. qui hoc declarat, dicens, quod hoc ſit intelligendum, quando agitur de intereſſe, aut commodo particulari; quia tunc non dicitur eſſe in dubio jus privilegij, ſed jus partis, *Bald. in lege hi qui Cod. de appellat. communiter legiſtæ in leg. ex facto ff. de vulgar. Jacob. Galici in extragravato Curi cap.*7. *num.* 8. *verbo ſeptuageſſimo quarto, allegati per Cancer.* 3. *tom. variar. cap. de privilegijs numer.* 147. qui expreſſe *num.* 165. atteſtatur; quod illud, quod ſupra dictum eſt, pro regula Regaliæ ſuperioris; videlicet, Solum Regem poſſe declarare ſua privilegia, hoc eſſe dicendum etiam de confirmatione facta per Regẽ; quia facta confirmatione, ſolum poterit Rex cognoſcere in forma ſpecifica, cum habeat dicta confirmatio vim privilegij, ex ſententia *Abb. poſt gloſam in capit. de confirmationibus, & ibi Dec. & alij de confirma. util. vel inutil. Felin. in capite cum veniſſent num.* 3. *de Judic. Angel. in lege ex facto ff. de vulgar.*

*vulgar.Cavalcan. deciſ.*4.*n.* 35.*p.*2. nec alienum erit dicere, quod cum ordinarie in privilegijs privativis, ſoleat apponi illa clauſula, *quate-*
47 *nus eſt in uſu*, ſi privilegium exhibeatur coram Judice inferiori ordinario, & per partem apponatur defectus privilegij, eo quod non erat in uſu tempore confirmationis, poterit Judex inferior cognoſcere de illo qualitate, ſi e-
48 rat in uſu, aut non; quia tunc principaliter non agitur de validitate, vel invaliditate ex defectu jurisdictionis, ſeu voluntatis Regis, ſed de mero facto, ſi ita erat tempore confirmationis, quia illa
49 verba *quatenus*, ſunt limitativa non voluntatis, ſed facti ipſius partis, & ſic facit confirmationem privilegij limitatam, & reſtrictam ad uſum præcedentem, cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus; ut ex *Bart. in extravag. ad reprimendum, verbo prout ex alijs refert Caſſanete conſ.* 43. *n.*
50 89. quia ex prædictis verbis apparet Regem nil de novo voluiſſe donare: notant Doctores in *capit. ex frequenti de conſtit. capit. quia diverſitatem de conceſſ. præbend. Galli. Practic. obſerv. lib.* 1. *obſerv.* 1. facit, quod tradit *Rota Marchiæ deciſ.* 14. *per totam*, ubi dicit, quod fundans ſe in confirmatione debet probare factum; de hoc igitur cognoſcit Judex inferior, non vero de ſubſtantia, & valore privilegij.

51 Eſt igitur ſciendum, quod illud dicitur eſſe de ſubſtantia, & eſſentia Regaliæ interpretandi Regia privilegia, quando apponitur aliquis defectus, ſeu vitium illius, veluti, quod non ſit expeditum in debita forma; ut tradit *Garcia de Hiſpano Nobil.* 1. *gloſ.* 1. §. 1. *n.* 4. vel quando ex immu- 52
nitate, ſeu exemptione in eo conceſſa, aliquod præjudicium Fiſco infertur, *gloſ. in capite reſcripta* 25. *quæſt.* 2. *Bald. in leg. neque damnoſa Cod. de precibus imper. offer. & ibi Joan. de Platea.*

Secundo dicetur etiam princi- 53
paliter de privilegij ſubſtantia tractare, quando agitur de verbis illius, & vero ſenſu, ac diſpoſitione, *Bald. Joan. Andre, & Felin. in capite cum veniſſens de judicijs.*

Tertio dicitur etiam principa- 54
liter reſpicere ſubſtantiam privilegij, quando eſt dubium, an Princeps fuerit legitime, ac viridice informatus de cauſis, ob quas motus fuit ad illius conceſſionem, videlicet, an cauſæ ſint veræ; ant falſæ, quæ Regi narrata fuerunt.

Quarto, ſi agatur de prepe- 55
tuitate, vel temporalitate illius, juxta privilegij tenorem; etiam dicetur, hoc caſu, ad Regem pertinere illius declarationem, non verò ad Ordinarios, *Joan. Garcia d. gloſ.* 1. §. 1. *n.* 7.

Ex prædictis in fertur, quod 56
licet de nobilitate, ſeu militia alicujus, veluti, quod declaretur Miles, ſeu Nobilis principaliter non

non poſſit cognoſcere, niſi Rex, & ejus Conſilium; ſi vero incidenter in aliqua cauſa agatur de Nobilitate alicujus coram aliquo Jndice ordinario, tunc talis Judex poterit de Militia cognoſcere, ſeu de nobilitate: *ex lege quoties Cod. de judic.* ubi Judex, qui principaliter de ſtatu cognoſcere non poteſt, cognoſcit incidenter, ibi: *Nil prohibet quominus apud eum quoque, qui alioqui ſuper cauſa ſtatus cognoſcere non poteſt, diſputatio terminetur*, Textus optimus *in lege* 1. *Cod. de Ordinar. Judicio* ibi: *Quoniam non de ea, ſed de hæreditate pronunciat. Bartol. in dicta lege quoties, & alij immenſi.*

57

CAPUT XXVI.

De privilegijs ſpiritualibus familiaribus Sanctæ Inquiſitionis conceſſis?

SUMMARIUM.

1 *Recitantur privilegia ſpiritualia familiarium, officialiumque.*

1 IN foro interno etiam familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſua privilegia haben; quæ refert *Paramus de Origine Sanctæ Inquiſitionis lib. 2. tit. 1. cap. 4. à n. 1. uſque ad 14.* ſcilicet, ut poſſint, cum creantur, ex tunc ſemel in vita abſolvi à caſibus reſervatis in Bulla Cænæ; & iterum in articulo mortis, tempore creationis indulgentiam plenariam conſequuntur, ſi peccata ſua cum contrictione confiteantur; nec non tempore interdicti divinis intereſſe poſſunt, & ſi obierint, poſſunt in Eccleſia ſepeliri, indulgentias ſtationum Urbis Romanæ conſequi valent ſingulis diebus anni, ſi ſingulis diebus anni quinque alteria Eccleſiæ (ſi tot ibi fuerint) aut unum altare loçi, in quo eos eſſe contingerit Pſalmum unum flexis genibus, vel quinquies orationem dominicam, & toties ſalutationem Angelicam in quolibet altari indulgentias ſtationum ibi lucrari; prout tradit *Paramus ſuprà* ubi citat Bullas conceſſionis, & alia ſpirituali privilegia refert, quæ ibi videri poſſunt, & apud alios Doctores.

Et vos ò tres Sanctiſſimi Apoſtolici Inquiſitores, quibus hunc ſeptimum mei laboris tractatum, & tomum officioſus obtuli, labores paſſos, & paſſiendos in illius elaboratione, & ediction Deo offerre digneris, in ſatisfactionem, & ſolutionem meorum debitorum; & ſic me inſtructe, & docet, ut omnia opera mea proditura ſint ad maiorem Dei gloriam, & ad proximiorum meorum utilitatem, ad cujus finem ſudavi, laboravi, & vigilavi. Et

Si finem quæris noſtri hæc meta laboris
Debetur ſoli gloria ſumma Deo.

FINIS, LAUS DEO,

Trino, & Uni, Virginique Matri.

PROTESTATIO.

EGO Didacus Guereyro Camacho de Aboym *tibi ô alma Sancta Romana Eccleſia, fidei primas defero libens nullum invalidum, ac inditum volo; quod in hoc opuſculo dixi, quod Catholicæ Chriſtianæ Romanæ fidei in ullo adverſetur, vel quod bonis moribus diſſonum fuerit, tuis Sanctiſſimis cenſuris corrigendum, delendum libenter ſubmitto, & inſtanter, ac toto corde Religioſiſſimis, ac ſummis viris, quibus hoc opus revidendum committetur, à quocumque Tribunali, ſive Eccleſiaſtico, ſive ſæculari, peto, ut deleant, abolientque omnia, quæ minus recte dixi; & ita præcar, ac proteſtor primo Kalendarum Auguſti Anno Domini mileſſimo ſexagenteſſimo nonageſſimo octavo.*

DIDACUS GUERREYRO CAMACHO DE ABOYM.

ELEN-

ELENCHUS

RERUM, ET VERBORUM NOTABILIUM,

quæ in hoc Opuſculo continentur.

ABUSUS.

Abuſu amittitur privilegium cap. 24. n. 32.
Princeps poteſt privilegia Baronum caſſare ob abuſum cap. 24. n. 33.
Abuſus proprie ſignificat exceſſum in uſu privilegij cap. 24. à numer. 34.
Conſiſtit in extentione extra limites ipſius cap. 24. à n. 35.
Vel quando ex eo accipitur occaſio peccandi cap. 24. à n. 36.
Beneficiatus privilegiatus ſtudiorum cauſa deficiendo in ſtudio privilegium amittit cap. 24. n. 37.
Clerici conjugati laice viventes amittunt privilegium cap. 24. num. 38.
Non ſemper in univerſum amittuntur cap. 24. n. 40.
Sed prout culpa poſtulaverit cap. 24. n. 41.
Et amittitur in illo actu, in quo abutitur cap. 24. n. 42.
Familiares, officialeſque Sancti Officij ob abuſum non ammittunt privilegia cap. 24. num. 32. Vide in verbo uſus, *& in verbo* non uſus, *& in verbo* contraventio.

ACADEMICI.

Academici, & foro academico fruentes an collectari poſſint cap. 20. n. 82.

AGENS.

Agenti de ſe exonerando non creditur cap. 9. à n. 37. uſque ad n. 44.

AGIRCOLA.

Agricolæ incapitati nobilium à collectis conſilij ſunt immunes cap. 21. n. 49.
Similiter Canonicorum regularium cap. 21. n. 54.
Agricolæ Senatorum incapitati à tutelis, & curis non legitimis liberantur cap. 21. n 63.
Agricolæ incapitati Fidalgorum ab officijs Conſiliorum ſunt immunes cap. 21. n. 71.
Non tamen à quinque; de quibus ibi num. 72.
Agricalæ quomodo collectandi ſunt cap. 20. n. 92.

ASSERTIO.

Ex ſola Principis aſſertione probatur neceſſitas collectarum, & tributorum cap. 20 num. 30.
Multoties ad tempus intereſt cauſam neceſſitatis occultare d. cap. 20. n. 30.

ANIMALIA.

ANimalia Clericorum retineri poſſunt pro damnis, donec dominus illa ſatisfaciat cap. 18. n. 115.

Et in tali caſu poteſt Judex laicus cōtra Clericum ſententiam executioni mandare capit. 18. num. 116.

Familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis animalia capi non poſſunt, nec neceſſitatis prætextu cap. 21. n. 131.

Niſi locare ſoleant cap. 21. n. 134.

ARMA.

ARmorum uſus regulariter eſt prohibitus cap. 9. n. 2.

Prohibita nec Clerici ferre poſſunt cap. 9. à n. 3.

Nec mulieres cap. 9. à n. 11.

Nec forenſes cap. 9. à n. 13.

Nec Doctores, & Advocati cap. 9. numer. 16.

Nec in domu habere cap. 9. numer. 17. & 18.

An familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis à n. 19. & vide in verbo familiares.

Milites extra belli conflictum prohibita ferre non poſſunt n. 29.

Armis quis uti poteſt ad lædendos bannitos n. 81.

Et ſi venerata ſint n. 82.

Accommodans arma ad lædendum, vel vulnerandum eâdem pæna punitur n. 83.

Niſi hoc fiat ad lædendos banitos numer. 84.

Arma ligata ferre nemini interdicitur n. 85.

Dummodo ita ligata ſint, ut ad nocendum apta minime ſint numer. 86.

Deambulans per Civitatem, vel Oppidum arma prohibita etiam ligata ferre non poteſt n. 87.

Circa arma dantur variæ leges numer. 88.

Campana non tacta unuſquiſque armis non prohibitis uti poteſt extra horas, in quibus Campana tangi ſolebat cap. 9. n. 71.

Vel ſi deferat arma cum lucerna etiam poſt ſomnum Campanæ cap. 9. n. 72.

ARGUMENTUM.

ARgumentum de militia armata ad togatam valet cap. 2. n. 27.

Argumentum à contrario ſenſu validum eſt cap. 19. n. 54.

Dummodo contra jus non ſit cap. 19. numer. 55.

AUOCATIO.

JUs avocandi de regalibus eſt cap. 19. n. 1.

Avocatio à Principe non eſt facienda ſine juſta cauſa cap. 19. n. 2.

Conſervatoribus familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis à Principe conceſſum eſt jus avocandi cap. 19. n. 21.

Conſervatores prædicti poſſunt avocare cauſas, ſeu lites à quocumque Judice, ſive Ordinario, ſive Delegato capit. 19. num. 32.

Etiam poſt litem conteſtatam cap. 19. n. 32.

Et quod magis poſt ſententiam cap. 19. n. 51.

Etiam non petentibus, immo reluctantibus familiaribus, officialibuſque Sanctæ Inquiſitionis cap. 19. num. 71. cap. 25. n. 26.

Quod abſque dubio procedit, quando familiares, officialeſque coram non Judice actus dubios agerent cap. 19. n. 76.

Vel quando per procuratorem litigaverint cap. 19. n. 79.

Aut quando proteſtaverint ſe non conſentire in Judicem cap. 19. n. 81.

Poſt avocationem Judici intimatam non poteſt iſte amplius procedere cap. 19. n. 82.

Et quidquid poſtea fecerit, erit attentatum cap. 19. n. 82.

Avocatio ſive juſta, ſive injuſta ſuum operatur effectum cap. 19. n. 83.

Omnia poſt eam geſta nulla ſunt cap. 19. n. 84.

Per

Per avocationem Judex manet inhibitus cap. 19.*n.*85.

BELLUM.

V*Alet Princeps compellere ſubditos ire ad bellum capit.* 11.*n.*1.
Subditi obedire tenentur, dum de injuſtitia belli notorie non conſtat ibid. n. 2.
Familiares, officialeſque Sanctæ Inquiſitionis ſunt privilegiati in materia capit. 21.*per totum, & n.*3.
Niſi bellum ſit defenſivum, & neceſſitas extrema urgeat capit. 11. *numer.* 4.
Pro defenſione patriæ militare nemo eximitur cap. 11.*n.*5.
Bellum defenſivum non eſt proprie bellum, ſed propria defenſio cap. 11.*numer.* 6.
*Clericus etiam tenetur defendere patriam in extrema neceſſitate defenſionis poſitam, n.*7.
Tempore belli, peſtis, famis omnia ſilent privilegia capit. 20.*n.*129.

BREVITAS.

B*Revitas en omnibus negotijs eſt oportuna, & neceſſaria cap.* 20.*n.* 118.

BENEFICIUM.

B*Eneficia Principum ſunt late interpretanda capit.*2.*numer.* 16.

CLAUSULAM.

C*Lauſulæ, nullus ſe intromittat, ea eſt natura, ut reddat cauſam ſimilem cauſæ clericali capit.*19.*numer.* 14.
Clauſula, irritans geſta in contrarium, juriſdictionem privativam reddit cap. 19.*n.*16.
Clauſulæ, ex noſtra liberalitate, ea eſt natura, ut reddat privilegium favorabile, & operetur vim clauſulæ non obſtantibus cap. 19.*n.*21.
*Privilegia non inſerta in corpore juris per clauſulam, non obſtantibus tolluntur cap.*24.*n.* 167.
*Niſi hujuſmodi privilegia habeant clauſulam derogatoriam ad futura privilegia capit.*24.*n.*168.
*Aut ſint à pluribus Principibus confirmata cap.*24.*n.*169.
*Vel quando conceſſum eſt, ut non poſſint revocari n.*170.
*Aut privilegium eſt conceſſum ratione publicæ utilitatis cap.*24.*n.*171
Vel ratione contractus n. 172
*Aut non ſubdito n.*173.
Ex clauſula, non obſtantibus privilegia familiarium, officialiumque Sanctæ Inquiſitionis non revocantur cap. 24.*n.* 175.
*Per clauſulam, pro expreſſo habentes &c. cenſentur reſoluta privilegia cap.*24.*n.*202.
*Primum privilegium tollitur per ſecundum, quando in eo adjecta eſt hæc clauſula, non obſtantibus quibuſcumque privilegijs, etiam ſi de illis opus eſſet ſpecialem mentionem facere, quorum tenores de verbo ad verbum pro expreſſis habemus capit.*24.*numer.*224.
*Hoc non procedit, quando hoc fit per legem generalem, quo ad privilegia non inſerta in jure cap.*24.*n.*225.
Vel per viam alterius privilegij quo ad ea, quæ non fuerint in corpore juris, non quo ad clauſa in corpore juris cap. 24.*n.*226.
*Pre clauſulam ad hoc ex certa ſcientia & poteſtate ob ſoluta revoco omnia privilegia, tamquam ſi illorum expreſſam facere mentionem, privilegia derogantur cap.*20.*n.*56.
*Clauſula, quatenus eſt in uſu; quid importet cap.*25.*à n.*47.
*Claſula, quatenus eſt in uſu, eſt facti cap.*25.*n.*49.
Clauſula, quatenus eſt in uſu, impedit novam gratiam cap. 25.*n.*25.
*Judex inferior an poſſit cognoſcere de clauſula, quatenus eſt in uſu cap.*25. *num.* 48.

CLERICUS.

Clerici non ſunt iſempti à politica gubernatione cap. 9. n. 4.
Sed Cives; & partes reipublicæ numer. 5.
In temporalibus debent eſſe ſubjecti gubernatori publico n. 5.
Arma contra leges portantes ab illis auferri poſſunt à n. 3.
Clerici quo ad delicta commiſſa ante Clericatum privilegio fori non juvantur cap. 12. n. 48.
Hoc intelligendum eſt, quando poſt realem, vel verbalem citacionem Clerici effecti ſunt cap. 12. n. 49.
Item declaratur quo ad pænam pecuniariam tantum, non quo ad corporalem n. 50.
Relegatus, ſeu Deportatus ſi poſtea efficiatur Clericus, à Judice ſæculari cogi non poteſt ad relegationem ire num. 51.
Clericus nec expreſſe, nec tacite privilegio fori renunciare poteſt capit. 4. num. 26. cap. 19. num. 71. & cap. 18. n. 80.
Clericus inſultatus in actu celebrationis Miſſæ an poſſit in ſuam neceſſariam defenſionem interficere inſultantem, & Miſſam continuare cap. 14. n. 26. & n. 55.
Contra Clericos, cæteroſque Eccleſiaſticos reſiſtentes judicibus ſæcularibus quomodo iſti adverſus illos procedere valeant capit. 14. numer. 33. & n. ult.
Clericus eſt iſemptus à juriſdictione ſeculari cap. 15. n. 15.
Et tamen ſi delinquit in officijs publicis, à Judice ſæculari eſt puniendus, & quomodo numer. 16. & 17. cap. 15.
Clericus ſequeſter, tutor, curator, depoſitarius coram Judice ſæculari eſt conveniendus n. 18.
Et tunc executio quo ad bona à Judice ſæculari fit n. 19.
Clerici, & Monachi in cauſa ſpolij coram Judice ſæculari conveniuntur cap. 18. n. 14.
Clericus ſuccedens, ut hæres, conveniri ubi debeat cap. 18. n. 89.
Clericus in judicio diviſorio non gaudet privilegio fori capit. 18. numer. 102.
Clericus reconventus declinare non poteſt cap. 18. n. 109.
In cauſa multarum coram Judice ſæculari conveniumtur n. 124.

COLONUS.

Colonus coloni mei meus non eſt colonus cap. 8. n. 18.
Colonus Equitum militarium non liberatur à collectis, & gabellis numer. 28.
Secus dicendum eſt de colonis Militenſibus n. 26.
Et de colonis Canonicorum regularium cap. 21. n. 54.

COLECTA.

Quid ſit colecta, und dicatur, in quo attributo diferat cap. 20. à num. 1. 2. & 3.
Jus colectandi de regalibus eſt cap. 20. numer. 4.
Colecta benigne, & non riguroſe eſt imponenda cap. 20. n. 68.
In loco rei ſitæ ratione rei quis colectari debet n. 97.
Bona eccleſiaſtica non poſſunt colectari num. 100.
Tempore neceſſitatis ſali, ſed executio eſt facienda ab eccleſiaſticis n. 101.
Eccleſiaſtici intuitu negotij poſſunt colectari n. 104.
